This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

3 3433 06822883 6


Eusebius Pamphilus,
Episcop. Caeſar.
Joh. Bapt. Audinger Sc.

P. DOMINICI SCHRAM

BENEDICTINI BANTHENSIS

S. THEOLOGIÆ, ET S. S. CANONUM

PROFESSORIS EMERITI

ANALYSIS

OPERUM

S. PATRUM, ET SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

TOMUS VIII.

CONTINENS OPERA

EUSEBII PAMPHILI CÆSAREÆ PALESTINÆ EPISCOPI.

CUM

DUPLICI INDICE,

UNO OPERUM,

ALTERO RERUM MEMORABILIUM.

SUPERIORUM PERMISSU, ET APPROBATIONE.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,

SUMPTIBUS MATTHÆI RIEGER P. M. FILIORUM

MDCCLXXXV.

INDEX
OPERUM EUSEBII PAMPHILI CÆSAREÆ PALESTINÆ EPISCOPI.

Euſebii Præparationis Evangelicæ Libri quindecim pag. 4

Liber I. 5

Liber II. 18

Liber III. 25

Liber IV. 31

Liber V. 37

Liber VI. 40

Liber VII. 43

Liber VIII. 53

Liber IX. 57

Liber X. 60

Liber XI. 63

Liber XII. 72

Liber XIII. 79

Liber XIV. 84

Liber XV. 86

Index Operum.

Euſebii Demonſtrationis Evangelicæ Libri decem. pag. 91

Liber I. 92

Liber II. 100

Liber III. 103

Liber IV. 113

Liber V. 118

Liber VI. 123

Liber VII. 126

Liber VIII. 130

Liber IX. 132

Liber X. 137

Euſebii Liber contra Hieroclem. 140

Euſebii adverſus Marcellum Ancyræ Epiſcopum

Liber I. 149

Liber II. 154

Euſebii de Theologia Eccleſiaſtica contra Marcellum.

Liber I. 159

Liber II. 168

Liber III. 175

Euſebii Commentarii in Pſalmos. 183

Euſebii Commentarii in Heſaiam. 311

Euſebii de fide adverſus Sabellium

Liber I. 364

Liber II. 367

Euſebii de Reſurrectione Liber I. 370

De Reſurrectione & Aſcenſione Liber II. 372

Euſe

ſebii de incorporali & inviſibili Deo. pag. 376
ſebii de incorporali Liber I. 378
: incorporali anima Liber II. 379
: ſpiritali cogitatu hominis Liber III. 381
e eo, quod Deus Pater incorporalis eſt Liber IV. 382
e eodem Liber V. 383
: eo, quod ait Dominus: non veni pacem mittere in terram Liber VI. 384
: mandato Domini, quod ait: quod dico vobis in aure, ſupra tecta prædicate Liber VII. 387
: operibus bonis & malis Liber VIII. 390
: operibus bonis Liber IX. 393
ſebii Chronicon. 399
ntinuatio S. Hieronymi. 452
ſebii Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Libri decem. 459
Liber I. 461
Liber II. 475
Liber III. 486
Liber IV. 499
Liber V. 510
Liber VI. 520
Liber VII. 534
Liber VIII. 543
Liber IX. 552
Liber X. 558

Euſe-

Euſebii de vita beatiſſimi Imperatoris Conſtantini Libri quatuor. pag. 564
Liber I. *ibid.*
Liber II. 577
Liber III. 584
Liber IV. 596
Euſebii de laudibus Imperatoris Conſtantini Oratio in Tricennalibus habita. 613
Conſtantini Imperatoris Oratio ad Sanctorum Cœtum. 630

EUSE-

EUSEBII PAMPHILI
CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI
OPERA.

Euſebius cognomento Pamphilus, a Pamphilo ejus amico dictus, Cæſareæ in Palæſtina ſub finem imperii Gallieni natus, Dorotheum Antiochenum Presbyterum Sacr. Scripturam explanantem audivit, & ab Agapio Epiſcopo Cæſareæ Palæſtinæ Presbyter ordinatus celebrem in illa urbe ſcholam erexit. Diocletiani perſecutione exorta Chriſtianos ad fidei conſtantiam exhortans in carcerem conjectus fuga elapſus eſt, perperam de abnegata Chriſti fide & thure diis immolato a nonnullis accuſatur. Ceſſante perſecutione Euſebius in locum Agapii anno 314 Epiſcopus Cæſarienſis in Palæſtina electus fuit. Poſtea ſe multum contentionibus Arii Presbyteri Alexandrini a ſuo Epiſcopo Alexandro depoſiti immiſcuit, quem quia injuſte vexari putabat, in ordine ſuo conſervavit, eique in ſuis Eccleſiis conventus habere permiſit ea lege, ut a Præſule ſuo pacem requireret. Sed cum *Euſebii vita & geſta.*

Arius impias ſuas hæreſes in Concilio Nicæno aperte declaraſſet, Euſebius eas cum aliis Epiſcopis damnavit, ſed vox ὁμουσιος conſubſtantialis eum aliqualiter offendit, cujus tamen ſenſum plene edoctus formulæ fidei Nicænæ ſubſcripſit, quam quidem numquam aperte impugnavit, Arii tamen fautoribus arctiſſime adhæſit. Euſtathii Epiſcopi Antiocheni in concilio Antiocheno anno 330 injuſte depoſiti cathedram etiam rogatus conſcendere noluit, ſemper tamen Euſebii Nicomedienſis Arianorum fautoris partes defendit, & adfuit concilio Tyrienſi anno 335 contra S. Athanaſium coacto, & conventui Jeroſolymitano in dedicatione hujus urbis habito. Denique Panegyricon in honorem Conſtantini Imperatoris in tricenalibus ejus imperii pronuntiavit, & poſt mortem hujus Imperatoris anno 338 ipſe Euſebius circa annum 339 defunctus eſt, qui an a labe Arianæ hæreſis mundus fuerit, diſputatur: abſolvunt eum Valeſius *in vit. Euſ.* Calovius *tom. 2. oper.* Bullus *in defenſ. fid. Nicæn.* Cave *in hiſt. litter.* Basnagius *Annal. tom. 2.* Du Pin ſaltem ex parte *in nov. Biblioth. auth. Eccl. &c.* Econtra Arianæ hæreſis eum accuſant S. Hieronymus *in ep. ad Pammach.* Petavius *l. 1. de Trinit.* Noriſius *diſſert. in V. Synod.* Clericus & alii.

Euſebii ſcripta. Plurima ſummæ eruditionis opera Euſebius compoſuit, quemadmodum vel ipſi ejus adverſarii fatentur, quorum ſequenti ordine hic Analyſin damus I. Præparationis Evangelicæ Libri XV. Deinde Libri X. Demonſtrationis

nis Evangelicæ. III. Liber contra Hieroclem. IV. Libri duo contra Marcellum Ancyræ Epiſcopum. V. Libri tres de Theologia Eccleſiaſtica contra eumdem Marcellum. VI. Commentarii in Pſalmos. VII. Commentarii in Heſaiam. VIII. Libri duo de fide adverſus Sabellium. IX. Libri duo de reſurrectione. X. De incorporali & inviſibili Deo. XI. De Incorporali. XII. De incorporali anima. XIII. De ſpiritali cogitatu hominis. XIV. Quod Deus Pater incorporalis eſt. XIV. De eodem. XV. De eo quod ait Dominus: non veni pacem mittere. XVI. De mandato Domini: quod dico vobis in aure, ſupra tecta prædicate. XVII. De operibus bonis & malis. XVIII. De operibus bonis. XIX. Chronicon, ſive de cunctis temporibus hiſtoria. XX. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Libri decem, poſt quarum librum octavum XXI. Liber de Martyribus Palæſtinæ inſertus eſt. XXII. Libri quatuor de vita Conſtantini Imperatoris. XXIII. Oratio ſeu Panegyricus de laudibus Conſtantini. Præter hæc opera Euſebii nonnulla alia habentur, & in operibus aliorum ſcriptorum referuntur; uti Epiſtola de fide Nicæna ad Cæſareenſes, quæ apud Socratem *hiſt. Eccl. l.* 1. *c.* 8. Theodoretum *l.* 1. *c.* 12. & in actis Concilii Nicæni ſecundi refertur. Item liber de locis Hebraicis, qui modo in operibus S. Hieronymi tom. 2. reperiuntur. Item Canones ſive indices decem harmoniæ Evangeliorum cum præmiſſa ad Carpianum Epiſtola, in qua ipſe Euſebius notat, quod hos canones contexuerit juxta Concordiam Ammonii Tomo ter-

tio hujus Analyſis jam relatam. Canones autem hi in editione novi Teſtamenti Roberti Stephani & Joannis Millii videri poſſunt. Item Euſebii Apologia pro Origene, quam cum S. Pamphilo Martyre adornavit, habetur Tomo ſeptimo hujus noſtræ Analyſis. Denique nonnulla fragmenta Commentariorum in Canticum Canticorum ſub nomine Euſebii circumferuntur, qui tamen illi aſcribi non poſſunt, quia in iis teſtimonia recentiorum ſcriptorum allegantur. Reliqua vero Euſebii ſcripta a veteribus citata perierunt. Demum quod ad Editiones operum Euſebii ſpectat, illa plerumque ſeparatim ſolum impreſſa ſunt: quare in decurſu uniuſcujusque operis variæ ejuſdem editiones notabuntur.

EUSEBII PAMPHILI
CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI
PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBRI QUINDECIM.

§. I.
Argumentum.

Quindecim libri Præparationis Evangelicæ ab Euſebio inſcribuntur Theodoto Laodiceno Epiſcopo, & compoſiti ſunt, poſtquam Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus jam electus fuerat, & poſtquam Chronicon ſuum, quod in his libris allegat, jam circa annum 325 com-

n librorum & decem priorum de Demon-
one Evangelica a Georgio Trapezuntino
Nicolai V. in latinum facta impreſſa eſt
tiis an. 1497 & Pariſiis an. 1534. Verum
› hæç infidelis eſt, quia hic auctor libere
lit & detraxit, quidquid ſibi libuit circa
riam S. S. Trinitatis. Tredecim libri
e excuſi ſunt Pariſiis apud Robertum Ste-
um an. 1544. Secutæ ſunt verſiones Do-
Veronenſis, & Stopperi, ac demum ac-
iſſima Vigerii Jeſuitæ anno 1628 Pariſiis
no 1688 Coloniæ edita.

§. II.

ANALYSIS LIBRI PRIMI.

'uſebius librum primum præparationis *cap.* I.
' Evangelicæ a definitione Evangelii au- *Evange-*
itur, quod ita deſcribit: „*Evangelium* eſt, *lium*
ıd fauſtam cœleſtium maximorumque bo- *quid?*
rum præſentiam humani generis univerſi-
i denuntiat, quæ cum prædicta iam olim

„ex ipſius quoque voluntate moderatur.
„hoc autem naſcitur cum Deo amicitia, (
„nihil beatius cogitari poteſt. Hanc igi
„lætam adeo ac ſalutarem hominum cum I
„neceſſitudinem miſſus ad nos cælitus ex I
„ſummo bono Deus verbum, ſic tamqu
„ſplendor aliquis immenſi luminis cunctis
„minibus feliciter annuntiat, & ex omni
„orbis univerſi nationibus homines ad rer
„omnium Deum vehementer invitat, qui
„qui una eademque omnes natura procrea
„is jure notitiam amoremque ſui cum iis c
„nibus communicavit, qui gratiæ ſuæ be
„ficium libenter complecti voluerint. H
„itaque Chriſtus erga patrem ſuum char
„tem oratione ſua toti paſſim orbi prædicat
„venit, quemadmodum litteræ divinæ doc
„*Iſ.* 57. *v.* 19. Quia vero nonnulli perſuaſ
„habent, diſciplinæ chriſtianæ profeſſion
„nulla poſſe ratione defendi, verum nos
„unam tantummodo fidem adhæreſcere ve
„& propter iſtam nullo judicii, nulloque
„tionis examine attentatam exploratamı
„fidem fideles vulgo nominari, hanc præ
„rationem ab iis auſpicemur, quæ tam a g
„cis, quam a Judæis commemorari poſſi

cap. 2. *objectiones contra chriſtianos.*

2. „Ac primum quidem quæſierit ex
„bis quiſpiam, quidnam hominum ſim
„Græcine an barbari? Quippe ſe neque G
„corum apud nos ritus, neque barbarorum
„ctam ullam intueri. Deinde quis nos
„ſumme impios eſſe, & Divinitatem fund
„ſuſtuliſſe neget, qui mores patrios deſeru

„mu

„mus? Præterea quid hominibus illis ad ſpem „ullius boni oſtendatur, qui tutelaribus diis „bellum denuntiarunt? qua porro venia dig„nos fore, qui ab eorem cultu defecerint, quos „ab omnis ævi memoria communi regum om„nium, Legumlatorum ac Philoſophorum ap„probatione Græci & barbari deos celebra„runt? Quibus autem jure ii non ſubiician„tur pænis, qui patriorum ſacrorum deſerto„res peregrinas Judæorum fabulas æmulen„tur? Quis item hoc ſummæ improbitatis eſſe „non videat, amicorum mores & ritus levi„ter abjicere, & ſeſe futili fide ad hominum „impiorum populosque omnes hoſtili proſe„quentium odio ſectam adjungere? imo ne „Deum quidem ipſum a Judæis cultu more „Judæorum venerari? Quin & Hebræi ipſi „contra nos ſuccenſent, quod eorum libris abu„tamur, eosque a patriis religionibus per vim „exturbare conemur, cum tamen Judæis non „vero alienigenis redemptorem eſſe regemque „venturum aliaque læta Prophetæ cecinerint, „Illud etiam perabſurdum eſſe, quod repre„henſiones, quibus Judæorum delicta arguun„tur, avide arripiamus, promiſſa vero eis di„vinitus bona omnino reticeamus. Denique „quod cum contra conſtitutas Judæis leges „delinquamus, promiſſa tamen illis obtempe„rantibus præmia nobis vendicemus.

3. „Verum quod primum nobis objectum „eſt, ita purgamus, quod cum infinita ſint a „ſervatore noſtro prænuntiata, dum congruen„tes divinis ejus præſenſionibus rerum ipſarum „exi- *cap. 3. Prophetiarum impletio de Chriſti Eccleſia.*

„exitus ante oculos ponimus, eorum quæ „nobis de ipſo perſuademus certiorem om„ni dubitatione veritatem eſſe demonſtramus; „neque levis eſt eidem veritati aſſerendæ fides, „quam ex Hebraicarum litterarum teſtimonio „arceſſimus, cum iis ante tot annos præſentium „bonorum promiſſionem, Chriſti adventum, „ejus doctrinam, Judæorum incredulitatem „& excidium & diſperſionem Hebræi Prophe„tæ prædixerint: quæ certe omnia poſt ſalva„toris adventum evenerunt.

cap. 4. doctrinæ christianæ præclari fructus.

4. „Præterea inſtituti noſtri ratio dæmo„num & Principum acerbitate jactata majori„bus indies ornamentis augetur, ut plane du„bitare nemo poſſit, quin Deus Servatoris no„ſtræ doctrinæ vim quamdam omni oppugna„tione ſuperiorem contulerit. Deinde divinæ „profecto poteſtatis id fuit, ut ſimul atque „verbum ejus de ſumma unius Dei doctrina „proponeretur, continuo genus humanum a „dæmonum & multiplici gentium dominatu „vindicaretur. Etenim multiplex ille Roma„norum dominatus illico ſublatus eſt, cum „Auguſtus ſub ipſum Servatoris noſtri adven„tum ſummam rerum unus accepiſſet. Illud „etiam arcanæ Servatoris noſtri poteſtatis ar„gumentum eſt, quod ex quo ipſius doctrinæ „hominum aures afflare cæperunt, continuo „ferini ac barbari nationum mores humanio„ribus inſtitutis manſueſcerent. Itaque nec „Perſæ amplius nuptias cum matribus ineunt, „nec Schytæ humana carne paſcuntur, nec „Derbices ætate effoetus immolant, Tiberini

præ-

im ſenſum contra pravas concupiſcentias
niunt, nullo jurejurando opus habent
ndacium fugientes, verba vana, contu-
lioſa & turpia. Ad hæc quod infinita
ninum multitudo ad audienda & exequen-
divina præcepta confluat, quibus ad coer-
ıdam non modo actionum ſed & cogita-
ıum turpitudinem, iracundiam, vindictam
. excitatur. Illud etiam magnum eſt,
od Religio noſtra ſententias Philoſophis
ne dignas tradat, de animi immortali-
e, vitaque poſt mortem nobis præpara-
& judicio Divino, unde quisque cavet,
ab omni ſcelere ſingulari ſtudio decli-

;. „Sed enim quid attinet hoc loco pluri- *Non ſine*
i id conari, ut non inconſideratæ fidei *matura*
addixiſſe oſtendamus, cum univerſo hoc *judicio*
re fidei noſtræ rationem demus, quia ve- *majorum*
rudiores hæc non ſatis capiunt, eos quaſi *ſuperſtitio* *relicta.*

„credat & ſperet: ſine quo nullus ſcientias, „nullus artes addiſceret, niſi crederet & ſpe- „raret, eas ſibi uſui futuras. Sed ad primum „accuſationis caput nunc redeamus, & qui- „nam ſimus reſpondeamus. Nos igitur & „Græcos genere eſſe, & Græcorum olim ſen- „tentias complexos, nunc autem a patria ſu- „perſtitione defeciſſe ne ipſi quidem negaveri- „mus: porro ritus patrios nos merito deſe- „ruiſſe oſtendemus, ſi vetuſtiſſimas de deorum „natura ſententias Philoſophorum contemple- „mur, ubi verbis non meis utar, ſed illorum „qui deorum cultum ſingulari ſtudio defen- „derunt, ut ab omni fingendi calumniandi- „que ſuſpicione noſtra hæc diſputatio vindi- „cetur.

Phœnicum & Ægyptiorum Theologia.

6. „Phoenices quidem & Ægyptios om- „nium primos ſoli, lunæ, & ſtellis divinita- „tem tribuiſſe vulgatum eſt, iisque ſolis rerum „omnium ortus interitusque tribuiſſe: ſaltem „ante illos ſupra res, quæ in cælo videri ſo- „lent, intelligentia progreſſum eſſe neminem, „ſi paucos excipias, quorum apud Hebræos „memoria celebratur, qui totum id, quod viſu „percipitur, puriſſimo mentis oculo ſuperantes „ipſum mundi Effectorem pie coluerunt, cum „tantam illius ſapientiam atque poteſtatem, „quam utcunque ſibi ex operibus ipſis animo „fingebant, ſingulari admiratione proſequeren- „tur, cumque unum illum Deum ſemel eſſe „credidiſſent, eumdem ita prædicarunt, ut ve- „ram illam pietatem, quam a parentibus ac- „ceperant, liberi retinerent. At reliqua ho-

„mi-

„minum multitudo, cum ab ejus unius veri„tate pietatis excidiſſet, ad aſtrorum ſplen„dorem puerili mente obstupeſcens, illa deos „eſſe pronuntiavit, iisdemque ſacrificiorum & „adorationis cultum adhibuit, ſic tamen, ut „nec ipſis templa conſtrueret, nec ſimulacra „effingeret, Verum nequaquam hic ſtetit eo„rum qui ſecuti ſunt, de multitudine deorum „error, ſed impietatem peperit ipſo negatæ di„vinitatis ſcelere graviorem. Atque hujus „erroris Phoenices ac paulo poſt Ægyptii au„ctores fuerunt, primum enim ex iis Orpheum „memorant Hyagri filium translata ſecum „Ægyptiorum myſteria cum græcis commu„nicaſſe, Phoenicum autem religiones apud „eosdem una cnm ipſarum litterarum diſci„plina Cadmum intuliſſe, nec litterarum eo „adhuc tempore notum Græcis uſum fuiſſe. „Nos igitur in primis quæ ad primam mundi „procreationem attinent: tum de vetuſtiſſima „ſuperſtitione, tertio de Phoenicum, quarto „de Ægyptiorum Theologia, quinto de græ„corum fabulis implicato errore, dein de eo„rum philoſophandi ratione, tum vero de eo„rum oraculis, & Philoſophiæ momentis: de„mum de Hebræorum dogmatibus, ac deni„que de noſtris ritibus tractabimus, & qui„dem non ex noſtris litteris, ſed ex ipſis Græ„cis teſtes producemus. Ac Diodorus quidem „ſiculus, qui unum in corpus Bibliothecam „hiſtoriarum univerſam compegit, antiquam „Ægyptiorum theologiam a capite proſequi„tur, ex quo prima illa tantum ſubjiciam, „quæ veterum ſententias commemorans de

„mun-

„mundi ortu hunc in modum ipſe diſput„vit.

Mundi ortus juxta Græcos.

7. „Ac de univerſo quidem hominem g„nere & de primo hominum ortu ſententi„fuerunt omnino duæ: qui enim nec mun„ortum ullum fuiſſe, nec interitum futuru„eſſe poſuerunt, ii ſempiternum quoque g„nus hominum eſſe, neç ullo tempore illoru„procreationem cæpiſſe voluerunt; qui ve„generatum eumdem atque occaſurum put„verunt, ii hominum etiam generationem ce„to quodam tempore principium habuiſſe d„fenderunt. Quippe cum hujus primum un„verſi coagmentatio fieret, unam aliquam cœ„& terræ ex confuſa amborum natura fo„mam extitiſſe, deinde vero cum corporu„diſtinctio ſucceſſiſſet, continuo mundum pa„tium ordinem accepiſſe, aerem vero cont„nenti motu agitari cæpiſſe, ita ut pars ej„ignea in ſupremam regionem evolaret, a„que hanc cauſam eſſe, cur ſol & ſyde„citiſſimo impetu rapiantur: quod aute„cænoſum erat, unum in locum ſubſidere„quod ex humidis ſuis partibus mare, „ſolidioribus vero terram procreavit, „qua humidiores ejus partes variis in loc„intumeſcentes vitalem pariendi vim ex c„lore conceperunt, animantia omnis gene„procreandi: ex quibus quæ majorem nact„calorem eſſent pennis inſtructæ in altum ſu„volarunt; in quibus terrena concretio dom„naretur reptilia & cætera animantia prod„xerunt, quotquot vero humida maxime n

„tu

„tura conſtarent in cognatum ſibi locum con-„fluxerunt, piſces appellati. Ad extremum „vero terra indies magis ſolidata, nullum am-„plius ex grandioribus animalibus producere „poteſt, ſed omnia ex mutua marium ac fæ-„minarum commixtione generantur. Eadem „Euripidis de ortu univerſi hujus mens eſt. „Porro principes omnium homines ferino ritu „victitantes, hucque diſſipatos atque illuc ad „paſcua exiiſſe, & teneriores herbas cum ſpon-„te naſcentibus arborum fructibus comediſſe „ferunt: cum autem feræ eos perſequeren-„tur, metu congregatos alter alterius for-„mam paulatim cognoviſſe, & ſingulis paula-„tim vocibus articulate proferendis, ſignisque „rerum, quæ occurrebant inter ſe conſtitutis „eorum explicationem feciſſe, & quia cætus „toto paſſim orbe conflabantur, ſingulique vo-„ces pro ſuo libitu componebant, formæ lin-„guarum multiplices, & prima capita gentium „extiterunt. Et quia primi homines a veſti-„bus, domiciliis & proviſione anonæ imparati „erant, plurimi per hyemem cum aſperitate „frigoris, tum ciborum penuria interibant, „donec varias artes ad communem vitam pro-„ficuas invenerunt. Hactenus Diodorus, qui „in mundi procreatione ne Dei quidem no-„minetenus meminit, ſed fortuitam univerſi „diſpoſitionem induxit. Nunc aliorum Græ-„corum Philoſophorum de rerum principiis „opiniones ex Plutarcho tibi ante oculos po-„nam.

8. „Tha-

Opiniones Philoſophorum de ortu mundi.

8. „Thaletem ferunt hujus univerſitatis „principium aquam poſuiſſe, quod ex ea cun„cta prodiiſſe, ac in eamdem diſſolvi arbitra„retur. Anaximander cauſam omnium rerum „infinito aſſignandam eſſe docuit. Anaximenes „rerum omnium principium aerem ſtatuit. „Xenophanes Colophonius nullum penitus or„tum vel interitum reliquit, ſui ſemper ſimile „hoc univerſum eſſe ratus. Parmenides Elea„tes Xenophonis opinioni partim ſe adjunxit, „partim contrariam inſtituit factionem, nam „omnem generationem rejicit. Democritus „Abderites univerſum infinitum eſſe vult om„nis mutationis expers. Epicurus hoc uni„verſum tale ſemper fuiſſe, taleque perpe„tuo futurum, quale nunc eſt docet. Em„pedocles Agrigentinus quatuor elementa po„nit ignem, aquam, aerem, & terram. Me„trodorus chius ſempiternum eſſe hoc univer„ſum affirmat. Diogenes Apolloniata aerem „elementum ponit, & infinitos eſſe mundos „affirmat. Talis fuit ſapientiſſimorum Græ„ciæ Philoſophorum de univerſi conſtitutione „diſputatio, in qua ne ullam quidem Dei men„tionem fecerunt, ac tanta ſententiarum di„verſitate omnia compleverunt. Itaque So„crates omnes iſtos vaticinari vel potius in„ſanire dicebat Xenophonte teſte: quod idem „Plato in dialogo de animo de Socrate refert. „Jure igitur merito ſentio nos ab iſtorum ne„gatæ divinitatis ſcelere declinaſſe, præſertim „cum ipſorum de multitudine deorum error, „ab iis, quæ de univerſi ortu ſomniarunt, ne„quaquam alienus eſſe videatur. Nunc vero „trans-

„transfer animum ad Diodorum, quæque de „prima hominum Theologia memoria prodi-„dit, conſidera.

9. „Priſcos Ægyptios ferunt, ſolem & lu-„nam ſempiternos eſſe deos omniumque prin-„cipes cenſuiſſe, quorum alterum Oſirim, al-„teram Iſim nuncuparint. Oſiris enim nihil „aliud eſſe, quam multis oculis præditum, „quod ſoli convenit univerſa radiis ſuis ceu „oculis perluſtrandi, quem etiam quidam apud „Græcos Bacchum & Sirium in ſuis fabulis „vocant. Iſin vero ſeu Lunam antiquam „propter antiquiſſimum & ſempiternum ortum „appellant, & cornua illi affingunt, quia in „accretione & diminutione ſua ita apparet, „& quia ei vacca apud Ægyptios eſt conſe-„crata. Phœnices item ſolem & lunam cæ-„teraſque ſtellas inerrantes, elementa præte-„rea deorum in loco tantum habuerunt. His „diis ſuis mortales vetuſtiſſimi terræ germina „dedicarunt. Quare nulla plane apud anti-„quiſſimos homines ſimulacra, nulla quæ nunc „eſt in iſta deorum partim marium partim „fæminarum appellatione nugarum vanitas. „Maneat igitur hunc omnium gentium de „multitudine deorum errorem nonniſi poſt „longam ætatum ſeriem extitiſſe, quod ve-„tuſtiſſimæ hiſtoriæ monumenta declarant, „quam ducto a Phæniciis initio propius intue-„bimur, quorum res Sanchuniatho memoriæ „prodidit, qui ante Trojana tempora floruit, „cujus opera omnia Philo Byblius ex Phæni-„cum idiomate Græcam in linguam converſa „vul- *Priſci ſolem aſtra co-luerunt.*

„vulgavit, & ad Sanchuniatonis interpretatio-„nem aggreditur, iis verbis Phænicum Theo-„logiam ediſſerens.

Phœnicum Theologia. 10. „Principium hujus univerſitatis ponit „aërem tenebroſum ac ſpiritu foetum chaos-„que turbidum altaque caligine circumfuſum. „Hæc porro infinita eſſe. Verum ubi ſpiritus, „inquit amore principiorum ſuorum flagrare „cæpit, eumque ſimul mixtio eſſet conſecuta „nexum hunc mutuum Cupidinem appella-„runt: is rerum omnium procreationis prin-„cipium fuit: Spiritus vero ſuam ipſius pro-„creationem minime agnoſcebat. Ex hac il-„lius conjunctione prodiit Mot, quod limum *Mot quid.* „nonnulli alii aquoſæ mixtionis corruptionem „eſſe volunt, ex qua ſecutæ productionis ſe-„mina & rerum univerſarum generatio exti-„tit. Cæterum animantia quædam erant om-„ni ſenſu carentia, quæ poſtmodum intelli-„gentia præditos animantes produxerunt, eos „*Zaphaſemin* nominarunt in ovi figuram con-„formatos: illico autem Mot cum ſole, luna, „ſtellis emicuit. Porro cum igneum ſplen-„dorem aer emiſiſſet & ex maris & terrarum „inflammatione venti, nubes, imbres extitere, „quæ ob vehementiorem ſolis æſtum a pro-„pria ſede disjuncta alia cum aliis concurren-„tia tonitrua ac fulgura pepererunt, quorum „fragore excitati intellectu præditi animantes „mares & fæminæ tam in terra quam mari „moveri cæperunt. Hæc in *Taauti* commen-„tariis reperiuntur. Porro illi omnium prin-„cipes terræ germina conſecrarunt, iisque deo-

„rum

„rum loco habitis adorationis cultum tribue„runt, utpote quibus vitam omnes tolera„rent. Deinde ex Colpia vento & ejus uxo„re Baau ævum ac primogenitus ambo mor„tales procreati ſunt, ævumque cibi ex arbo„ribus capiendi auctor fuit. Geniti ex illis, „genus & progenies appellati ſunt, & Phæ„nicen incoluerunt, cumque vehementior „æſtus urgeret, in cælum manus ad Solem „ſuſtuliſſe, quem Deum credebant & Beelſa„men, id eſt, cæli Dominum, græci vero Jo„vem nominabant. Porro ex genere ævi & „Primogeniti filio lux, ignis & flamma nati „ſunt, qui ignis uſum homines docuerunt. „Iidem filios genuerunt proceritate corporis „vulgus hominum ſuperantes, quorum nomi„na montibus a ſe ocupatis indiderunt, unde „mons Caſſius, Libanus, Antilibanus, Bra„thyus. Cæterum ab iis Memrumus & Hypſu„ranius procreati ſunt, qui Hypſuranius in in„ſula Tyro tuguriorum ex calamis ædificando„rum artem excogitavit, & orto in Sylva in„cendio arborum ramis navigii loco uſus ma„re primus trajecit. At multis poſt ſæculis „ex Hypſuranii ſobole Venator & Piſcator „nati ſunt, harum artium inventores. Ab his „chryſor ſeu Vulcanus navium & murorum au„ctor, & ab ejus poſteris Artifex & terreſtris „indigena, Ager & Agricola prodierunt. Quos „omnes & plures longo ordine hic ab Euſe„bio ex Sanchoniatone relatos Phœnices pro „diis coluerunt. Hujusmodi ergo eſt Phoe„nicum Theologia, quæ nec fabulas nec com„menta Poetarum, ſed res veras omnibus Poe-

„tis antiquiores complectitur. Proinde hæc „de Phænicum Theologia dicta ſunto, jam „vero tempus eſt, ut ad Ægyptiorum ſacra „doctrinamque tranſeamus, ut perſpectum om„nes habeant, num absque matura delibera„tione ab iis quoque diſcedendum nobis eſſe „ſtatuerimus.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER II.

Ægyptiorum theologia. 1. „Manethus Ægyptius hiſtoriam illorum „univerſam Græcis litteris fuſe ad„modum explicavit, præſertim vero, quæ ad „eorum Theologiam pertinebant cum in ſacro „volumine, tum aliis quibusdam operibus com„prehendit. Sed quoniam Diodorus ſic to„tam in unum corpus veterum hiſtoriam coe„git, ut ab illa Ægyptiorum Theologia ope„ris univerſi principium duxerit, operæ pre„tium me facturum arbitror, ſi ex eadem, „quæ ad propoſitam diſputationem faciunt de„prompta in omnium oculis conſtituam, quod „Græci ſæpius in hujus auctoris lectione ver„ſentur. Ajunt ergo Ægyptii ſub primum hu„jus univerſitatis ortum primos etiam homi„nes in Ægypto procreatos fuiſſe. Jam vero „deos ipſos cum homines mortales fuiſſent, „tamen propter ſapientiam & inſignia in ge„nus humanum merita immortalitatem con„ſecutos eſſe, quorum aliqui in Ægypto re„gnaverint. Inter hos Solem vel Vulcanum „Saturnum, Opem, & Jovem numerant: Vul„cano Saturnus ſucceſſit, qui ex Ope vel Oſi-

„rin

„rin & Iſim, vel Jovem & Junonem genuit.
„Oſiris porro vitem & agriculturam, Mercu-
„rium litteras inveniſſe tradunt. Quorum om-
nium hiſtoriam cum Euſebius ex Diodoro re-
tuliſſet, cum eodem pergit: „Atque hujus-
„modi ſunt, quæ de hominibus in deos con-
„ſecratis Ægyptiorum hiſtoriæ prodiderunt.
„Jam vero de animalium conſecratione hæc
„ab iis tradi ſolent. Quibusdam placet, qui
„ab initio dii fuerunt, cum ob paucitatem
„hominum terrenorum partim multitudine,
„partim impietate opprimerentur, eos anima-
„lium ratione carentium forma tectos pericu-
„lum declinaſſe, eorumque naturas ob accep-
„tæ ſalutis beneficium conſecraſſe. Alii vero
„exiſtimant, quod in certaminibus contra ho-
„ſtes animantium illarum imagines in capiti-
„bus ſuis duces exercitus velut inſigne geſtaſ-
„ſent, illis veluti diis partam victoriam ad-
„ſcripſiſſe. Poſtremo ſunt, qui cultus ejus-
„modi cauſam proferant utilitatem eam, quam
„ex hoc animantium genere perciperent, v. g.
„ex vacca &c. His alias brutorum anima-
„lium cultus rationes adjiciunt, ut cum ſin-
„guli ſuos animantes colerent, & conſecratos
„ab aliis repudiarent, numquam univerſæ to-
„tius Ægypti præfecturæ in mutuam conjun-
„ctionem venire poſſent. Porro hæc anima-
„lia occidere non licet, eaque opipare nutriunt,
„& extincta honorifice ſepeliunt. Hæc illa
„eſt Ægyptiorum divinitatis omnis ejectio po-
„tius, quam Theologia, eo usque infamis cer-
„te quidem, ut vel eam argumentis oppug-
„nare turpe videatur, hanc nos jure reſpuen-

„dam nobis putavimus. Nunc ut de Græcis „aliquid dicamus, ordo poſtulat.

Græcorum theologia. 2. „Græcorum theologiam Diodorus a Cadmi ætate auſpicatur, quem poſt Moyſen natum eſſe ſuo loco oſtendemus. Cadmum, „ait Diodorus, Agenoris filium memorant ex „Phænicia Europæ a Jove raptæ quærendæ „cauſa profectum eſſe, eaque non inventa in „Boeotia Thebas condidiſſe, ibique Semelem „ſuſcepiſſe, quæ a Jove, cum quo rem habue„rat fulgure territa abortivo fætu effuſo cæle„ſti flamma conflagravit. Jupiter autem hunc „infantem Bacchum Mercurio tradidit, qui „Bacchus vini & cerevisiæ potum invenit." Pergit deinde Diodorus & fuſe reliquas deorum Græcorum fabulas & Atlantiorum theologiam recenſet, quibus Euſebius hæc ſubjungit. „Sed enim iſta nobis Græcorum theolo„giæ quaſi fragmenta ſatis erunt, quibus op„portunum fuerit, ſolemnes eorumdem nu„minum initiandi ritus, arcanaque myſterio„rum ſacra ſubjungere, ac diligenter videre, „num vere divinas illi numinum rationes, Deo„que dignum aliquid complexas religiones „inferant, an contra ab inferis excitatos er„rores ac dæmonum fraudibus conflatos ob„trudant, quos riſus imo pudor ex rerum in„dignitate contractus, aut eorum potius, qui „in tanta etiamnum cæcitate verſantur, com„miſeratio merito excipiat.

Arcana myſteria gentilium. 3. „Atque horum turpitudinem admirabilis ille Clemens (*Alexandrinus*) ea, quam „ad

„ad Græcos dirigit cohortatione omnium ſpe-„ctandam oculis proponit, quippe qui cum „omnes illorum cæremonias ſua ipſius expe-„rientia cognoverit, tum celerrime ab infa-„mi errore caput extulerit verbi ſalutaris & „Evangelicæ doctrinæ vi ex tot tantorumque „malorum contagione liberatus. Hæc tu igi-„tur paucis etiam accipe. Refert hic Euſe-bius ex Clemente Alexandrino abſurda hæc arcana myſteriorum ſacra quorum epitomes videri poteſt. (*tom.* 2, *hujus Analyſis pag.* 412, ſ. 6.)

4. „Jure ſane ac merito nos ab iſtis om-„nibus liberatos eſſe profitemur, primum qui-„dem ſingulari præpotentis Dei gratia, deinde „Servatoris noſtri Evangelicæ doctrinæ vi qua-„dam, quæ verbis explicari nequeat, ſano de-„nique maturoque conſilio in eam adducti ſen-„tentiam, ut auguſtum Dei nomen obnoxiis „morti hominibus impertiri nefas crederemus, „qui tum pridem inter mortuos jaceant, tum „omnis intemperantiæ, libidinis, & crudeli-„tatis ad animorum pernitiem monimenta „poſteris conſervanda crediderint. Et ſane „quid pluribus opus eſt, ut univerſo homi-„num generi cauſas noſtræ a fictitiis numini-„bus defectionis juſtiſſimas in medium affera-„mus, cum eorum etiam plurimi, qui arctio-„re antea ſuperſtitione tenebantur, erroris pa-„trii veſaniam agnoverint aliamque viam inie-„rint. Et alii quidem totam iſtam fabularum „colluviem majores ſuos riſu cachinnisque pro-„ſecuti ſunt, alii vero ſpretæ divinitatis opi-

Merito a cultu deorum receſſimus.

„nionem declinantes ſectam ſuam lenire ſta-„tuerunt, numinum ſuorum hiſtorias figmen-„ta Poetarum eſſe dixerunt, quibus cauſæ re-„rum naturalium incluſæ latitarent: quarum „licet nullum veritatis indicium proferre poſ-„ſint, eas tamen in lucem proferemus, ut „ſummam noſtræ diſceſſionis æquitatem ocu-„lis omnes tenere poſſint. Age igitur rem „altius repetentes propius contemplemur.

5. „Atque ex dictis apparet, quantis im-„plicati malis, quantaque impietatis & Divi-„ni numinis ignoratione obruti a tam funeſta „ſervitute non aliter, quam Jeſu Chriſti ad-„ventu liberati ſimus. Hic enim ille eſt, qui „univerſum hominum genus e vanæ ſuperſti-„tionis nocte in veræ erga Deum pietatis diem „vindicavit: nam cum nullis adhuc hominum „vita legibus belluarum ritu ageretur, aliis „præter abdominis ſatietatem penſi nihil erat: „alii Aſtris in cælo micantibus deorum nomen „& honorem tribuerunt: alii quos ætate ſua „communi conſenſu aut ſapientiæ primas tu-„liſſe viderent, aut corporis viribus ac pote-„ſtatis magnitudine pluribus eſſe dominatos, „vel præſtigiis nobiles, vel quicumque de-„mum communis alicujus beneficii ad vitæ „humanæ utilitatem pertinentis auctores fuiſ-„ſent partim vivos partim jam morte functos „pro diis prædicarunt.

Templa deorum ſepulchra. 6. „Itaque deorum ipſorum ædes mortuo-„rum ſepulchra eſſe perhibentur, quemadmo-„dum Clemens Alexandrinus in ea, quam ad

„Græ-

„Græcos ſcribit cohortatione commemorat, „Græcorum ipſorum teſtimonia proferens, „quem tu ſi placet hunc in modum rurſus lo„quentem audi (*Tom.* 2. *Analyſ. pag.* 427.) Sed „quoniam ſpecioſa quoque Philoſophorum dog„mata explorare cæpimus, age propius illa „contemplemur.

7. „Plato igitur poſtquam ſuam ipſe theo„logiam ab antiquarum fabularum ſocietate „ſejunxit, deque cælo, ſole, luna, ſyderibus, „imo de tota hac univerſitate ac ſingulis ejus „partibus Phyſiologi more diſputavit ſuam „iterum de diis opinionem his verbis pláne „conceptam in Timæo: Jam vero de cæteris, „inquit, dæmonibus diſſerere, aut eorum noſſe „procreationem, non eſt virium noſtrarum. Ita„que fidem iis, qui naturam illorum jam olim „explicarunt, habere nos oportet, quippe qui „deorum nepotes fuerint, ut ipſi confirmant, „ſuos quoque majores optime noverint. Et „ſane fieri nullo modo poteſt, ut deorum li„beris fides negetur in iis etiam, quæ ſine „ulla veriſimilium & neceſſariarum probatio„num auctoritate dicunt. Maneat igitur deo„rum iſtorum generatio quo illam accepimus, „quia domeſtica, quemadmodum lex ipſa jubet, „referentibus credendum eſt. Hæc ſunt qui„bus Plato ex decretis legum fidem habere „jubet, tametſi nullis momentis niti videan„tur. Idem alibi ſuam mentem candide ape„riens ita loquitur: Heſiodus non ſatis pru„denter mentitus eſt, ſive dum ea, quæ com„miniſcitur facinora cælo tribuit, ſive dum

Platonis ſententia de veterum theologia.

„quas Saturnus de illo pænas expetiverat com„memorat: nam quæ Saturnus vel perpetraſſe „dicitur, vel a filio pertuliſſe, ea, ne ſi vera „quidem eſſent, apud adoleſcentes jactari vel„lem; ſane periculoſæ iſtæ fabulæ ſunt nulla„tenus noſtra in republica audiendæ; nec enim „ferendum, eum nihil inſolentis perpetrare, „cum ea tantum faciat, quæ a maximis deo„rum facta eſſe conſtet &c. Vides quam di„ſerte Plato doceat, de diis fabulas, & omnes „Allegoriæ ſenſus, quos ad Phyſiologiam ac„comodatos eſſe putant, excludi penitus opor„tere. Quamobrem nihil profecto cauſæ eſt, „cur immerito nobis iſtorum fugam Evange„lica doctrina præcepiſſe videatur, cum eadem „a ſuis quoque rejecta fuerit.

Romanorum Theologia.

8. „Romani proinde cum ſatis intelligerent, „univerſam illam in fabulis deorum explican„dis Græcorum Phyſiologiam cum abſurdam „atque inutilem, tum minime ſolidam eſſe, „eam ſimul cum ipſis etiam fabulis Theolo„giæ ſuæ finibus arcendam eſſe ſtatuerunt; „id quod vel ex unius Dionyſii Halicarnaſſen„ſis de antiqua rerum Romanorum hiſtoria „libris auferre potes, qui volumine operis ſe„cundo ita proſequitur. Romulus cum probe „intelligeret, honeſtis legibus piam civitatem „effici, præcipuam in his rebus operam po„ſuit, a religione cultuque deorum ac dæmo„num auſpicatus: ac templa quidem, aras, & „ſimulacrorum inſignia, ſimulque vim numen„que ſingulorum, & beneficia, quibus homi„num genus affecere, dies quoque feſtos, ſa-

„cri-

„crificia, ferias & ſolennes conventus, & ſta-
„tas a laboribus vacationes ac cætera ex op-
„timis Græcorum ritibus inſtituit: at vero
„ſparſas de iisdem fabulas, quibus aliqua ip-
„ſorum vel probra vel crimina continentur,
„improbas, inutiles, ac fædas eſſe ratus, nec
„diis modo, ſed etiam viris bonis prorſus in-
„dignas ad optime de diis loquendum ac ſen-
„tiendum informavit, nullum iis ſtudium bea-
„ta natura indignum affingens &c. Ex quo
„intelligimus nusquam Romanos novam iſtam
„in fabulis deorum evolvendis phyſiologiam
„probare voluiſſe, tantum abeſt, ut ſophiſti-
„cis quibusdam præſtigiis, & ad dignitatis ſpe-
„ciem compoſitis januam aperirent.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER III.

1. „Quoniam ſemel Philoſophorum vanita- *Natura-*
„tem redarguendam ſuſcepimus, age, *lis Græ-*
„quid præclari tandem numinibusque digni *corum*
„eorum commentationes afferant, videamus. *Theolo-*
„Ubi ſatis fuerit Plutarchum chæronenſem con- *gia.*
„ſulere, & locum illum ad rem noſtram acco-
„modatum perlegere, ubi fabulas alium in
„ſenſum torquet, quas utique arcanæ Theolo-
„giæ plenas eſſe dictitat. Hanc vero enucleans
„Bacchum ebrietatem eſſe tradit, non vero
„hominem illum in hiſtoria decantatum: Ju-
„nonem vero mutuam viri uxorisque conſue-
„tudinem matrimonii vinculo ſociatam, quæ
„ebrietate perturbatur. Deinde quaſi ſuæ ac-
„comodationis oblitus Junonem iſtam terram

„nominat, Latonam vero oblivionem & no
„moxque Junonem eamdem cum ipſa La
„facit. Ad hæc Jovem nobis inducit, q
„Æheris vim allegorice interpretatur, &
„de cæteris.

Phyſiologia deorum nulla.

2. „Verum præter fabularum indignit
„ipſa hæc earum interpretatio ac Phyſiol
„non jam ad cæleſtes ullas intelligentes
„naſque facultates, vel ad naturas ratione
„ditas evehebat, ſed deorſum vergens, a
„crapulam, nuptias aut humanas cupidi
„deſinebat, nullique præterea rei divinit
„tribuebat.

Allegorica Ægyptiorum Theologia.

3. „Nunc autem Ægyptiorum etian
„bulas videamus. Ajunt itaque Oſiridem
„lem eſſe, Iſidem vero Lunam, & utrun
„Deum orbem univerſum moderari, vege
„resque omnes tribus anni tempeſtatibus
„re & augere. Jovem ſpiritum eſſe o
„pervadentem & omnium parentem, quia
„malis facultatis auctor eſt. Vulcanum
„ignem generationem rerum adjuvantem,
„ram Cererem fructuum matrem: Ocea
„humorem ac Nilum eorum fluvium, cu
„ſas quoque deorum procreationes tribu
„aerem denique Minervam ab iisdem n
„nari ferunt. Atque hos quinque deos ae
„aquam, ignem ac Terram ac Spiritum o
„univerſum percurrere, varias ſubinde h
„num & omnis generis animantium figur
„vultus induentes quorum nomina cum
„quot hominibus morti obnoxiis & in Æ

„to natis communicata fuerint, quos utique „Solem, Saturnum, Rheam, Jovem, Juno„nem, Vulcanum, Veſtamque cognominarunt. „Quæ Manethus quidem fuſius perſequitur, „ſummatim vero Diodorus in ſuo hiſtoriarum „opere. Cujus verbis relatis Euſebius ſub„dit: Ego vero quæſierim ex illis, quorum „numinum expreſſas imagines conſervare di„cant, dæmonumne? an ignis, aeris, an „virorum mulierumque ſimulacra? an deni„que brutorum figuras? nam cum ipſimet „homines quosdam mortales, eodem quo ſo„lem ac cætera elementa nomine procrea„tos, & deos poſtea conſecratos fuiſſe conce„dant, quorum imagines illas æquum fuerit „nominare? an elementorum, an hominum „mortuorum? enimvero veritas per ſe loqui„tur, eos viros mortales fuiſſe. Unde & Plu„tarchus in opere de numinibus Ægyptiis ſin„gulorum propriam corporis figuram decla„rat. Mortuorum ergo fuit tota illa numi„num conſecratio, quidquid autem phyſiolo„giæ eſt, hoc iidem poſtea confinxere: nam „quid attinebat in virorum & mulierum effi„giem Solem, Lunam &c. configurare, cum ſine „his ea colere liceret? cumque Vulcani &c. „nomina & pudenda geſta de illo & aliis re„lata non ſint ſoli & elementis nec fuerint „propria; ut profecto totam hanc phyſiolo„giam coactitiam manifeſto teneamus.

4. „Nunc autem ageſis, audi præterea, quæ „ipſe Porphyrius in epiſtola ad Anebonem „Ægyptium ſcribit: Ægyptii non alios agno„ſcunt *Ægyptiorum phyſiologia.*

„ſcunt deos, quam quæ vulgo errantia ſydera „nominantur &c. quæ profecto manifeſte de„clarant, ne arcanam quidem Ægyptiorum „doctrinam præter cæli ſtellas tum fixas tum „errantes alios in deorum numero collocaſſe, „imo uni, duntaxat ſoli mundi molitionem „tribuiſſe. Unde vide quonam delapſa ſit ho„minum iſtorum Theologia, quæ naturam men„tis & ſenſus expertem numinum iſtar con„ſecrarit, ſed & in belluarum naturam Dei „nomen dejecerit, easque deos pronuntiarit. „Quibus proinde nos quantisque bonis Chri„ſtus ille Deus cumulavit, qui noſtros & Ægyp„tiorum ipſorum animos Evangelicæ doctri„næ ſuæ vi a tam inveterata cæcitate vindi„carit.

Phyſiologia recentiorum.

5. „Sed quoniam Theologiæ ſive quæ fa„bularum comes appellatur, ſive quam vete„res Græci & Ægyptii cum rerum naturis „propius conjunxerunt, vanitatem illuſtravi„mus, ſequitur, ut invecta a recentioribus Phi„loſophis fuci plena argumenta videamus ex „Porphyrio, qui ait: Divinæ ſapientiæ ſenſus „proferam, quibus Deum & multiplicem Dei „vim imaginibus quibusdam indicarunt: nam „quia numen lucis aliquam formam præferat, „ex auro, chryſtallo & alia ſplendida mate„ria naturam ejus ſub oculos nusquam ca„dentem adumbrarunt: quod ratione prædi„tum ſit, humanam in figuram deos confor„marunt &c. Verum quid coactum magis, „quam inanimas quasdam materias deorum „imagines præ ſe ferre? de Cætero hæc ſo-

„phiſ-

...mata a nuperis quibusdam invecta eſſe, quibus ne per ſomnium quidem veteres ...arint, vel ex eo intelligas, quod priſci homines confecta ex auro ſimulacra reli... unt, Plutarchus enim teſtatur, quod Apol... ſignum in Delo & Minervæ ligneum ... &c. Et Plato de legibus ait: aurum & ...tum in templis invidioſa poſſeſſio eſt, ... autem corporis anima ſpoliati minus ... donum, ferrum & æs bellorum in...menta. His Porphyrianæ Phyſiologiæ ...tatem manifeſte refelli puto.

...„Age tamen quæ ſuperſunt contemple... Audi ergo quemadmodum Porphyrius ...proſequatur. Attende mihi porro, in... it, Græcorum Sapientiam. Quippe ex Or... ...i carminibus Jupiter mundus univerſus eſt, ...mans ex animantibus, ac Deus ex diis. ...iter quatenus mens ad cujus notiones ...nia profert, omnia molitur, cumque ejus ...ginem priſci fingere non poſſent, ſimula...m ejus humanam in ſpeciem conforma...t, quod mens eſſet, cujus in procreatio... rerum exemplar intueretur. Idem ſedet, ...immotam poteſtatis ſuæ conſtantiam ſigni...t. Partes corporis ſuperioris nudas ha..., quod in ſpiritualibus & cæleſtibus mun... partibus ſe illuſtrius ſpectandum exhi...t, inferiores contra tectas, quod in infi...s rebus deliteſcat. Leva Sceptrum tenet, ...od mens illa procreatrix hoc in orbe reg...t: dextera aut aquilam protendit, quod ...ris diis dominetur, aut victoriam, quod „om-

Continuatio Theol. Græc. Jovis allegoria.

„omnia ſuperarit. Verum ſi Jupiter mundus „univerſus eſſet, mundi partes ejus partes „erunt nec ab eo creata erant. Eodem modo Euſebius fuſe ex Porphyrio phyſiologicam & allegoricam aliorum ſimulacrorum interpretationem refert, & inſuper ſimulacrum, quoddam, quod Elephantinopoli viſitur, „quod ſe„dens cæruleo colore imbutum ipſo corporis „trunco virilem præſefert ſpeciem, arietis vero „caput & hirci cornua habet, quo ſolis & lu„næ in ſigno arietis congreſſum ſignificari vo„lunt, cui ſoli & lunæ apud Heliopolim boves „conſecrantur. Sed dicunt, ſe nequaquam „ſolis, lunæ aliorumque ſyderum corpora, aut „alias mundi partes, ſed tantum incluſas veri „Numinis vires conſecrare. Verum quidni „ergo turpibus deorum fabulis & libris eas „continentibus valere juſſis unum ſolumque „Deum nude ac ſincere prædicant: hoc enim „eos facere oportuit. Imo vero poſt longam „illam Philoſophiæ commentationem ipſi Phi„loſophi ad veterem de pluribus diis errorem „ſe aggregant, eademque quæ vulgus opi„natur partim ſacrificiis partim ſimulacro„rum cultu ſimulant, ſuoque exemplo vulga„rem de fabuloſis deorum narrationibus erro„rem magis roborant & vana ſua phyſiolo„gia flagitiorum deorum turpitudinem tantum „colorant & confirmant.

Phyſiologiam deorum eorum oracula refutant.

7. „Quanquam mirum hoc videri non de„beat, cum ex eorum ſcriptis habeamus, ſpar„ſas de diis fabulas deorum ipſorum vocibus „comprobari. Audi ergo, quemadmodum ipſe

„Apol-

„Apollo ſe in Delo inſula natum ex Latona „confitetur, cui Æſculapium ac Mercurium ad- „jungemus, quorum alter Triceæ, alter ex „Maja ſe procreatum eſſe pronuntiat. Habet „hæc Porphyrius in iis, quæ de hauſtà ex deo- „rum reſponſis Philoſophia ſcripſit. Quin etiam „ſuorum ipſi corporum ſpeciem figuramque „deſcribunt, velut ille Pan, qui cujusmodi fue- „rit, ex ejus oraculis ita docemur: *mortalis „ego cum ſim, nuncupo vota Pani, nativo Deo, „cornu gemino, gemino pede, hircinisque cruribus „inſigni, voluptuario.* Pan ergo non jam uni- „verſi ſymbolum eſt, ſed dæmon, qualem ſe „ipſe deſcripſit. Quod idem de Mercurio, „Æſculapio &c. probari poteſt.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER IV.

1\. „Suſceptæ diſputationis ordo poſtulat, ut „tertiam illius erroris partem, qui deo- „rum multitudinem invexit, quoque liberati „Redemptoris noſtri gratia ſumus, quarto hoc „libro confutemus. Cum enim univerſam Theo- „logiæ ſuæ rationem in tria communiora ge- „nera partiantur, fabuloſum, quod Poetarum „verſibus jactatum eſt; naturale, quod a Phi- „loſophis excogitatum fuit; & illud, quod le- „gum auctoritate ſanctum atque munitum in „ſingulis urbibus & regionibus ſervari conſue- „vit; ſequitur, ut prioribus in omnium oculis „poſitis tertium modo perſequamur, quod non „antiquum modo ſit, verum etiam deorum ip- „ſo-

Oracula ad præſtigias amandanda.

„ſorum virtus atque potentia tamquam rei per „ſe loquentis teſtimonio declaretur. Enimvero pridem apud iſtos oracula quædam, & „morborum omnis generis curationes, illatæque cælitus in impios graviſſimæ calamitates celebrantur, quæ jure ſibi perſuadent, „ſe juſte deos colere, nos autem impie leges „patrias violare, & pœnam capitis in hujus „maleficii reos juſte legibus conſtitutam eſſe. „Nunc ergo videamus, quid de virtutibus in „ſimulacris deliteſcentibus exiſtimare oporteat. „Quanquam alius forte, quidquid iſti narrant, „fraudem & præſtigias eſſe contenderet, non „ſolum Deo, ſed ne malo quidem dœmoni aſſignandum: Quippe reſponſa deorum hominum fallacium commenta eſſe, quæ ancipiti „ſermone contexta in utramque expectati rerum eventus partem non inepte quadrare poſſint: ea vero, quibus rudi plebeculæ imponitur circulatorum prodigia cum naturalibus cauſis eſſe conjuncta; plurima enim univerſa in natura exiſtere radicum, herbarum „&c. Genera, quibus vis ſanandi vel exitium „creandi ineſt. Pleraque item naturali neceſſitate contingere. Præterea homines hos „præſtigiatores habere inſtrumentorum ad ſuam „artem affabre elaboratorum copiam, & ſocios, occulta in templis penetralia. Nihil multitudinis animos percellere atque concinnata „oraculorum carmina, quæ tamen ſi ſine ulla „reſponſi ambiguitate prolata ſint, non ex ſcientia futurorum ſed ex aliqua conjiciendi vi „pronuntiata ſunt, & ex iis infinita plane imo „prope dixerim omnia prædictionis veritate

„car-

„caruerunt, niſi forte ex infinitis aliquod caſu
„fortuito contigerit, quod deinde columnis in-
„cidunt, cum interim de infinitis aliis eventu
„ſuo fruſtratis ne verbum quidem fieri velint.
„Et ſane vim oraculorum nullam eſſe tunc
„præcipue conſtitit ex bellorum calamitatibus,
„in quibus quod nihil opis conferre poſſent
„fatorum interpretes, reſponſorum ambigui-
„tate clientes ſuos fefeliſſe convicti ſunt. Eo-
„dem modo cum iſti ſæpe ægrotis vitam &
„ſalutem promiſiſſent, ingenti pecuniæ vi cor-
„rogata, impoſtores non autem dii poſt infau-
„ſtum exitum reperti ſunt: quin etiam ne ci-
„vibus quidem ſuis hi vates quidquam præ-
„ſidii afferre potuerunt, inter quos infinitos
„morbis laborantes videmus, unde extraneos
„veteratoriæ calliditatis ignaros facilius in er-
„rorem impellebant. Quare etiam a Deo fre-
„quentes ruinas templa cum ſuis donariis &
„ſimulacris ſubierunt: ſic Delphicum oracu-
„lum jam tertium a Thracibus incenſum fer-
„tur, quod item de Capitolio, Veſtæ delubro,
„Olympiaco ſimulacro Pantheo, Serapio fa-
„ctum eſt, adeo ut ne a propriis quidem temp-
„lis peſtem avertere fatiloqui potuerint. Præ-
„terea novimus plurimos ejusmodi falſos Pro-
„phetas ad Romana tribunalia raptos, totum
„negotium præſtigias eſſe arte compoſitas faſ-
„ſos fuiſſe, eorumque maleficæ artis ludifica-
„tionem ipſiſſimis eorum verbis in acta publi-
„ca relatam eſſe, quorum nonnulli etiam Phi-
„loſophi & Magiſtratus erant. His igitur col-
„lectis merito quiſpiam oracula in errorem
„vulgi ac circulatorum præſtigias conferat,

„quod etiam Philoſophi Peripatetici, Cy
„& Epicurei cenſuerunt.

Vaticiniorum falſitas. 2. „Cæterum cum ſexcenti vaticinioı
„iſtorum vanitatem pluribus confutarint, uı
„tantum diſputationem adverſus ea, quæ
„fato Chryſippus ex oraculorum prædicti
„confecerat, argumenta ſuſceptam, hoc l
„ſubiiciam: ſic ergo Diogenianus adverſum
„lum ſcribit: negat Chryſippus veras vat
„prædictiones futuras, niſi omnia fati ne
„ſitate tenerentur. Verum quæ ratio ar
„mentandi ineptior eſſe queat? nam q
„divini aliquando prænuntiant, nonnulla qu
„doque contingant, id non jam divinatic
„artem aliquam eſſe argumento eſt, ſed
„tius caſu fieri, quod nullam ſane ſcienti
„eſſe declarat, nec enim opinor ſcientem
„lum ſagittarium dixerimus, qui cum ſei
„aliquando collinearit in ſcopum, ab eod
„ſæpius aberrarit; jam vero Vates iſtos in p
„rimis ſua divinatione falli, illi ipſi Va
„teſtes eſſe poſſunt, quippe qui a ſua divin
„di arte nihil opis ad uſus vitæ quotidiai
„accipiant, ſed utantur partim judicio ſı
„partim aliorum conſilio, qui rerum ſingu
„rum experientes communi opinione habe
„tur. Deinde quid nobis ex eo compend
„quod eas calamitates futuras præſentirem
„quas nulla ratione utpote fato neceſſari
„cavere poſſemus? Ex quo concludit den
„Euſebius nos merito a patria ſuperſtitione
„ſciviſſe, ac vero judicio meliora complex
„eſſe, divinamque ſimul ac veram pietat
„adamaſſe.

3. „I

3. „Ergo qui Græcorum Theologiam ad „amuſſim exegerunt, aliam quamdam ratio-„nem ineuntes, rem totam, in quatuor gene-„ra partiti ſunt. Inprimis enim principem „Deum a vulgo ſegregantes, omnibus eum „rebus præſidere, ante omnes eſſe, omnium-„que Deum, parentem ac regem ſeſe agno-„ſcere profitentur: ſecundum alterum deorum „genus, tertium dæmonum, quartum denique „heroum aſſignant. Deinde optimum quod-„cunque lumen appellant, malum tenebras „vocant. Quare cælum & æthera diis, aerem „dæmonibus, quæ ſub terram verſantur, ani-„mabus attribuunt. Unde cæleſtes deos in-„primis, deinde bonos dæmones, tertio he-„roum animas colere, poſtremo malos dæmo-„nes placare oportere docent. *Theologia Græcorum partitio.*

4. Porro quomodo dii colendi ſint Porphyrius ex oraculo Apollinis docet, ſcilicet. „Felicibus hoſtia divis abs te cæſa cadat &c. „& quidem diis terreſtribus quadrupedes, ae-„reis volucres, marinis volucres in fluctibus „adhuc ſpirantes immolentur. Hæc Porphy-„rius in libro de Philoſophia oraculorum re-„fert. Verum in opere de abſtinentia a re-„bus animatis nec Deum præpotentem, nec „ſecundas ab eo cæleſtes divinasque virtutes „ullo prorſus aut ſuffitus aut ſacrificii genere „colendas eſſe profitetur; imo eos pro diis ha-„bendos eſſe negat, quotquot animalium ſa-„crificiis delectantur, cum mactare animan-„tia res ſit omnium iniquiſſima: Ergo „dii eſſe non poſſunt, ſed mali dæmones qui- *Dii ſacrificiis non honorandi.*

„bus talia ſacrificia maxime humana pla„cent &c.

Chriſtus nos a cultu dæmonum liberavit.

5. „Si ergo ſano judicio ab immani cru„delitate abhorrendum eſt, nullius profecto „mentis fuit, quiſquis e veteribus improbos dæ„mones hominum cæde placavit, cujus pluri„ma exempla ex Porphyrio Euſebius hic re„cenſet, adeoque nec deos, nec bonos dæmo„nes fuiſſe quotquot a cunctis olim gentibus „deorum nomine cenſebantur, quorum fugam „D. N. Jeſus Chriſtus cunctis hominibus de„nuntiavit. Quare unum eum verum Deum „eſſe credemus, uni juſtos honores tribuemus „eo ritu, quem nos Evangelica voce miſſus „humani generis aſſertor edocuit: Atque hoc „genere pietatis exculti tantum aberit ut im„proborum dæmonum metu terreamur, ut eos „potius procul abigamus & expellamus. Ni„hil etiam divinatione deorumque reſponſis „indigebimus, ſed unum illud Dei verbum, „quod in puris præcordiis noſtris inhabitat, „audiemus. Infeſtorum enim dæmonum ar„tibus, ait Porphyrius genus omne præſtigia„rum efficitur, illosque præterea malefici ho„mines maxime venerantur: horum enim ope„ra amatorias illecebras nefarii dæmones mo„liuntur, a quibus ſcilicet tum impotentia vo„luptatum, ſpesque divitiarum & gloriæ pro„ficiſcitur, tum inprimis doli, fraudisque om„nis artificium.

PRÆ-

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER V.

1. „Quanquam deorum in loco habendos „non eſſe eos, qui a gentilibus tam„quam dii habebantur ex dictis ſatis conſi„ciatur, juvat tamen plurium inſuper argu„mentorum pondus adjungere, & oſtendere, „quemadmodum a tempore adventus Salva„toris noſtri jactata tot ſæculis oracula con„ticuerint, & ex quo divina Aſſertoris noſtri „virtus radiis ſuis hominum genus illuſtravit, „peſſimorum dæmonum poteſtas nulla ſit, id „quod ipſemet Porphyrius in eo, quod adver„ſus nos conſcripſit volumine his verbis teſta„tum reliquit. Et nunc mirum, inquit, ulli „videatur, civitatem hoc morbo tot jam annos „conflictari, cum Æſculapius cæterique dii „hominum ſeſe conſuetudine ſubduxerint? ex „quo enim Jeſus coli cæptus eſt, communem „ac publicam deorum opem nemo ſenſit. Si „ergo Jeſus homo ſolum eſt morti obnoxius, „qui fieri potuit, ut fugam omnes dii cum „Æſculapio capeſſerent? At vero Jeſus ille „noſter hoc ipſo ſane, quod etiam poſt obitum „inter omnes populos nominis ſui cultum quo„tidie propagare pergit divinum vitæ poſt mor„tem ſuæ omnibus objicit argumentum. Sane „oportebat deos illos, ſi rerum humanarum „curam haberent, naſcentem illius errorem, „ſiquis erat, funditus extirpare, quod quidem „ſæpiſſime conati ſunt, cum varios Imperato„res ad Servatoris noſtri doctrinam oppugnan„dam inflammarent, ſed irrito conatu, quod *Chriſtus deos profligavit.*

 „divi-

„divinum Aſſertoris noſtri Numen illuſtrem „ſemper victoriam reportarit, imo dæmones „ipſos pro diis habitos expulerit.

Dæmonum cultus quomodo ortus.

2. „Enimvero cum circa graviorem & ca„liginoſum prope terram aerem improbi dæ„mones damnati eſſent, & ad tumulos aliam„que impuram materiam adhæreſcerent, & „ſanie corporum & rerum odoratarum ſuffitu „delectarentur, cumque genus humanum mor„tuorum hominum conſecratione occupatum, „ſacrificiis ac nidore carnium vacare animad„verterent, errorem hunc fovebant, ſtolidos„que animos ſimulacrorum motibus in frau„dem induxerunt, quibus oraculorum ſpeciem, „& curationum fucum addebant, cum cor„pora remotis maleficiis omni vexatione libe„rarent, unde homines eos modo cæleſtes „virtutes, modo vera numina, interdum etiam „heroum illorum animos putabant, quos in „loco deorum poſuerunt. Hac via terreni dæ„mones ſummorum ſibi numinum opinionem „apud omnes compararunt. Denique fictam „illam numinum motionem plures in claſſes „diviſam habuerunt: Prima eſt ſyderum in „cælo errantium. Secunda eſt hominum il„luſtrium & heroum, quales ſunt Hercules „&c. tertium genus eſt fabuloſum, quod ad „rationes naturales & allegorias detorquent. „Quartum eſt quod flagitioſis ſuis libidinibus „tribuunt, uti veneris. Quintum ex iis, quæ „in hominum vitam incurrere ſolent, confla„verunt. Sextum ſeptimumque genus eſt dæ„monum tum bonorum tum malorum.

3. „Ve-

3. „Verum prætermiſſis iis, quæ ſua „ſponte concidunt, ex Plutarcho oracula & „Vaticinia opus eſſe dæmonum improborum „oſtendam, qui in libro de exhauſta oraculo„rum vi ſcribit, & ipſos deos dæmones, & „oracula opus illorum extitiſſe, qui etiam ſicut „& Porphyrius referunt, quam amatoriis voluptatibus dæmones ſint obnoxii, & quibus quisque delectetur. Item deos confiteri, maleficiis & cantionibus quibusdam ad hominum voluntati obſequendum ſe invitos ac repugnantes adigi, & nequidem ad locum ſuum redire per ſeſe poſſe. Præterea dæmones, qui deorum loco habentur, quo ſuperſtitionum ritu ſecum agi vellent, homines docuiſſe, eosque magicarum artium, quibus ſimulacra conſtarentur, doctores fuiſſe, & ipſas quoque ſimulacrorum figuras ab ipſis fuiſſe delineatas, eosque ad magicam artem impellere. His fuſe ex citatis ſcriptoribus probatis Euſebius ea refert, quæ Porphyrius de oraculorum defectione ſcribit; uno alterove exceptis cætera oracula omnia defeciſſe &c. Præterea de dæmonum ſuorum interitu plura narrat, & inter cætera, ſub Tiberio cæſare tempore mortis ſalvatoris noſtri a navigantibus apud Echinadas inſulas vocem auditam, magnum Pan eſſe mortuum, quam ingens multorum gemitus excepit. Eodem modo demonſtrat Apollinem reſponſorum ſuorum ambiguitate pluribus cauſam mortis fuiſſe, quin & Crœſum ſpe victoriæ ambigue prædictæ deluſum imperio excidiſſe, & ſic alia exempla profert, ex quibus oraculorum vanitas & fallacia clare apparet.

Oracula opus dæmonis.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER VI.

Oracula ſua ex fato & aſtris dii fuderunt.

1. Oraculorum ratione refutata ad ea, quæ falſo de fato conſtituta ſunt Euſebius pergit, notatque inprimis ex Porphyrio „quod quæcunque prænuntiant dii, ſiquando „forte, quæ vi fatorum eventura noverint, „prænuntiant, ea ab illis ex aſtrorum motu „& converſione prædici. Uti Porphyrius ex oraculis Apollinis probat, & ſimul oſtendit, nequidem ipſos deos fati neceſſitatem effugere poſſe.

Fatum expugnatur.

2. „Verum fatum hoc Euſebius ſequentibus argumentis refellit: 1mo „Si aſtris & „fato non externarum modo rerum, ſed ea„rum etiam cupiditatum, quæ mentis ductum „ſequuntur, alligandæ rationes erunt, & hu„manæ cogitationes vi inexorabilis neceſſita„tis agentur, nulla Philoſophia eſt, nulla re„ligio, probis ex virtute laus nulla, nullus „fructus, nec improbis ſuccenſendum, cum ne„ceſſitati & fato rerum cauſæ omnium aſſig„nentur. 2do Voluntatis noſtræ libertas cum „fato componi nequit. 3tio „Ipſas quoque leges „ad hominum utilitatem inſtitutas fatum labe„factat, cui enim tu bono aut imperes iis „quidquam aut vetes, præmies, aut punias, „qui jam alia conſtricti neceſſitate teneantur? „4to Adde religionem ac pietatem per fatum „ruere, ſi nec Deus nobis hac fati neceſſitate „obligatis, licet precibus operam demus, præ„ſidii quidquam conferre poſſit. 5to Nos porro

„more

„more brutorum quaſi funibus circumactos „huc illucque contra ſenſum mentemque no„ſtram trahi & neceſſario agere, cui non in„digniſſimum videatur? 6to Et vero tam cer„ta nobis eſt arbitrii noſtri ratio, ut nos ſpon„te conſilioque noſtro duci ſentiamus:

3. 7timo. „Sin autem quod infinita quo„que nobis præter voluntatis noſtræ rationem „eveniant, id hominum vulgus perturbat, „hujus rei cauſam non abſurdo fato, ſed „divinæ providentiæ tribuendam eſſe dici„mus, imo cum homo duplici natura corpo„ris materialis & animæ ſpiritualis conſtet, „dolores corporis plerumque animi liberta„tem expugnant, dum illis cedit, quanquam „etiam reluctari poſſit: ficut etiam ipſa hæc „libertas ob animi cum corpore conjunctio„nem a rebus externis premitur, quia hoc „natura hominis poſtulat. 8vo Summa Dei „providentia omnia moderatur; adeoque ejus „diſpoſitioni non vero fato omnia ſubſunt, cum „enim tria hæc rerum genera ſtatuantur, ut „alia noſtra ex voluntate pendeant, alia prout „natura poſtulat, alia denique fortuito eve„niant, eademque ſimul ad unam divini con„ſilii rationem revocentur, locus plane nullus „fato relinquitur. 9no Fons improbitatis in „nullo alio quam in libero animi noſtri ſenſu „reperitur, cum a regio deflectens itinere ſuop„te arbitratu in alienam a natura ſemitam de„errat. Tota ergo culpa deligentis eſt, nulla „Dei, neque enim pravam Deus naturam pro„creavit, & pravum præter naturam contingit, *Dei providentia omnia moderatur. Et liberum arbitrium hominis.*

C 5 „ut-

„utpote quod voluntatis opus eſt, non natu-„ræ, cui enim eligendi boni facultas ineſt, ſi „non elegerit, quem habet effugiendi locum, „ſi innatam ſibi legem neglexerit? & qui ho-„minum pravitatem fato tribuendam eſſe do-„cet, nonne impiam ſententiam invehit? & „qui caſu hoc univerſum ſumma æquabilitate „directum moveri ſtatuit, nonne omnino cæ-„cutiet. 10mo Cujus vero major impietas eſſe „poſſit, quam ejus, qui Deum ipſum ad pec-„catum neceſſitate impellentem inducit, ſive „enim per ſe Deus, ſive alia quam molitus „eſt neceſſitate malis invitos conſtringat, cun-„ctorum malorum architectus erit, quod quid „magis impium eſſe queat? maneat igitur, qui „fatum invexerit, ab eo Deum continuo Dei-„que providentiam funditus exterminari: enim „vero aut Deus & fatum idem erunt, quod „fieri non poteſt, nam ſi fatum nexum cauſa-„rum eſſe volunt ex aſtrorum converſione pen-„dentem, elementa priora erunt, quorum ſa-„ne fortuitum caſum eſſe Deum nemo puta-„bit, cum ille incorporeus omnia creaverit. „Sin autem diverſum aliquid a Deo fatum eſt, „utrum melius quidquam? at Deo melius non „datur: aut igitur vincet ille quod humilius „eſt, aut ſi fato ceſſerit, culpam totam ſuſti-„nebit, quia fati neceſſitatem non inhibuit. „11mo denique fati falſitatem ipſum Evange-„licæ doctrinæ tempus comprobavit: ubi Mar-„tyres ſuopte arbitrio labores maximos ſu-„bierunt, quod fato aſcribi nullatenus poteſt, „cum retroactis ſæculis nullos tales athletas „pietatis fatum non protulerit.

4. „Poſ-

4. „Poſſem equidem ſexcentis aliis hanc „quæſtionem rationibus illuſtrare, ſed ſuffi„ciat ex ipſis ſapientibus Philoſophis eamdem „fatorum vanitatem demonſtrare.“ Atque hoc ipſum præſtat hic Euſebius, dum inprimis ex Oenomai ſcriptis deorum ipſorum de fato ſententias ſanioribus argumentis confutat. Deinde ex Diogeniano Peripatetico adverſus Chryſippum, qui ſimul & cauſam nobis rerum vindicare conabatur, & fato tamen fieri omnia contendebat. Tertio ex Alexandro Aphrodiſeo, qui in ſuis libris de fato illud fuſe refutavit, cujus verba hic Euſebius refert. Item ex Bardeſanis dialogis fati vanitatem coarguit. Denique ex Origenis Commentariis in Geneſin longum fragmentum refert, in quo fati vis refutatur, cujus epitomen dedimus in hac noſtra *Analyſi Tom.* 4. *pag.* 398. *n.* 3.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER VII.

1. „Poſtquam Euſebius in prioribus libris fa„tis probavit, chriſtianos maturo ju„dicio vanam Græcorum & Barbarorum theo„logiam reliquiſſe, modo rationem reddit, quæ „eos ad ſuſcipiendam Hebraicarum litterarum „doctrinam impulerit. Et *Primo* hoc merito „factum eſſe probat, quia cæteri populi, qui „de anima ſua nil conſtituti habebant ſolius „boni loco voluptates corporis habuerunt, adeo„que vitæ munus non jam ut viverent, ſed „ut ſuaviter viverent complexi ſunt. Itaque „alii aſtra vitæ corporeæ fontes eſſe ſuſpicati „prin-

Theologia Hebræorum solida.

„principes illa deos rerumque omnium aucto-„res ſtatuerunt: alii frugibus quibus corpora „eorum ad vitam & voluptatem nutriuntur „deorum decus tribuerunt, alii perverſis ſuis „cupiditatibus; alii hominibus aliquid ad vitæ „delitias invenientibus; alii pravis dæmoni-„bus quos voluptuoſis ritibus venerabantur, „alii divinitatem omnem funditus ſuſtulerunt; „alii voluptatem ſummum bonum poſuerunt: „ſoli ex omnibus Hebræi contrariam tanta in „multitudine viam inierunt, cum enim men-„tem in homine digna contemplatione defixiſ-„ſent, & ad naturales univerſi rationes pie „rimandas contuliſſent prima corporum ele-„menta, terram, aquam, aerem, ignem, ex „quibus hunc orbem conſtare ſentiebant, ſo-„lem pariter, lunam ac ſydera non deos ſed „Dei opera eſſe philoſophati ſunt. Deinde cum „fieri non poſſe cogitarent, ut vel mundi hu-„jus tam apte conformata ſpecies, quæ tanta „animantium & ratione partim præditorum „partim carentium multitudine abundaret, for-„tuitæ cauſæ aſſignaretur, Deum illum uni-„verſi molitorem, quem purgata mente in tan-„ta rerum creatarum magnitudine agnoſce-„bant, juſta veneratione ſunt proſecuti.

Anima immortalitas ejusque cura veterum.

2. „Deinde cum iidem quoque ſeſe quoque „partem eſſe univerſi non exiguam ſentirent, „e duabus ſui partibus alteram in pretio ha-„bendam putaverunt, alteram nempe corpus, „quoddam quaſi ſeptum eſſe, quo animus in-„cluſus teneatur. Atque hoc diſcrimine con-„ſtituto in componenda hominis interioris vi-

„ta

curam omnem poſuerunt, quod ipſi cum
eo vehementer probari cognoſcerent, a quo
muneris homo acceperat, ut iis, quæ ter-
rum ambitu continentur, omnibus non ro-
re corporis ſed animi facultate imperaret.
ic illi cogitatione adducti corpus corporum-
e delitias loco non alio quam pecudum
nus habendas eſſe cenſuerunt, animam au-
n ſummi Numinis expreſſam imaginem
ini diligentia coluerunt. Deinde quod præ-
bonorum omnium fontem Deum aliud bo-
eſſe nihil cognoſcerent, felicitatis univer-
finem in ejus partim cognitione partim
iore poſuerunt, eique ſoli totos ſe corpore
animo conſecrarunt, cumque Deum ma-
ne diligerent, & viciſſim ab eo diligeren-
, divinum illud Numen divinorum eis dein-
os oraculorum ſuique pariter & Angelo-
n aſpectus copiam facere ſtatuit: dum par-
a naturæ mortalis inopiam res agendas in-
uando ſublevaret, partim dogmatum iis
præceptorum, quæ Deum plane decerent,
gnitionem aperiret. Ita ipſiusmet verita-
luce colluſtratam mentem habebant, di-
ioque afflati Numine cum res futuras in-
ebantur ipſi, tum quidquid univerſim even-
rum eſſet, humano generi prædicebant.

3. „Ac longe quidem antequam natus Mo- *Hebræi*
eſſet, aut natio Judœorum exiſteret, Ju- *ante Mo-*
orum majores rerum iſtarum cognitione *ſen reli-*
ruerunt, cum enim nullum extaret adhuc *gione*
laismi veſtigium, Hebræi jam tunc nomi- *præſtan-*
ſimul & moribus fuerunt. Judæi enim a *tes.*
„Juda,

„Juda, cujus ex tribu Judæorum regnum m
„tis poſt annis conſtitutum eſt, nomen acce
„runt; Hebræi autem ab Hebero, cujus
„pos Abraamus fuit. Ac Hebræos Judæis
„tiquiores fuiſſe divinis quoque litteris edo
„mur: nam quod ad ipſum religionis cult
„attinet, Moſes primus Judæorum legisla
„extitit, cum Hebræi ante Moſen ferendæ
„eum legis ignari liberam pietatis viam
„nerent, moribus naturæ ductum ita ſequ
„tibus præditi, nihil ut legum moderati
„propter ſummam animi ab omni pertur
„tione vacui æquitatem indigerent, eorum
„ro notitiam, quæ de Deo ſentire oporter
„veram conſecuti.

Eorum vitas Moſes ſcripſit.

4. „Moſes igitur eximius ille Theolo
„atque ex Hebræis ipſe Hebræus procreat
„cum patriæ gentis hiſtoriam accurate
„neret, priſcorum Hebræorum vitas poſ
„rorum memoriæ commendare voluit, q
„bus non tantum divinitus accepta bene
„cia, ſed & nonnullorum impiorum mo
„& pœnas intexuit, ratus legibus ſuis
„ſtituendos hoc modo ab improborum ir
„tatione deterreri, & ad ſectanda piorı
„exempla ſtimulari poſſe. Atque horum
„ſtoriam Euſebius percurrit, ſcilicet Enos,
„*ſperavit invocare nomen Domini*. Gen. 4.
„cundo Enoch, qui *placuit Domino, & non*
„*ventus eſt, quia tranſtulit eum Deus*. *Gen.*
„Extitit deinde tertius, quem *in generati*
„*ſua* æquitatem coluiſſe ſcriptura teſtatur: f
„is Noemus & ideo cum liberis ſuis & u

„rit

„ribus a diluvio ſervatus eſt. Poſt diluvium „extitere alii pietate nobiles, quos inter ſa„cerdos quidam ſummi Numinis creatus, quem „juſtum regem Melchiſedec Hebræo nomine „appellarunt. Sequitur Abraamus de quo „Scriptura ita loquitur: *credidit Abraham Deo, „& reputatum eſt illi ad juſtitiam*, *Gen.* 15. Eum„dem porro gentium plurimarum parentem „futurum, *omnesque tribus in eo benedicendas „eſſe* divina oracula prædixerunt. Secundum „illum Iſaacus laudatur, ejus quæ parentem „ornaverat divinæ tum notitiæ, tum charita„tis hæres. Conſequitur Jacobus, qui & Iſ„rael vocatus eſt, quoniam *invaluit tum Deo „& hominibus potens*. *Gen.* 35. Præter hos alium „præterea laudare liceat, Jobum nomine, quem „omni reprehenſione caruiſſe divina teſtantur „oracula. Jam vero Jacobi liberi paternam „Divini Numinis cognitionem ſummo ſtudio „complexi Hebræorum gloriam admodum il„luſtrarunt, ut ex illorum auctoritate paulo „poſt Ægypti imperium penderet univerſum. „Joſephus enim jam continentiæ præmiis in„ſignitus ſuſcepto poſtmodum Ægypti princi„patu eximiam Hebræorum virtutem in om„nium oculis collocavit. *Gen.* 39. Deinde ve„ro cum longa per eosdem Hebræos poſtero„rum ſerie propagata conflata Judæorum na„tio multa ſobole gliſceret, factum eſt, ut tum „prima illa religionis inſtitutio paulatim hebe„ſceret, tum ut Ægyptiorum mores ita indue„rent, nihil ut inter utriusque populi vitæ „genus diſcriminis eſſe videretur. Quo in re„rum articulo Deus patrum ſuorum Moſen

„ad

„ad eos legislatorem mittit, qui iis, quæ
„ſctipta leguntur inuſitatis ante prodigiis, a ſe
„ſius manu perpetratis congruentem audien-
„tium moribus legem promulgat. Atque hanc
„Judaicæ reipublicæ formam a Moſe delinea-
„tam & informatam usque ad adventum ſal-
„vatoris noſtri vigere oportebat, nam partim
„ab ipſo Moſe partim a ſequentibus Prophe-
„tis jam olim prædictum fuit, non ante ſan-
„citas a Moſe leges antiquatum iri, quam
„Chriſtus novi Teſtamenti tabulas conderet.

Dogmata Hebrææ Doctrinæ. 5. „Jam nunc conſequens eſt, ut jam do-
„ctrinæ Hebræorum capita tum Moyſis ejus-
„dem tum poſteriorum Prophetarum ex ſcrip-
„tis deprompta contemplemur. Moſes igitur,
„ab ipſomet rerum omnium auctore totius
„orationis initium faciens, verum illum hujus
„univerſitatis legislatorem ac moderatorem
„eſſe docet, cujus nutu & poteſtate ſua rebus
„omnibus eſſentia naturaque conſtat, ejusque
„legibus apte temporum curſus deſcribitur:
„unde nobis tum Dei notitiam tum religio-
„nem erga illum inſtillavit. Jacto vero hoc
„Theologiæ fundamento ad alterum doctrinæ
„caput progreditur: ea vero natura hominis
„eſt. Itaque continuo docet, quid homo ſit,
„quibus momentis ad notitiam cultumque Dei
„adducatur, quemadmodum pro partis ſuæ
„præcipuæ conditione vitam inſtituere debeat,
„animæ ſcilicet ad divinam imaginem con-
„formatæ. Cæterum primam homini ſedem
„in horto Dei feliciſſimo poſitam eſſe, comme-
„morat, ex quo vero violato Dei imperio in-
„felis

„feliciter excidit. Tertium deinde dogma ſub-
„jungit, ſuum homini cuilibet affixum hærere
„pravum dæmonem invidum & omnis hone-
„ſtatis inimicum, quem ſerpentem nominat,
„cujus inſidiis generis quoque noſtri principes
„divinioris illius ſortis communionem amiſe-
„rint, unde nobis perpetuo vigilandum eſſe,
„ne malis verſuti hoſtis artibus capiamur. At-
„que hæc Moſis Theologia Gen. 1. ſeq. fu-
„ſius deſcribitur, eamque etiam deinceps
„ſecuti ſunt Prophetæ, Jeremias c. 23. v. 34.
„Iſaias c. 40. v. 12. c. 42. 5. Quin etiam
„qui ante Moſem vixerunt beatiſſimi viri, ſci-
„licet Abraamus dicens: *extendam manum
„meam ad Deum altiſſimum, qui creavit cœlum
„& terram* *Gen.* 14. Item Melchiſedech di-
„cens: *benedictus Deus, qui fecit cœlum & ter-
„ram* *Gen.* 19.

6. „Præterea Hebræi ſecundum principem „illam & principio ſimul ortuque carentem „præpotentis Dei naturam, naturam alte- „ram (*id eſt perſonam*) conſtituunt, eorum „omnium quæ gignuntur principium, quæ „ante cæteras omnes extiterit, ab eodem- „que primo principio genita fuerit, quam „ipſi Verbum, Sapientiam, Deique virtu- „tem appellare ſolent *Pſ.* 32. *v.* 6. *Prov.* 8. „*v.* 12. Item *Prov.* 22. *Sap.* 6. *v.* 24. *& cap.* „7. *v.* 22. Et divinum hocce Verbum a Patre „in ſalutem hominum miſſum variis modis „Scriptura Divina repræſentat. Et Abraamo „quidem, Moſi cæteriſque Prophetis ſeſe non „modo videndum exhibuiſſe, verum etiam & „do-

Hebræorum doctrina de Filio Dei.

„docuiſſe multa & futura prænuntiaſſe teſta„tur. Pſalmiſta etiam Verbum tamquam ſer„vatorem a majore altero (*ſecundum humanam* „*naturam*) miſſum prædicat *Pſ.* 106. *v.* 20. Quo „factum eſt, ut Evangelica quoque doctrina „idem Theologiæ genus hunc in modum illu„ſtrarit; *In principio erat Verbum &c. Joan.* 1. „itaque jure Moyſes cum Verbo ſuo collo„quentem ita inducit: *faciamus hominem ad* „*imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Et perſpi„cue omnino Patris & Filii Moyſes meminit „*Gen.* 19. *v.* 24. *Pluit Dominus a Domino &c.* „& Pſ.109. *dixit Dominus Domino meo.* Eodem „modo de Filio Dei verba. S. Scripturæ Philo „*l.* 1. *Quæſt.* explicat, & Ariſtobulus in ſua „interpret div. litter.

Doctrina de Spiritu S. & angelis. 7. „Deinde poſt ſecundam illam naturam „ſeu perſonam ſancti Spiritus perſona ſucce„dit, quem ipſe quoque in principe hujus uni„verſitatis principii dignitate graduque conſti„tuunt. Qui ita tertium locum occupat, (*id* „*eſt tertia Perſona Trinitatis eſt.*) Sequitur mo„do doctrina Hebræorum de Angelis, quos a „Deo creatos ſpiritus Angelos, Archangelos „virtutes, cæleſtes exercitus, Principatus, „Thronos, Dominationes ſacræ litteræ nomi„nant. Econtra vero alterum virtutum ge„nus, quod transverſim actum a meliori con„ſortio ſua ſeſe improbitate diſtraxit congruen„tibus nominibus appellant, & eum qui om„nium lapſus cum eſſet, reliquos ſecum in „eandam defectionem traxerat, modo Draco„nem atque Serpentem, modo leonem, modo

„rep-

„reptilium omnium Regulum nominare ſolent. „Cæterum non aliam ejus lapſus cauſam ha„bent, quam furorem animi, mentisque veſa„niam *Iſ.* 14. *v.* 11. Præterea ſub iſto innu„merabilis quædam natio eſt ſimilium crimi„num rea, quæ divinum domicilium cum tar„taro commutavit æquiſſima Dei ſententia „damnata: quo ex numero pars quædam exi„gua, quæ athletis materia virtutis eſſet, cir„ca terras, lunaque inferiorem aeris regionem „a Deo relicta fœdum illum de multitudine „deorum errorem fabricavit, quos Divina „ſcriptura modo improbos ſpiritus ac dæmo„nes, itemque Principatus ac Poteſtates, mun„dique principes ac ſpiritualia nequitiæ appel„lavit, modo ut hominibus Deo charis dæmo„num timorem eximeret, ſymbolicis notis, „adumbravit, veluti dum ita loquitur: *ſuper „aſpidem & baſiliscum ambulabis &c.* Cæterum „quam Divini Numinis odio flagrent, ex eo „quivis intelligat, quod deorum ipſi nomen „affectent, & proprium Dei cultum furtim ſibi „vindicare moliantur, dum divinationum il„lecebris rudiores ineſcare, & in ſuperſtitio„nis voraginem deturbare conantur.

8. „Jam vero quod ad humanam naturam „attinet, hic Hebræorum quoque ſenſum jure „ſequi maluimus, qui ex duabus hominis par„tibus, alteram divinam, immortalem, & ab „omni corporea concretione ſejunctam natu„ram eſſe docent; eam porro verum eſſe ho„minem ad imaginem & ſimilitudinem Dei „factum, qui Divini Numinis opus fuerit. *Gen.* 1. *Doctrina Hebræorum de homine.*

D 2 „quod

„quod etiam Philo Hebræus docot. At vero „quod eidem affictum exterius eſt, alterius eſſe „generis quidem ac terreſtri ex mole conflatum, „idem tamen Dei ſimpliciter opus eſſe, quod uti „ex terra ſatum eſt, ita denuo in teram diſſol- „vatur. Addunt etiam ſacræ litteræ Deum ho- „mini in Paradiſo primam ſedem vitæ attri- „buiſſe, at hominem ſua ſponte divinioris il- „lius conditionis ſorte excidiſſe, & ob viola- „tum divinæ legis imperium in mortale domi- „cilium relegatum fuiſſe.

Materia ortu non caret.

9. „Quoniam igitur Hebræorum doctrinæ „proprium hoc fuit, ut Deum præpotentem „tum cæterarum omnium rerum, tum ipſius „etiam materiæ creatorem ſtatuerent, quod „Græci pariter ac Barbari oppugnarunt, cum „materiam ortu carere defenderent; demon- „ſtrandum nobis erit longe ſaniorem Hebræo- „rum hoc in genere ſententiam fuiſſe, quæ „propoſitam quæſtionem logica plane diſcep- „tatione demonſtret. Hanc in rem Euſebius „inprimis verba Dionyſii Alexandrini refert „ex libris adverſus Sabellium, quæ videri poſ- ſunt *Tom.* 6. *hujus Analyſ. pag.* 389. Deinde verba Origenis ex Comment. in Geneſ. re- cenſet, *vid. Tom.* 4. *Analyſ. pag.* 397. *n.* 2. Item Philonis ex *libro de Provid.* Denique longum fragmentum ex Maximi profeſſoris re- ligionis Chriſtianæ tractatu de materia recen- ſet, in quo materiam nec ortu carere, nec ma- lorum cauſam eſſe oſtendit.

PRÆ-

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER VIII.

1. „Priſcorum Hebræorum vitam et dogmata „priori libro complexi ſumus, ſuo dein- „ceps ordine ad Moſaicæ reipublicæ inſtituta „progredimur, in quibus ſoli tunc Judaico po- „pulo non vero reliquis gentibus conſiſten- „dum erat. Sed antequam eo progrediar fa- „cturum me operæ pretium exiſtimo, ſi qua „via ad Græcos ſacræ litteræ comearint, quan- „toque regum ſtudio Græcis vocibus manda- „tæ fuerint, lectoribus aperiam. Id quod Ari- „ſtæus, qui rebus regis Ptolemæi Philadelphi „tempore geſtis interfuit, ita narrat. Deme- „trius Phalareus regiæ Bibliothecæ præfectus „ad libros ex orbe terrarum univerſo conge- „rendos juſſus fuit. Ac aliquando quærenti „ex eo regi, quam multa millia corrogaſſet, „amplius ducenta reſpondens, addidit, ſe ope- „ram daturum, ut brevi quingentorum mil- „lium numerus impleretur. Cæterum audire „ſe Judæorum quoque monimenta, quæ de- „ſcriberentur, eſſe digniſſima: cui Rex, quid „ergo moræ eſſe poteſt? Ille autem: inter- „pretatione præterea opus eſt. Quæ cum Rex „audiiſſet, Demetrium juſſit ad ſummum Ju- „dæorum Pontificem ſcribere, ut res ea ſedu- „lo ac mature curaretur. Deinde Ptolemæus „Rex Epiſtolam ad Eleazarum ſummum Hie- „roſolymorum Pontificem ſcripſit, cui etiam „Eleazarus reſpondit, quas epiſtolas hic Eu- „ſebius ex Ariſtæa una cum transmiſſis a Re- „ge donariis in extenſo recenſet, & ulterius *Verſio 70 interpretum.*

ex Ariſtæa pergit, quod Eleazarus „ut cc
„mode tutoque ſuccedat ſacræ legis interp
„tatio, ſex e ſingulis Tribubus in omni
„conſpectu delecti ſunt, viri probi ac
„niores, qui ſacrorum librorum interpre
„tionem ſedulo curarunt, & perlectis
„luminibus illis ſtantes ſacerdotes una
„ſeniores una voce omnes ajunt: quandoc
„dem in omnibus ad amuſſim exacta interp
„tatio eſt, ut pura ſervetur, omni cura pr
„dendum, tunc cuncti diris eum devov
„juſſerunt, qui vel addendo, vel transferen
„vel detrahendo operis quidquam adulte
„ret. Cumque Regi cuncta recitata eſſe
„Legislatoris mentem admiratus, qui fact
„eſt, inquit, o Demetri, ut tot rerum ne
„vel Hiſtoricus vel Poeta meminerit? cui I
„metrius; quod a Deo ipſo lex ea lata
„Unde Theopompus, quod ex lege nonn
„Græce jam reddita audaciori orationis
„nere vulgare ſtatuiſſet, mentis perturbati
„dies amplius triginta laboravit. Quin eti
„Theodectus Tragædiarum ſcriptor, quia
„quid ex ſacris litteris in fabulæ argument
„detorquere conabatur, in oculorum glau
„ma incidit, quo nonniſi poſt multos dies c
„ciliato ſibi Numine liberari potuit. Ita
„Rex his omnibus intellectis, ſumma int
„pretationem veneratione complexus, ſac
„libros ſumma cum diligentia caſtos con
„vari juſſit.

Moſaicæ reipublicæ forma. 2. „Nunc vero ipſam Moſaicæ Reipubli
„legisque formam ex Philonis *l.* 1. *Hypot*

tico Euſebius deſcribit, qui profectionem Judæorum ex Ægypto, Moſis elogium, & ſummæ legum earum capita, quibus ſuam rempublicam informarat, refert. Deinde eamdem Moſaicæ reipublicæ formam ex *lib. 2. antiquit. Joſephi* recenſet. Quæ in Pentateucho etiam legi poſſunt. Rurſus Euſebius ex Ariſtæi ſcriptis narrat, quæ Eleazarus Græcis ad ſe miſſis de ſenſu legum ſacrarum allegorico, maxime circa cibos legales mundos & immundos ſcripſiſſe fertur. Item ea quæ Ariſtobulus de membris Deo paſſim in Scriptura attributis ſcripſit. Quorum auctoritas cum apud eruditos adhuc in dubium vocetur, ea hic indicaſſe ſufficiat.

3. „Operæ pretium deinceps fuerit, illud „etiam animadvertere, gentem hanc Judæo„rum duas in partes diviſam fuiſſe, nam mul„titudinem quidem ritibus illis ſecundum „verba legis obſtrictam Moyſes teneri juſſit; „at cæteros quorum virtus eſſet conſtantior, „tum eo cortice liberatos eſſe, tum ad divi„niorem Philoſophiam aſſueſcere voluit, quo„rum vitæ inſtitutum Philo in ſua pro Judæis „defenſione ita deſcribit: Maximam eorum „multitudinem Legislator noſter ad mutuæ „ſocietatis communionem informavit, qui Eſ„ſæorum nomine a ſanctitate appellantur. Plu„rimas Judææ civitates habitant: nullus inter „eos puer aut adoleſcens, ſed viri jam per„fecti: peculiare cujusquam ac proprium ni„hil eſt, non domus, non ſervus &c. Sed ex „promiſcua rerum inter ſe communione om- *Eſſæorum ſecta.*

 „nium

„nium in ſingulos utilitas redundat. Eodem „in loco domicilium habent, ſuorum hominum „cætu in aliquot ſodalitates diſtributo: alio- „rum tamen alia occupatio eſt, in quam dili- „genter nemo non incumbit; nam ex iis alii „Agricolæ ſunt, alii paſcendis gregibus ope- „ram impendunt, aliis alvearia curæ ſunt, „alii quotidianas artes factitant, & quidquid „ſinguli ex tanta operum varietate pretii acce- „perint, id totum communibus ſuffragiis crea- „to Quæſtori tradunt in manus, quod ille con- „tinuo in neceſſariis coemendis expendit, quæ- „que vel ad victum, vel ad reliquum vitæ hu- „manæ commeatum opus fuerint, prolixe ſup- „peditat. Eodem quotidie cibo communique „menſa utuntur, & victus ſimilitudine dele- „ctati frugalitatem amant. Veſtium apud eos „non minus quam menſæ communio, nam hye- „me hirſutis ac villoſis omnes lænis induun- „tur, æſtate vero levioribus palliolis. Quodſi „quiſpiam in morbum inciderit, is communi- „bus curatur impenſis, atque omnium officiis „recreatur. Præterea nuptias repudiare ſo- „lent, ut integerrimæ continentiæ laudem ſibi „præcipuam defendant. Atque ita eſt eorum „vitæ ratio digna profecto, quam certatim om- „nes imitentur. Eodem modo idem Philo Eſ- „ſæos depingit in libro, quo probos eſſe om- „nes liberos defendit.

Philonis Theologia de creatione mundi. 4. „Videamus nunc quam in Theologia at- „que doctrinis Hebræorum nepotes rationem „tenuerint, atque inprimis eumdem rurſus Phi- „lonem in eorum primo, quos de lege con- „ſcrip-

„ſcripſit, hac de re differentem audiamus. Moy„ſes qui ſummum Philoſophiæ culmen attige„rat id maxime neceſſarium eſſe intellexit, ut „in rerum natura duo eſſent, efficiens alterum, „quæ mens eſt univerſi puriſſima, alterum pa„tiens, quod ab ipſa mente mutatum mun„dum hunc aſpectabilem in perfectiſſimi operis „formam produxit, quem qui ortu caruiſſe de„fendunt, ii providentiam, quæ res una om„nium ad retinendam, fovendamque religio„nem utiliſſima eſt, tolli abs ſe non ſentiunt.“ Atque hac Providentia regi mundum idem Philo in libro de Providentia longa diſputatione probat, quam Euſebius hic recenſet.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER IX.

1. „Tempus eſt ut nunc quoque videamus, ne Scriptores quidem Græcorum ce„leberimos rerum Hebraicarum imperitos fuiſ„ſe, ſed alios teſtimonio ſuo tum ipſorum vi„tæ inſtitutum laudaviſſe, tum hiſtoriarum il„lorum veritati ſuffragatos eſſe; alios non ab„ſimilem Theologiæ doctrinam ſectatos. Ita „Porphyrius in libro de rerum animatarum ab„ſtinentia allegat Theophraſtum, qui Judæo„rum ſacrificia commendat. Item Porphyrius *l.* 4. *de abſt.* Eſſæorum partim religionem, par„tim philoſophandi rationem laudat. Item He„catæus Abderita Templum Hieroſolymitanum „deſcribit, & hiſtoriæ Judæorum ſingulare vo„lumen conſecravit. Item Clemens Alexan„drinus ex Clearcho libro de ſomno Ariſtote„lem,

Hebræorum inſtituta a gentilibus laudantur.

„lem, Numam, Ariſtobulum, Numenium &c. „Judæorum Scripturas commendantem allegat „vide *Analyſ. tom.* 2. *l.* 1. *Strom. pag.* 641. Præ„terea Numenius Philoſophus Pythagoræus „*l.* 3. *de bono* Moyſis miracula commemorat. „Choeritus etiam Poeta multos Judæos a Xerſe „rege adverſum Græcos expeditionis ſocios „fuiſſe teſtatur. Porphyrius autem lib. 1. de „oraculorum Philoſophia Apollinem Hebrææ „gentis ſapientiam laudantem inducit.

Hebræorum hiſtoria a gentilibus narratur. Diluvium.

2. „Nunc vero patriæ Hebræorum hiſto„riæ veritati quam multi ſuffragentur, attende. „Ac primum quidem illud, quod in antiquiſſi„ma univerſi orbis hiſtoria diluvium Moſes „commemorat, a quo is, quem Hebræi Noe„mum vocant, arcæ ligneæ beneficio cum re„liqua familia ſervatus fuerit, a Beroſo Chal„dæo, Hieronymo Ægyptio, & Nicolao Da„maſceno hiſtoricis referri Joſephus *l.* 1. *antiq.* „prodidit: quod idem Abydenus in commen„tariis Aſſyriorum confirmat. Præterea quod

Longa vita priſcorum.

„hominum, qui principes nati ſunt, diuturni „ævi fuiſſe Moſes aſſeverat, ejus rei teſtes „gentilium ſcriptores a Joſepho laudantur, ſci„licet Manethus, qui Ægyptiacam, & Bero„ſus qui Chaldaicam ſcripſit hiſtoriam, & Mo„lus & Heſtiæus, & Hieronymus Ægyptius, „quique res Phœnicum proſecuti ſunt, uno „omnes ore ſuffragantur. Imo etiam Heſio„dus, Hecatæus, Hellanicus, Acuſilaus, Epho„rus & Nicolaus veteres mille annos vixiſſe

Turris Babelica.

„tradunt. Rurſus quod a Moyſe de turris „illius molitione, deque conſecuta linguæ unius

„in

„in plurimas diviſione narratur, citatus Aby-
„denus confirmat. Item Sybilla & Heſtiæus.

3. „Moſen præterea in ea quam fuſe de
„Abraamo Hebræorum parente ſcribit hiſto-
„ria, conſentientes habere gentiles hiſtoricos *Abraham.*
„Joſephus auctor eſt, ſcilicet Beroſum Heca-
„tæum, Nicolaum Damaſcenum, Eupolemum,
„quem laudat Polyhiſtor Alexander, qui etiam
„citat Artapanum in Judæorum hiſtoria. Item
„Abraami hiſtoriam & geſta narrat Melo, qui
„adverſus Judæos integrum opus edidit.

4. „Jacobi hiſtoriam refert Polyhiſtor ex
„Demetrio. Quam etiam memorat Theodo- *Jacob.*
„tus in libro, quem de Judæis conſcripſit.
„His Jacobi geſtis Polyhiſtor Joſephi rerum
„commemorationem adjungit ex Artapano in *Joſeph.*
„ſuo de Judæis commentario. Idem Polyhiſtor
„in ſua de Judæis hiſtoria Jobi probationes & *Job.*
„patientiam narrat. Item Polyhiſtor plurima de
„Moyſe habet, quem Eupolemus primum ſa- *Moyſes.*
„pientem fuiſſe narrat; Artapanus vero Mo-
„ſis hiſtoriam in ſuo de Judæis opere deſcri-
„bit: & quemadmodum ipſe quoque Moſes a
„matre Paludi expoſitus atque a regis filia re-
„ceptus educatusque fuerit, Ezechielus Poeta
„Tragicus fuſe perſequitur. Demetrius autem
„& hominis Ægyptii cædem & ſuſceptæ a Mo-
„ſe cum eo, a quo ſugillatus eſt, altercationis
„exitum eundem in modum, quo ſacra hiſto-
„ria commemorat. Item de ardente rubo,
„& quemadmodum ad Pharaonem ablegatus
„fuerit, tum etiam de virga illius ejusque pro-
„digiis & aliis narrat.

5. „At

David. 5. „At vero Eupolemus in ſuo quodam de „Heliæ Prophetia opere auctor eſt, Moyſen „annos quadraginta Prophetæ munus obiiſſe, „cui Jeſus Nave filius ſucceſſerit. Poſtea Sa„muelem Prophetam extitiſſe, ab eoque poſt„modum Saulem Regem Dei juſſu creatum fuiſ„ſe, eidem vero Davidem ſucceſſiſſe, illique *Salomon.* Sa„lomonem, qui pro ædificando templo Jeroſo„lymitano a Vaphre regi Ægypti, & Surone „rege Tyri, Sidonis & Phoeniciæ fabros petiit, „quorum mutuæ Epiſtolæ hic referuntur. *Jeroſolyma.* Ul„terius Tymachares in rerum ab Antiocho ge„ſtarum hiſtoria, & Menſor, ac Ariſtæus Jero„ſolymam & aquas illius deſcribunt. *Jeremias.* Poly„hiſtor item ex Eupolemo Prophetiæ Hiere„miæ meminit. Joſephus item ex Beroſo de *Judæorum captivitas.* „Judæorum captivitate ſub Nabuchodonoſore deque Babyloniis regibus a Nabopallaſoro uſque ad Cyrum tractat. „Cui vero conſcriptos „a Joſepho de Judæorum antiquitate libros vo„lutare placuerit, is apud eum alia pleraque „teſtimonia reperiet, ſumma cum iis, quæ ad„huc landavimus conſenſione conjuncta, quæ „ſtudioſis excutienda ſcrutandaque relinque„mus.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER X.

Plura ex Hebræorum libris Philoſophi furati ſunt. I. „Age videamus quoque deinceps Græcos „Philoſophos potiſſima totius Philo„ſophiæ capita non aliunde, quam ex ſolis He„bræorum fontibus hauſiſſe oſtendamus. Pro„bat hoc inprimis Clemens Alexandrinus lib. 6. Strom.

Strom. *Analyſ. tom.* 2. *pag.* 812. Idem teſtatur Porphyrius l. 1. de erudito auditu. Ex quo concludit Euſebius, „quod nos non ſine ma„turo judicio Hebræorum Theologiam com„plexi fuerimus, maxime cum non ſolas Phi„loſophiæ diſciplinas, ſed etiam vitæ commu„nis tuendæ artes barbaris hominibus Græco„rum ſapientes furati eſſe arguantur. Sic Cad„mus litteras Græcis tradidit; quem Phoeni„cem fuiſſe conſtat; nec deſunt, qui eas a Sy„ris excogitatas velint, Syri autem Hebræi „fuerunt; & vero proxime ad Hebræorum no„mina Græcarum litterarum accedit appella„tio: ſic Alph Hebræum diſciplina Græce red„di poteſt, & ita de cæteris. Quod idem ex „Græca ſingulorum elementorum appellatione „quivis intelliget; quid enim Alph ab Alpha „magnopere differt? quid vel Betha a Beth, „vel a Gamma â Gimmel, cæteraque deinceps? „maneat ergo voces illas non Græcorum ſed „Hebræorum eſſe.

2. „Atque hæc de primis litterarum ele„mentis modo ſatis. Jam quænam a barbaris „ad Græcos artes profectæ ſint Clemens Ale„xandrinus refert l. 1. Strom. *Analyſ. Tom.* 2. „*pag.* 644. Quod idem explicat Joſephus He„bræus in opere, quod de Judæorum antiqui„tate libris duobus elaboravit, ubi & juniores „fuiſſe Græcos, & a barbaris accepiſſe quam „plurima, nec non inter ſeſe pugnantia ſcrip„ſiſſe demonſtrat. Id quod etiam Diodorus in „libro primo conflatæ ab eo Bibliothecæ con„firmat.

Artes a barbaris ad Græcos profectæ.

3. „Dein-

Moyſis antiquitas præ Græcis. 3. „Deinceps quibus temporibus Moſes cæ„terique poſt eum Prophetæ claruerint, excu„tiendum erit. Et quidem ab anno Nativitatis „Chriſti ad Darium Perſarum regem & inſtau„ratum Jeroſolymitanum templum reperiun„tur 548 anni: ab anno ſecundo Darii ad pri„mam usque Olympiadem anni 256 quo tem„pore Eſaias, Oſeas Prophetæ claruerunt: ab „Olympiade prima usque ad captam Trojam „anni 408. A capta Troja usque ad Moyſen „anni 400 qui proinde Deucalionis diluvium, „Herculem &c. ætate omnes anteivit. A Moy„ſe ad primum Abraami annum 505. Quæ „omnia a nobis certis argumentis in chrono„logicis noſtris canonibus confecta reperies. „Eodem modo Africanus Moyſis ætatem Græ„cis diis, heroibus, Philoſophis antiquiorem eſſe „oſtendit. Idem probat Tatianus in oratione „contra Græcos *Analyſ. Tom.* 1. *p.* 555. *ſeqq.* „Item Clemens Alexandrinus l. 1. Strom: *Analyſis Tom.* 2. *pag.* 652. *ſeqq.* Et demum Joſephus de antiquit. Judæorum.

Philoſophi Græci juniores Prophetis. 4. „Denique non ſolum Moyſe, ſed etiam cæ„teris Prophetis juniorem eſſe Græcorom Phi„loſophiam patet ex eo, quia tempore Cyri „cum Judæi nullum amplius Prophetam habe„rent, Solon Athenienſis, quosque ſeptem ſa„pientes Græci vocant, floruere, quibus ſane „vetuſtior apud eos Philoſophus nemo celebra„tur. Ex iis Thales Mileſius princeps inter „Græcos de rebus naturalibus philoſophari „cæpit, quem Anaximander & cæteri ſecuti „ſunt, quos omnes Cyro Perſarum rege poſte-

„rio-

„riores fuiſſe conſtat: reſtat igitur, ut & Moſe „& recentioribus eo Prophetis multo juniorem „Græcorum Philoſophiam eſſe fatearis, Pla„tonisque præſertim, qui Socratis primum au„ditor cum fuiſſet, indeque Pythagoreis ope„ram dediſſet, ſuperiores omnes tum eloquen„tia tum etiam prudentia, philoſophandique „genere longo ſuperavit intervallo; is enim „ſub extrema regni Perſarum tempora floruit, „paulo ante Alexandrum Macedonem ante „Auguſtum vero annis haud multo amplius „quadringentis.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER XI.

1. „Liber hic id agit, ut illam Græcorum „Philoſophorum ſi minus in omnibus, „in nonnullis certe quibusdam placitis cum „Hebræorum oraculis conſenſionem aperiat: „& quidem inſtar omnium Platone duntaxat „uno utendum eſſe videtur, quippe qui reli„quos omnes eruditionis gloria longe ſupera„vit. Ac primum quidem cum tres in partes „a Platone univerſa Philoſophiæ ratio divida„tur, in naturam, mores, ac differendi vim: „deinde pars illa rurſus, quæ de natura diſpu„tat, in eorum, quæ ſenſibus uſurpantur, tra„ctationem, & naturarum corporis expertium „intelligentiam ab eodem tribuatur, uti Atti„cus, & Ariſtocles l. 7. de natura teſtantur: „apud Hebræos quoque tripartitum illud do„ctrinæ genus reperies, quod nimirum ante- *Platonicæ Philoſophiæ diviſio.*

„quam

„quam Plato naſceretur affinia prorſus ac ge-
„mina diſputarint.

Moralis diſciplina Hebræorum.

2. „Ac præ cæteris quidem omnibus ea,
„quæ ad morum diſciplinam pertinent, ſummo
„quodam ab Hebræis ſtudio, longeque ante
„rebus ipſis culta eſſe, quam verbis, ſi eorum
„inſtituta ſcrutari placet, intelliges, nam &
„bonorum ipſi finem & ſummum beate viven-
„di terminum pietatem, & profectam ex ea
„morum integritatem, cum Deo conjunctionem
„tam diligenter perſecuti ſunt, quam comple-
„xi vehementer; longum ſane foret, tum Moy-
„ſen, tum alios Prophetas, qui eum ſecuti
„ſunt, tum ſingulos ipſorum, quibus vel ad
„virtutem hortantur, vel dehortantur a vitiis,
„orationes hoc in volumen includere. Quid
„porro ſi tibi moralia Salomonis ſapientiſſimi
„præcepta commemorem, ſcilicet proverbia,
„conciſas ſententias, apophthematum ſimiles
„uno quodam argumenti genere complexus?
„Atque ita Hebræi jam olim, priusquam Græ-
„ci prima elementa didiciſſent, tum optimis
„ipſi moribus inſtituti ſunt, tum in ejusdem
„etiam diſciplinæ communionem, quotquot
„ſeſe convenirent liberaliter acceperunt.

Hebræorum Philoſophia in differendo.

3. „Jam vero partem illam Philoſophiæ,
„quæ in differendi ratione verſatur, non fal-
„lacibus concluſiunculis, ut Græci ſolent, He-
„bræi excolendam putaverunt, ſed ſtudio per-
„cipiendæ veritatis. Unde diſcipulis ſuis ſa-
„cras ſententias, plenasque honeſtatis hi-
„ſtorias cum modulatis alternisque carmi-
„nibus

ibus certa numerorum lege comprehenſis; roblemata inſuper atque ænigmata, nonnulsque allegoriis involutas quæſtiones cum erborum elegantia & ſuavi dictionis lepore onjunctas a teneris unguiculis ingerebant. mo primariarum etiam diſciplinarum Deuteotas, hoc eſt litterarum interpretes habuerunt, qui res ænigmatibus adumbratas idoneis illuſtriori explicatione aperirent, uti fecit ſapientiſſimus Salomon in ſuis proverbiis. habent Hebræi quoque opera ſua verſuum meris comprehenſa, uti magnum Moſis carhen in Deuteronomio, Pſalmum 118 heroico mine ſyllabarum ſedecim compoſitum: reliqua vero carminum genera apud eos trimetri ac tetrametris verſibus pro ſuæ linguæ prietate conflata perhibentur. Cæterum m illi matura differendi facultate prætt, ex recta nominum apud illos impoſitie conjicias, in qua parte eos etiam Plato mendat & imitatur. Sic Adami nomen raicum e terra formatum ſignificat, Cain ulationem, Abel luctum, Abram ſublin parentem, Iſaac riſum, Jacob calce imntem, Iſrael Deum videntem, & ſic de quis.

„Tertiam Philoſophiæ naturalis partem, naturalis vocatur, Prophetæ ubi poſtut occaſio, ſuis paſſim oraculis aſpergec, quam divini Spiritus afflatui acceptam bant. Et ſane Moyſes lapidum vires apne callebat, cum de ſummi ſacerdotis ori differeret. At vero Salomon in hac *Philoſophia naturalis Hebræorum.*

„phyſiologiæ parte ſummam laudem eſt
„ſecutus, & diſputavit ſuper lignis &c. 3
„4. *v.* 32. *& Sap.* 7. *v.* 17. *Eccl.* 1. Cæ
„etiam Hebræorum ſapientes ſi percurrer
„lueris, eadem inſtructos ſcientia fuiſſ
„peries.

Platonis doctrina de Deo. 5. „Porro res illas quod attinet, qu
„la mente capiuntur, tum ejusmodi al
„eſſe, tum illarum quoque gradum, vim a
„diſcrimen non modo ſacræ paſſim littera
„cuerunt, ſed ea etiam promiſcue ſemper
„nibus audire licuit, quantum eis nota
„debuerunt, qui pietatem profitentur, ſe
„men occultiorem illum ſenſum, quem
„cludunt, iis duntaxat, qui ejus mem
„poſſunt, ſub arcanis verbis diſcendum
„querunt. Atque hic operæ pretium fi
„pauca quædam de hoc genere diſſerere, c
„quam in eodem Hebræis affinia Plato ſen
„qui ex Hebræorum litteris non ſententia
„do, ſed ipſis etiam verbis deraſis, &
„Moyſis oraculum: *Ego ſum, qui ſum:* r
„feſte repræſentat, dum ſuis ipſum ita v
„exprimit. Quid illud eſt, quod ſempe
„nec tamen ortum ullum habet? & reſpo
„quod a ſola intelligentia percipitur.
„bus etiam hæc adjungit: temporis p
„ſunt *erat, erit,* quas imprudentes ſempit
„naturæ injuria tribuimus: vulgo enim i
„quimur: erat, eſt, erit, cum tamen ei ſ
„*eſt* proprie conveniat, *erat* autem vel *e*
„ortu, qui aliquo tempore fiat, pronun
„decet. Atque hanc Platonis ſed etiam

„ge antiquioris Platone Moſis doctrinam Nu-„menius Pythagoricus l. 2. de bono illuſtravit. „Itaque merito ſane dictum illud hanc in rem „celebre circumfertur. Quid enim aliud Pla-„to eſt, quam Moſes attice loquens. Quin „etiam Plutarchus in ſuo de Syllaba *ει*, *ες*, „quæ Delphico templo inſcripta eſt, opuſculo, „ejusdem ſententiæ vim uberius aperuit. Si-„militer cum Moſes ac Prophetæ Hebræorum „univerſi naturam divinam verbis explicari „non poſſe doceant, belle etiam Plato in mag-„na illa epiſtola ait, Deum exprimi verborum „ſignificatione non poſſe. Præterea Plato ſicut „Moyſes & Prophetæ in ſua ad Dionyſium „epiſtola Deum unum, rerum univerſarum „principia, finem, mediumque complexum, „recta perficientem, prædicat quem perpetuo „juſtitia ſequitur, ultrix atque vindex, cui „quidem affixus demiſſo animo comitatur, „quisquis ad felicitatem aſpirat, at vero ſu-„perbia intumeſcens a Deo vacuus relinquitur.

6. „Nunc in ſecundi principii contempla-„tionem ingredere, quod Dei verbum ac Deum „ex Deo eſſe Hebræorum docent oracula *Gen.* „19. *v.* 24. *Pſ.* 109. *v.* 1. *Pſ.* 32. *v.* 6. *Pſ.* 106. „*v.* 20. *Prov.* 8. *v.* 22. *Sap.* 6. *v.* 24. *Sap.* 7. „*v.* 22. Cui etiam Hebræorum Theologiæ Pla-„to inſiſtit in Epimenide docens, Verbum Dei „eſſe diviniſſimum. Quod idem docet Ploti-„nus in ſuo de tribus ſubſtantiis principii ra-„tionem habentibus opere, & Numenius in „ſuo opere de bono. Quin etiam Amelius re-„centiores inter Philoſophos clariſſimus, & *Platoniso-rum doctrina de Verbo divino.*

„Platonicæ Philoſophiæ ſtudioſiſſimus ingenue
„certe quidem, niſi quod Hebræum ipſe Theo-
„logum barbarum appellat, ut Joannis Evan-
„geliſtæ nomen ponere noluerit, ejus tamen
„orationem ſuis ipſe verbis teſtimonioque con-
„firmat dicens: Atque hoc plane Verbum
„erat, per quod ſempiternum cum eſſet, exi-
„ſtebant omnia, quæ fiebant.

Platonis doctrina de Spiritu Sancto.

7. „Secundum Patrem ac Filium tertium
„ordine Spiritum Sanctum Hebræa oracula
„conſtituunt, ſanctamque ac beatam Trinita-
„tem eo ſe modo habere pronuntiant, ut a
„virtute hac tertia, quidquid genitæ naturæ
„eſt, ſuperari velint. Jam videſis, quemad-
„modum illa ipſa Plato ſubobſcure licet in epi-
„ſtola ad Dionyſium adumbrarit dicens: circa
„univerſarum regem omnia ſunt, ac propter
„ipſum omnia: at circa ſecundum principium
„ea quæ ſecundo: circa tertium ea, quæ ter-
„tio ordine continentur, cuncta verſantur.

Platonis doctrina de bono.

8. „Sequitur, ut boni naturam exquiramus,
„quod aliud nihil eſſe, quam Dei naturam at-
„que bonitatem Scriptura Hebræorum Divina
„teſtatur *Pſ.* 105. *v.* 1. Nunc Platonis in Ti-
„mæo ſententiam accipe. Deus inquit bonus
„erat. Et in libris de republica ait, ſpiritua-
„les naturas a bono, id eſt Deo, eſſentiæ ſuæ
„rationem accipere, bonum tamen ipſum eſſen-
„tiam non eſſe, ſed eſſentiam omnem maje-
„ſtate ſimul ac poteſtate longe ſuperare. Ita-
„que naturas illas nec ejusdem cum illo ſen-
„tentiæ eſſe ſtatuit, nec ortu carere arbitratur,

„quip-

„quippe quæ ab eo eſſentiam acceperint. Pla-
„tonis vero ſententiam Numenius in ſuis de
„bono libris etiam expoſuit.

Ideæ Platonicæ.

9. „Præterea Plato in Timæo mundum ad exemplaris ſeu ideæ alicujus, quod ratione tantum capiatur, quodque eodem ſe modo ſemper habeat, imitationem elaboratum fuiſſe inquit, quam ideam Didymus in iis quæ de Platonicis opinionibus conſcripſit ſempiternam quamdam eſſentiam eſſe vult, quæ rebus ſingulis cauſa principiumque ſit, ut qualis ipſa eſt, tales eſſe poſſint. At vero totum hoc philoſophiæ genus Moſes occupavit *Gen.* 1. v. 27., dicens: *fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum.* Quod etiam explicavit Philo & Clemens Alexandrinus l. 5. Strom. *Analyſ. Tom.* 2. *pag.* 803.

De Naturis adverſariis.

10. „Quin etiam Hebræorum doctrinam
„ſecutus Plato non expertes modo corporis be-
„nignasque naturas, ſed alias hoſtiles infeſtas-
„que ponit *l.* 10. *de Leg.* quod ſexcentis ante-
„quam Plato naſceretur annis Hebræi etiam
„tenuerunt *Job* 1. Et illud Moſis oraculum:
„*conſtituit terminos populorum juxta numerum an-*
„*gelorum Dei. Deut.* 32. *v.* 8. Plato interpre-
„tari videtur, cum univerſum hominum genus
„deorum ac dæmonum poſſeſſionem eſſe pro-
„nuntiavit.

Platonis doctrina de im-

11. „Jam vero de immortalitate animæ
„gemina quoque Moſis fuit Platoniſque ſen-
„tentia. Et ille quidem immortalem eſſe prior

„ſta-

mortali-tate animæ.

„ſtatuit, cum eam ad imaginem Divinam fa-„ctam docuit; Plato vero in dialogo de anima „expreſſe illam immortalem eſſe fuſe probat: „cujus ſententiam uberius tractans Porphyrius „in libro primo ad Boethum idem demon-„ſtrat.

De ortu mundi & mutatione ejus.

12. „Rurſus univerſum hoc a Deo condi-„tum aliquem ortum habuiſſe Moſes docuit; „*Gen.* 1. *v.* 1. Idipſum Plato aſſeruit docens; „*mundum divina providentia conſtitutum*: & cæ-„li luminaria a Deo eſſe effecta. Idem adin-„ſtar Moſis, opera Dei bona & mundum *op-„timum eſſe*, ſicut Deus optimus eſt dicit. De-„nique mundi mutationem & alterationem, „ſicut Scriptura Hebræorum *Iſ.* 34. *v.* 4. & „65. *v.* 17. Ita etiam Plato in Timæo, & in „Politico oſtendit.

De reſurrectione.

13. „Ulterius de reſurrectione mortuorum „ex ſenſu Hebræorum Plato ait, quod ex mor-„tuis & terra conſepultis coaleſcentes denuo „reviviſcentesque nonnulli novam converſio-„nem ſequantur. Tum progreſſus ulterius de „ſupremo mundi fine Hebræorum doctrinæ ge-„mina ita philoſophatur: Deus mundum mu-„tantem ſuum ipſi ornatum reſtituit, ac im-„mortalem eſſe jubet: atque hic rerum finis „omnium appellatus eſt. Quin etiam mortuos „quosdam revixiſſe narrat Plato de Alcino, „qui cum in bello cecidiſſet, poſt duodecimum „diem revixit, & narravit, animum ſimul at-„que migraſſet e corpore in locum admirabi-„lem deveniſſe: illic terræ hiatus eſſe duos,

„qui

„quibus totidem ſurſum in cælo reſpondeant. „Hos inter judices conſidere, qui re diligen„ter excuſſa probos jubeant dexteram per cæ„lum viam inire, notis eorum omnium, quæ „judicio illo conſtiterint, ad pectus ante ſuſ„penſis, improbos contra per ſiniſtram infe„riorem amandent, qui criminum ſuorum no„tas a tergo deferant. At eosdem ſibi dixiſ„ſe, ad homines ſibi redeundum eſſe, & quid„quid ibi vidiſſet, iis nuntiandum. Similia „Plutarchus in primo libro de anima refert.

14. „Jam vero quoniam Hebræorum litte„ræ terram quandam ſolis illis, quos Deus „amet, pollicentur. *Matth.* 5. *Gal.* 4. *Iſai.* 54. „His prorſus affinia Plato vera ſibi videri in „Dialogo de animo profitetur, ubi eam velut „pulcherimam deſcribit, & ait, ejus aſpectu „frui proprium eſſe beatorum ſpectaculum. *Platonis de præmio proborum.*

15. „Poſtremo cum Hebræorum litteræ „animos poſtquam e corpore migraverunt, di„vinum tribunal ac judicium excipere denun„tient *Dan.* 7. *v.* 9. Plato in Dialogo de animo „impios in tartarum detrudendos affirmat, *un„de numquam emergant.* Item pios in beatis „quibusdam domiciliis victuros pronuntiat *ævo „ſempiterno*, & quidem *ſine ullis moleſtiis*. De„nique Acherontem ſubeuntes non ſimpliciter „eo devenire ſtatuit, ſed conſcenſo tantum ſuo „quemque vehiculo, ſcilicet ſuis quosque cor„poribus, quibus redditi defunctorum animi „ſimul cum iis, ut docent Hebræorum litte„ræ crucientur. *De Judicio poſt mortem.*

PRÆPARATIONIS EVANGELIC
LIBER XII.

Fides præcedat ſcripturæ disquiſitionem.

1. Euſebius in hoc libro comparationem ter Hebræorum & Platonis dogm priori libro inſtitutam proſequitur, & oſte Hebræos etiam conſentiente Platoné l. 1. „leg. eos, quos inſtituebant, recte docere, „divinarum litterarum intelligentiam ac „quiſitionem fides apud rudes præcederet „nonniſi cana intelligentiæ vi inſtructis „borum ſententiam explorare concedatur, „pote cum juxta ipſum etiam Platonem fi „*virtus maxima* habeatur, qui etiam *l.* 11. „*Leg.* ait, iis, qui ex omni memoria celebr „tur, fidem habendam eſſe. Et *l.* 2. *de* „*pub.* vult pueros in fabulis prius, quam gy „naſiis exercendos eſſe, quod etiam Hebr „moris eſt, qui infantibus Divinæ ſcript „hiſtorias fabularum inſtar tradunt, robuſ „res vero mente altius doctrinæ genus tra „re concedunt, qui tamen ſicut & Plato „nitioſas nullas fabulas ſed tantum utiles „lis occinunt. Præterea Plato in Gorgia p „quam mortuorum judices Æacum, Mino & Rhadamanthum futuros eſſe pronuntia narrationibus de illis non ſolum voce ten ſed etiam animo ſe illis credere profitet ſibi tamen graviora ejusmodi veritatis dog ta non omnibus promiſcue vulganda notat.

Plato magiſtratum declinare ſuadet.

2. „Hebraica etiam hiſtoria docet, prim „omnium Moyſen populi principatum de

„

„catum eſſe, *Exod.* 4. *v.* 13. Deinde Saulem „quoque latebras quæritantem, ne regnum ſu„ſciperet, ac Prophetam Hieremiam munus „impoſitum detrectanti ſimilem facit. Sed „hoc idem magiſtratum deprecandi conſilium „Plato tamquam honeſtum laudat, dicens, ne„minem ſua ſponte imperare debere, aut certe „metum pœnæ inferendum, ut capeſſat im„perium. Item Hebræorum ex oraculis in„telligimus, tum illorum Prophetas, tum alios „integritate præſtantes indigniſſimas quasque „injurias atque contumelias, nullumque non „periculum fortiter pertuliſſe: Quod ipſum „etiam Plato l. 2. de repub. de viris bonis te„ſtatur.

3. „Sub ipſa conditi mundi cunabula Dei „paradiſum aliquem extitiſſe, ubi homo a ſer„pente per mulierem in fraudem inductus fue„rit, Moſes arcana quadam oratione comme„morat: cujus verba palam tantum & aperte „non immutata in Sympoſio Plato expreſſit. „Præterea quod ait Moyſes, mulierem ex viro „ſumptam eſſe *Gen.* 2. *v.* 20. id Plato, licet „quo ſenſu dictum fuerit ignoraret, a ſeſe ta„men auditum fuiſſe palam oſtendit in citato „Sympoſio. Primam item hominum vitam in „Dei paradiſo Moſes ductam eſſe ſcribit, ubi „eorum curam ſine ullo divitiarum commer„cio Deus ipſe gereret, omniaque ipſis abs„que ulla agrorum cultura naſcerentur, cum „interim eo, qui deinde ſecutus eſt, amictu nu„di eſſent. Quæ omnia Plato in Politico to„tidem pene verbis explicat. Scripſit etiam

Platonis doctrina de paradiſo, diluvio &c.

„Moſes, quod ſerpens erat callidior cunctis ani-
„mantibus, nec non quibus verbis & ſerpens
„cum muliere & mulier cum ſerpente locuta
„fuerit, quod idem Plato in citato Politico
„imitatur ſermocinationem beſtiis admittens.
„Moyſes item cum legum hominibus ferenda-
„rum cogitatione verſaretur, rerum antiqua-
„rum commemorationem ab ipſo exordio ne-
„ceſſariam putavit. Primum itaque diluvii,
„& hominum, qui ab eo extiterunt, vitæ me-
„minit: tum antiquorum Hebræorum Deo ac-
„ceptorum mores expoſuit. Quem ordinem
„etiam Plato *l.* 3. *de Leg.* tenuit.

Plato Moyſis ordinem in materia legum imitatur.

4. „Rationem legum ac reipublicæ ſuæ uni-
„verſam ex ſummi Numinis religione ſuſpen-
„ſam Moſes eſſe cum vellet, illam ab eodem
„rerum omnium Molitore auſpicatus eſt. Dein-
„de quidquid humanorum bonorum eſt, id om-
„ne a divinis proficiſci docuit, ipſaque divina
„ad Deum revocavit. Atque Moſis veſtigiis
„Plato *l.* 1. *de Leg.* ſecutus eſt, qui etiam
„oſtendit, quacunque re præſtare quis olim &
„excellere voluerit, in hanc ipſi jam ante a
„pueris incumbendum eſſe atque in iis, quæ
„cum illa conjuncta ſunt tum luſitando tum
„ſerio verſandum. Quod ipſum jam Moyſes
„ante occupaverat *Deut.* 6. *v.* 6. & hunc mo-
„rem juniores omnes pietatis & religionis
„præceptis informandi jam olim Hebræi te-
„nuerunt. Eodem modo dum Plato loc. cit. do-
„cet, ei duntaxat doctrinæ diſciplinæ nomen
„tribuendum eſſe, quæ hominem a pueris ad
„virtutem erudiat, non vero ei qui vel paran-
„da

„dæ pecuniæ vel augendis viribus vel cuilibet „alii peritiæ a mentis & æquitatis conſortio „disjunctæ ſerviat. Eum Hebræorum litteræ „intervertentes idem docent *Pſ.* 33. *v.* 22. *Prov.* „4. *v.* 1. *It.* 7. *v.* 4. *Exod.* 25. *v.* 40. res di„viniores, quæ ſpiritualium ordine continen„tur, iis quæ apud Moſem legimus tamquam „ſymbolis involvi dicitur, cujus affinia Plato „*l.* 6. *de repub.* philoſophatur, dum rempubli„cam ad *divinum exemplar* informandam eſſe „docet.

5. „Præterea Plato juniores honeſtis qui„busdam hymnis odisque memoriæ commen„dandis ad ſuſcipienda virtutum ſemina præ„parandos docet *l.* 2. *de Leg.* Ergo jure pueri „quoque noſtri divinorum Prophetarum odas „hymnosque de Deo ſcriptos terere ſæpius „conſueſcunt. Bene autem Plato ſubjungit & „hanc Poetis neceſſitatem imponit, ut virum „bonum vel hoc ipſo, quod temperantiam & „æquitatem colat, felicem beatumque pro„nuntient, improbum autem etſi divitiis cir„cumfluat, miſerum prædicent: quod ipſum „David in ſuis Pſalmis expreſſit *Pſ.* 61. *v.* 11. „& *Pſ.* 48. monet inſuper Plato concentus il„los a legislatore lege ſanciendos, qui per „ſeſe honeſtatem naturæ ac probitatem ad„jungerent, quod vel Dei vel divini cujusdam „hominis proprium fuerit. Jure ergo cautum „apud Hebræos fuit, ut ne alii divinis in doctri„nis hymni locum haberent, quam quos Divinus „ipſe Spiritus propheticorum hominum ore fu„diſſet, eoque modulorum genere, quod cum „ipſis *Ejus monita de inſtruendis juvenibus & canticis.*

„ipſis cohæreret, caneretur. Idem Plato vult, „divinos illos cantus ab optimis judicibus ap- „probari. Eodem modo non infimæ apud „Hebræos multitudinis erat, de divinis car- „minibus ſtatuere, ſed pauci erant divino ſpi- „ritu afflati quibus Prophetarum libros con- „ſecrare, cæteros vero tamquam ſpurios ab- „judicare liceret. Idem Plato loc. cit. cantus „etiam in conviviis tamquam convivales quaſ- „dam leges recipiendos eſſe ſtatuit. Jure igi- „tur hic apud nos etiam in conviviis hymnos „in Dei laudem canendi mos eſt; quo in ge- „nere modeſtiæ noſtri quoque moderatores „invigilant. Denique Plato *l.* 2. *de Leg.* vi- „ni bibendi copiam non omnibus promiſcue „faciendam eſſe ſtatuit, quem jam ante Mo- „ſes occupaverat, cum ſacerdotibus, quo tem- „pore ſacris operandum erat, vino interdice- „ret. *Lev.* 10. *v.* 8. Idem viris pariter ac mu- „lieribus vota nuncupantibus hanc legem di- „cit. *Num.* 6. Salomon quoque Principes & „judices vino abſtinere jubet *Prov.* 31. *v.* 4.

Platonis doctrina de pugna nobiscum.

6. Idem Plato *l.* 1. *de Leg.* docet bellum nobiscum eſſe nobis, & cum noſtris cupiditatibus & paſſionibus gerendum: cui ſane affinia litteræ divinæ nos docent *Rom.* 7. *v.* 22. Item *l.* 10. *de Leg.* Plato ſtatuit bonorum ſimul „& malorum cauſam animum eſſe. Quibus

De cauſa peccati.

„Moſes conſentanee loquitur, dum illud fre- „quenter inculcat: *ſi anima peccaverit.* Item „Hebrææ litteræ de eo, qui ſerio philoſophe-

De ſolitudine.

„tur ita prænuntiant: *ſedebit ſolitarius & ta- „cebit, quia levavit ſuper ſe Thren.* 3. itemque „de

„de Prophetis, eos ut ad ſummum Philoſo-
„phiæ genus aſpirarent in ſolitudinibus verſa-
„tos eſſe docet, ubi mentem haberent in unius
„Dei cogitatione defixam. Quod vitæ genus
„Plato in Theæteto divinis laudibus extollit.

7. „In noſtris quoque libris de toto illo Sophiſticæ genere multa dicuntur 1 *Cor.* 1. „*v.* 19. Plato vero etiam non ſolum viros ſed „etiam mulieres ad veræ Philoſophiæ & civi-„tatis communionem & cuſtodiam vocandas „eſſe ait. Jure igitur leges quoque noſtras „genus omne tam mulierum quam virorum, „tam ſervorum, quam liberorum tam barba-„rorum quam Græcorum in divinæ doctri-„næ communionem admittunt: nec ſiquos „forte apud nos ſe perperam gerere conſtite-„rit, illico totum ſcholarum noſtrarum genus „reprehendendum eſt, ſed potius ex eorum „qui recte verſantur moribus pium reipublicæ „inſtitutum admirandum. Quod etiam Plato „*l.* 5. *de Republ.* admittit. *De doctrina communi.*

8. „Rurſus Plato illud proverbiorum: *me-„moria juſtorum cum laudibus l.* 7. *de Leg.* uſur-„pat. Item illud: *divitias & paupertatem ne „dederis mihi:* in libro tertio de Republ. & il-„lud, *honora Patrem tuum & Matrem* &c. libro „undecimo de Legibus. Item illud: *ſeptimo „anno dimittes ſervum liberum:* libro quinto de „Republica: Item illud Moſis de non transfe-„rendis terminis. Libro octavo de Legibus. „Item illud Moſis de reddendis peccatis pat-„trum in filios: Et legem Moſis de furibus *De divitiis; parentibus honorandis.*

„*Exo-*

„*Exodi* 22. Plato libro nono de Legibus „fert & affinia ſancit.

Plato ſimilitudines Hebræorum adhibet.

9. Præterea Plato iisdem ſæpe quibus l bræorum litteræ ſimilitudinibus utitur. illam ſimilitudinem qua Ezechiel cap. 22. mum Iſrael comparat permixto ære ſtann ferro uſurpat Plato l. 3. de Republ. Item lam ſimilitudinem, quo Principes Paſtori comparantur adhibet Plato lib. 1. de Rep Item illud Iſa. 26. v. 18. *Ex timore tuo in u concepimus & peperimus ſpiritum ſalutis*, Pl imitatur in Thiæteto. Rurſus ſimilitudir quatuor animalium Ezech. 1. etiam Plat Phœdro recenſet.

Diviſionem Hebræorum & metropolim laudat.

10. „Gens Hebræorum univerſa duode „in tribus diviſa fuerat. Quod exemplum „cutus Plato libro ſexto de Republ. idipſun „civium ſuorum diſtributione ſervandum „xit. Regiam item Hebræi metropolim eo „co jam olim conditam habuerunt, ut „procul abeſſet a mari, tum in montium „gis ædificata rerum omnium feraciſſimo a „uteretur. Huic perſimilem eam quam li „quarto de Leg. Plato condidit. Qui et „libro 10. de Republ. primam illam qu „Græcis uſurpabatur puerorum inſtitutio „in fabulis Poeticis omnino rejicit.

Platonis doctrina de Providentia.

11. „Denique etiam Plato longe ſapien „tum de Deo, tum de divina providentia „loſophatur, Hebræorum hoc in genere „ctrinam ſecutus. Ac primum hominum

„l

„piorum ac Divinitatem funditus exterminan„tium ſententias exponit *l.* 10. *de Leg.* & dein„de de Deo & ejus Providentia fuſe philoſo„phatur, quæ ſi accurate expendantur, cum „Hebræorum doctrina conſentire reperientur.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER XIII.

1. „Euſebius in hoc libro inceptum de conſenſu doctrinæ Moſaicæ & Platonicæ argumentum proſequitur, & tandem oſtendit, cur non obſtante hoc conſenſu Moſis potius, quam Platonis doctrinam ſequamur. „Et qui„dem in Timæo de deorum fabulis, & earum „auctoribus Poetis ridere & jocari videtur, & „in libro 2do de Republ. adverſus Poetas & „Theologos, in iis præſertim, quæ de Græcis „numinibus tradita jam olim fuerant, invehitur: & in Euthyphrone teſtatur, præter obſcœnas fabulas nihil iſtas de Græcis numinibus narrationes continere, Socratemque quod iis fidem non haberet ab Athenienſibus interfectum eſſe, cui etiam Numenius in libro de Platonicis arcanis ſubſcribit. *Plato fabulas deorum deridet.*

2. Idem Plato in Critone docet in vulgi opiniones abeundem non eſſe, neque ab inſtituto ſuo ſano vel metu mortis diſcedendum eſſe. „Quo circa nos etiam in certaminibus „pro religione ſuſceptis jure non attendimus, „quid de nobis multitudo loquatur, ſed tan„tum, quid unum illud Dei verbum poſtulet, „ad quos ubi nos ſemel conſiderate adjunxi„mus, *Pro veritate moriendum.*

„mus, illud obſervare nos oportet, nec nun„quam omnino dimittere, tametſi nobis pue„ris terriculamenta vis multitudinis objiciat: „quales etiam erant apud Hebræos olim mar„tyrii gloria clari. Similiter Plato in Critone „ſtatuit, quod injuria ne reponenda quidem „ſit inferenti, quandoquidem facienda num„quam eſt. Quod idem præcipiunt ſacræ lit„teræ noſtræ *Rom.* 12. *v.* 17. *Matth.* 5. *Pſ.* 7. „*v.* 5. & *Pſ.* 119. *v.* 7. Quinimo ſemel recte „ſtatuta ne quidem metu mortis abjicienda „eſſe Plato monet; cui noſtra ſunt gemina *Act.* „5. *v.* 29. *Matth.* 10. *v.* 28. 2 *Cor.* 5. *v.* 1. & „dum Plato *l.* 5. *de Republ.* vitam glorioſe pro„fundentes tanquam Heroas venerandos, eo„rumque ſepulchra ſanctiore cultu proſequen„da decernit: hæc apud nos in hominum Deo „cariſſimorum obitus egregie conveniunt, nam „& eorum ſepulchra celebrare, & beatas illo„rum animas venerari conſuevimus, idque a „nobis merito fieri ſtatuimus.

Martyrum cultus.

Conſenſus aliorum gentilium cum Hebræis.

13. „Atque hæc ex Platonis operibus a no„bis ſelecta ſunt. Et quoniam hoc ipſum ar„gumentum ante nos alii jam occuparunt, „operæ pretium videtur, huc etiam ex eorum „ſcriptis aliqua transferre. Primus eſto Ari„ſtobulus Hebræus Philoſophus, qui inquit in „opere, quod Ptolemæo inſcripſit: Satis con„ſtat, legum noſtrarum inſtituta ſecutum eſſe „Platonem, & ſingula earum inſtituta ſtudio„ſe perlegiſſe, nam ante Perſarum imperium „eo jam omnia Græce ab aliis converſa fue„rant, quibus noſtra ex Ægypto migratio & „uni-

„univerſæ legis expoſitio continetur. Quin „etiam Orpheus omnia divina vi ortum habuiſ„ſe cecinit. Item quæ a Græcis recte ſcripta „ſunt, ea cum Hebræorum doctrina conſentire „oſtendit Clemens Alexandrinus l. 5. Strom. „*Analyſ. Tom.* 2. *p.* 801. *ſeqq.*

4. „Jam vero quandoquidem pluribus Pla„tonicæ Philoſophiæ rationem cum Hebræo„rum litteris convenire oſtendimus, ad ea tan„dem veniendum nobis eſt, in quibus Plato„nem probare non poſſumus. Ac ne longius „abeas, & lucem vi rationis intuearis, agno„ſces Platonem, ſimulacris vilium operarum „manibus figuratis deorum nomen polluere, & „in idololatriæ voragine volutari, dum in Re„publica fabuloſas in diis Poetarum genealo„gias ſaltem ſimulavit, & metu legum munitas eſſe voluit. Jure igitur a nobis relinquen„dus eſt, qui mortis metu populum Athenien„ſem hiſtrionum more demulcebat, & vera „Moſis oracula amplectenda ſunt. *Platonis error de diis.*

5. „Deinde Plato naturas ratione præditas „incorporeas ac ſpirituales nullo ortu genera„tas, ex primi principii fluxione ſatas eſſe docet, „nec eas ex nihilo extitiſſe concedit, quæ quod „ſuapte natura bonæ ſint, ab eo dii appellantur. Ab his diverſam eſſe dæmonum turbam putat, „qua ſcelus admittere poſſunt, ex quibus pro„inde boni quidam, improbi alii ſunt. Sed un„denam ergo illi orti ſunt? melius ergo He„bræi ſpirituales naturas ortus ſui principium „habuiſſe docent adeoque deos non eſſe, & *De naturis ſpiritualibus.*

„quasdam ſua culpa in ſcelus eſſe prola-
„pſas.

De anima. 6. „Animum Plato immortalem quidem &
„Deo ſimilem cum Hebræis ſtatuit, verum ab
„iis poſtea diſcedens, eſſentiam ejus compoſitam
„eſſe vult, quaſi partem alteram habeat ex in-
„dividua ſuique ſemper ſimili cauſa delibatam,
„alteram ex dividua corporum natura decer-
„ptam. Ita ſcribit Plato in Timæo: imo nonnun-
„quam animo abſurdius commentum affingit,
„dum cœleſtem illam, Deique ſimilem natu-
„ram in aſinos, lupos &c. deſcendere confir-
„mat: ita enim docet in dialogo de animo;
„& in Phoedro & l. 10. de Republ. ubi Plato
„ſatis oſtendit, ſe ad Ægyptiorum doctrinam
„adhæreſcere, quam tamen cauſæ nihil eſt, ut
„hoc loco refellamus, cum nullis ad eam con-
„firmandam argumentis incubuerit. Alius ve-
„ro Platonis error, quo partem animi alte-
„ram divinam ac ratione præditam, alteram
„& expertem rationis, & perturbationibus eſſe
„obnoxiam ſtatuit, a Severo Platonico in di-
„ſputatione de animo damnatus eſt.

Platonis error de cultu Syderum. 7. „De cœlo deque collucentibus in eo
„Syderibus ita quidem ex Hebræorum mente
„Plato philoſophabatur, ut & ortum habuiſſe
„& corporea interituique obnoxia natura con-
„ſtare doceat. Idem tamen eorum ductu poſt-
„ea relicto cultum iis ac divinitatem in Epino-
„mide decernit. Et in Timæo Sydera erran-
„tia animata eſſe aſſerit, quod etiam l. 10. de
„Leg. aſtruit. Cum econtra Moſes & Hebræo-
rum

„rum oracula prohibeant, quo minus cultum „eis & divinitatem tribuamus *Deut.* 4. *v.* 19.

8. „Præterea Plato *l.* 5. *de Republ.* vult mu„lieres nudas cum viris in palæſtra exerceri. „Et l. 7. de Leg. mulieribus etiam bellandum „eſſe præcipit: cum quo Hebræorum doctrina „conceptis verbis pugnat, quæ felicem bello„rum ſucceſſum ne virorum quidem, nedum „mulierum viribus tribuit, ſed ad divinum au„xilium omnia refert. *Pſ.* 126. *v.* 1. Idem Plato „*l.* 6. *de Leg.* nudas puellas diebus feſtis cho„reas agere jubet: & *l.* 5. *de Republ.* fœminas „communes eſſe jubet, quod forte aliquis ita „accipiet, non ut libidinis liberam cuivis pote„ſtatem faciat, ſed tantum magiſtratus ſuopte „arbitrio ſuam cuique viro aſſignare poſſit. „Demus hoc vero: Quid tandem eſt dicturus „cum audies, illum etiam, ne concepti utero „fœtus in lucem edantur poſtquam mulieres „quadrageſimum viri vero quinquageſimum „ætatis attigerint annum, interdicere *l.* 5. *de* „*Republ.* Idem Plato in Phoedro ſodomiam & „concubitum cum pueris permittit, quam Mo„ſes abominatur, & execratur *Lev.* 20. *v.* 13. *De mulieribus.*

9. Denique Plato *l.* 11. *de Leg.* morte damnat non eum, qui rem prohibitam loco move„rit, ſed qui nomen furis non detulerit. Item „impune herum ferre vult, qui ſervum iratus „occiderit. Item homicidium patratum ſolo „exilio mulctandum ſtatuit: contra quod le„ges Moſaicæ *Exod.* 21. ordinant. *Platonis error de furibus & homicidis.*

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER XIV.

Hebræorum dogmatum conſenſio.

1. „Ad reliquas eorum ſectas jam venio, qui „apud Græcos Philoſophiæ laude floruerunt, qui tamen a veritate quam exciderint, conceptis ipſorum Græcorum teſtimoniis in legentium oculis defigam, ita ut videant harum ſectarum diſſidia, & diſcrepantium opinionum factiones; cum econtra „Hebræi veram plenamque pietate Philoſophiam e primo hominum ortu rimati, eamdem ad poſteros ſanam & integram transmiſerunt. Sane Moyſes ex iis, quæ a vetuſtiſſimis Patribus de dogmaticæ Theologiæ rationibus ſancita erant, nihil mutare ſtatuit. „Hunc ſecuti Prophetæ ne minimam quidem „voculam mittere ſunt auſi, quæ vel a ſeipſis, „vel ab iis, quæ Moſi, cæteris Deo charis „hominibus placuerant, leviter diſſiderent. „Neque chriſtiana doctrina iisdem ex fontibus hauſta quidquam habet cum ſuperiorum „illorum dictis pugnans.

Græcorum Philoſophorum diſſenſio.

2. „Nunc vero Græcorum Philoſophia tamquam fluctuans quod tandem robur oſtenderit, videamus. Ac Phyſicos illos ante alios „hanc in arenam producamus, qui quidem ut „Platone priores extitere, ita quam ſecum ipſi „pugnaverint, ex eodem Platone diſcimus: „qui Protagoræ athei opinione laborantis, Democriti inane & plenum, Heracliti ignem, „Parmenidis unum quiddam univerſum ſtatuentis opiniones in Thiæteto refutavit. Imo „etiam

„etiam ipſius Platonis ſucceſſores Arceſilas,
„qui ſecundam Academiam inſtituit, & Car-
„neades, qui tertiam fundavit, relicta Plato-
„nis doctrina peregrinam introduxerunt, uti
„Numenius in primo ex iis quos de Academi-
„corum a Platone divortio conſcripſit, often-
„dit.

3. „Rurſus multas eſſe apud Græcos Phi- *Mathesis qualiter necessaria*
„loſophos conjecturas, verborum pugnas, er-
„roresque permultos ex Porphyrii ad Nectabo-
„nem Ægyptium epiſtola, nec non ex iis, quæ de
„animo ad Boethum reſcripſit, eoque ex libro
„quem de hauſta ex oraculorum reſponſis Phi-
„loſophia edidit, apparet. Quis ergo dein-
„ceps nobis jure ſuccenſeat, quod aberrantes
„Græcos reliquerimus, ut Hebræos ſequere-
„mur? Quoniam vero Græci mathematica
„illa ſua tantopere jactare ſolent, ut quisquis
„comprehendendi veri ſtudio tenebitur, Aſtro-
„nomiam, Arithmeticam, Geometriam, Muſi-
„cam perſequatur, hoc ipſum quam pravum
„ſit, vera ratione ad libellam exigamus: erit
„ea quidem ejusmodi, quæ Græcos innumera-
„les & barbaros complexa tametſi ab his arti-
„bus paratos, nec Deum, nec honeſtæ vitæ
„rationes, nec omnino præclarum, aut utile
„quidquam percepiſſe, alios vero ut ab omni
„diſciplinarum præſidio deſtituti eſſent, reli-
„gioſiſſimos tamen ac ſapientiſſimos extitiſſe
„demonſtret. Id quod etiam Socrates teſte
„Xenophonte in ſuis memorabilibus, & Plato
„*l.* 7. *de Republ.* ſenſerunt.

Pugna Philoſophorum inter ſe. 4. „Jam vero pugnantia illa Philoſopho- „rum, qui Phyſici dicti ſunt, repetendo, Plu- „tarchus eorum ſententias eo libro, quem de „Philoſophorum decretis ad res phyſicas per- „tinentibus conſcripſit, complectitur. Ex his „porro Philoſophis ad ſenſus alii cuncta revo- „cabant: alii ut Xenophanes Colophonius, & „Parmenides Eleates alia defendentes omnia, „ſenſus tollebant, eorumque vi comprehendi „nihil, atque uni propterea rationi fidem ha- „bendam dicebant: hos poſteriores refellit „Ariſtocles *l.* 8. *Philoſ.* qui etiam fuſe eorum „Philoſophorum ſectam, qui quod Pyrrhonem „ſecuti nihil comprehendi poſſe ſtatuerint, ſce- „ptici & aſſenſum inhibentes vocati ſunt, mul- „tis argumentis refutat. Idem Ariſtocles Ari- „ſtippi ſectatores, qui ea modo quæ patimur, „comprehendi poſſe ſtatuerunt, oppugnat. „Idem etiam Metrodorum & Protagorum, qui „ſolis ſenſibus credendum eſſe ſtatuerunt, & „Epicureos, qui voluptatem finem eſſe vole- „bant, refutat. Eosdem Epicureos, qui & „providentiam tollebant, & atomis omnia tri- „buebant, impugnat S. Dionyſius Alexandri- nus in libris de natura adverſus Epicureos. vid. *Analyſ. tom.* 6. *p.* 379. *ſeqq.*

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER XV.

Ariſtotelis errores. 1. „Jam tempus eſt, ut alium Ariſtotelis, „Stoicorumque faſtum contemplemur, „eorumque phyſiologiam videamus, quo ſimul „ac ſemel tum ea, quæ tam ſpecioſe jactant,

„tum

„tum illa quibus a ſuis domeſticis refelluntur, „cognoſcamus: ſic enim futurum etiam eſt, ut „diſceſſus noſtri ab illis conſilium omnem ju„ſtæ accuſationis petitionem effugiat. Atque „ut ab Ariſtotele ordiar, fuere quidem non„nulli Philoſophi, a quibus ejus vita calumniis „proſciſſa eſt, ſed ab iis eum Ariſtocles Peri„pateticus l. 7. de Philoſ. vindicavit: unde ad „ipſamet Ariſtotelicæ doctrinæ Philoſophiæ „decreta veniamus. Moſes Hebræique Pro„phetæ beate vivendi finem in præpoten„tis Dei cognitione & amicitia, quam religio „perficiat ponunt: veram porro religionem il„lam eſſe docent, qua Deo virtutum omnium „complexione placeamus, a quo ſuis amatori„bus omnia ſuppetitantur: his gemina Plato „ſtatuens, beatitudinis finem in virtute ponit. „At Ariſtoteles non aliter beatum quemquam „futurum eſſe defendit, quam ſi & bona cor„poris utatur valetudine & externis opibus „abundabit, quibus ipſa ſi virtus careat, ju„vet nihil. Eum vero acerrime coarguit er„roris Atticus Platonicus. Moſes præterea, „Hebræique Prophetæ quibus etiam Plato ſuf„fragatur, Providentiam univerſa complecti „clare poſuerunt: Ariſtoteles vero in lunari „orbe Numini terminum conſtituens partes „mundi reliquas eius gubernationi ſubduxit, „quam ob cauſam ab eodem Attico copioſe „reprehenditur. ... Mundum inſuper Moſes „cum aliquo generatum ortu poſuit, tum pa„rentem ejus, molitoremque Deum huic re„rum univerſitati præfecit, quo in genere „Moyſi quoque affinia Plato philoſophatur.

 „Con-

„Contrariam utrique Ariſtoteles hac etiam in „quæſtione viam inſiſtens ab eodem Attico ſoli- „de revincitur. Idem Atticus quintam cor- „poris eſſentiam præter quatuor vulgaria ele- „menta ab Ariſtotele introductam nullam eſſe „oſtendit, qui etiam ſententias Ariſtotelis de „Syderibus a Platone diſſidentes, & de immor- „talitate animæ ab Ariſtotele non admiſſa re- „fellit utpote cum Platone & Moyſe pugnan- „tes: Quin etiam Plotinus l. 2. de animorum „immort. adverſum Ariſtotelem calamum „ſtringit, ſicut & Porphyrius in opere de ani- „mo ad Boethum, & rurſus Atticus in diſpu- „tatione de anima univerſi, qui etiam Ideas „Platonicas defendit.

Stoicorum errores. 2. „Stoicorum deinceps ad ſectam diſcipli- „namque tranſeamus, qui Ariſtoclem l. 7. de „Philoſophia rerum elementum ignem eſſe „volunt, ejus vero principia materiam atque „Deum, ut Plato: verum hoc diſcrimine, quod „Stoici ambo illa corpora eſſe dicant, Plato „contra primum illum effectorem incorporeum „eſſe ſtatuat. Stoici porro ignem illum rerum „omnium rationes, ac præteritorum, præſen- „tium & futurorum cauſas continere dicunt, „quarum complexio & conſequentia omnium, „quæ ſunt, fatum, & lex ejusmodi eſt, quæ „nullo pacto declinari queat. Item Arius Didy- „mus in Epitoma refert, Stoicos mundum uni- „verſum cum partibus ejus ſingulis Deum ap- „pellare, eumque ſempiternum eſſe, licet ſi „ornatus ejus ſpectetur, genitus dici poſſit. „Verum errores hos Porphyrius in opere de

„ani-

nimo ad Boethum, & Numenius l. 1. de bono refutant, & Longinus in diſputatione de nimo, ac Plotinus libro de animo, animum on eſſe corporeum contra Stoicos fuſe demonſtrant.

3. „Supereſt ut egregias illas præſtantium hiloſophorum commentationes videamus, um & Græci ſolem, lunam, cæteraque ſyera, deorum loco coluerint. Quare factu neeſſarium videtur, ut ipſorum etiam his de ebus opiniones cognoſcamus, ſimulque diſſiia & arrogantem hominum vanitatem proius contemplemur, quæ ſingula nobis exhiet Plutarchus in ſuo libro de placitis Philoophorum, qui cum in his rebus maxime iner ſe diſſideant, numquid tibi magna cum tione videmur a tam errorum plena illoum curioſitate receſſiſſe? & unam illam poius erga rerum omnium molitorem Deum ietatem colere, eique placere conari? Quodſi ividia correptus ad verum nobis teſtimoium ferendum ægre adduceris, iterum te apientiſſimus ille Græcorum Socrates anteertet, qui ſincere cauſam hanc noſtram ſuo ludum ſuffragio comprobavit, iſtos enim reum ſuperiorum garrulos ſcrutatores inſanie nec a furioſis quidquam differre oſtendeat, eos palam coarguens, non modo quod nis longe viribus majora tentarent, ſed tiam quod in rebus inaniſſimis, & ab omni itæ humanæ fructu vacuis ſtudium operamue contererent, cujus rei auctor eſt Xenohon Socratis amicorum longe notiſſimus,

Philoſophorum de cœlo & mundo diſſidia, & inanes opiniones.

„qui ſuis in memorabilibus hoc ipſum con-„ſignatum reliquit. Socratem Ariſtippus Cy-„renæus, & deinde Ariſtochius ſecuti non „niſi de moribus philoſophandum eſſe docue-„runt, illas vero de natura quæſtiones & hu-„manum ſuperare captum, nec compendii „quidquam habere, nec enim prudentiores in-„de, juſtiores, fortiores, temperantiores nos „futuros, imo ne robuſtos quidem, aut for-„moſos, aut divites. Quocirca recte Socrates „dicere ſolitus erat; e rebus alias ſupra nos „eſſe, alias nihil ad nos pertinere: Phyſicas „enim captu noſtro ſuperiores eſſe, quæ vero „mortem conſequantur a nobis omnino dis-„junctas, proinde noſtra tantum humanas in-„intereſſe.

4. „Verum enimvero cum hactenus & mu-„tuas hominum iſtorum altercationes, & il-„lam non minus alienam a nobis quam inanem, „quibus hodieque Philoſophi gloriantur, cog-„nitionem domeſticis illorum ipſorum clariſſi-„misque teſtimoniis abunde coarguerimus, „cumque præterea cauſam illam omnibus ſpe-„ctandam protulerimus, quæ nos tum ad re-„pudiandam ipſorum doctrinam, tum ad com-„plectenda Hebræorum oracula impulerit, „Evangelicæ huic præparationi finem aliquan-„do imponamus: nam quæ ad perfectiorem „illam Demonſtrationis Evangelicæ tractatio-„nem pertinent, novum diſputandi principium „requirunt, quod quidem non aliunde, quam „quæ ſolvenda nobis ſupereſt quæſtione du-„cemus, cur Hebræorum oracula litterasque „com-

„complexi, minime tamen vitæ noſtræ ratio-
„nes ex eorumdem legibus moderemur.

EUSEBII PAMPHILI
CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI
DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ LIBRI DECEM.

§. I.

Argumentum.

Poſtquam Euſebius in libris de præparatione Evangelica hominum mentes ad amplectendam Jeſu Chriſti religionem ſtabiliendo ... ex Hebræorum libris diſpoſuit, eam de... contra ipſos Judæos ipſorummet Prophetiis demonſtrat. Hoc eſt argumentum librorum, quos confecit de demonſtratione Evangelica, ex quibus decem tantum ſuperſunt e viginti, quos confecerat. Tria prima capita libri primi, & fragmentum epilogi Fabricius a Principe Walachiæ Maurocordato accepit, & Gallandius novæ ſuæ Bibliothecæ Patrum inſeruit. Hos libros Robertus Stephanus Græce anno 1545 edidit: ex Græco in latinum ... vertit Bernardinus Donatus Veronenſis: qui Græce & latine in lucem prodierunt Pariſis anno 1628.

§. II.

§. II.

ANALYSIS DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ LIBER I.

Judaiſmus quid. 1. Euſebius in primo hoc libro ad Theo[illegible] tum directo oſtendit inprimis fuſe [illegible] pum & argumentum horum librorum, de[illegible] notat, „quid ſit ethnicismus, quid Judaism[illegible] „& utrum alterutri horum addictos inve[illegible] „liceat caros Deo viros. Judaismum non [illegible] „ratione dixerit aliquis rempublicam ſec[illegible] „dum legem Moſis conſtitutam ab uno ſum[illegible] „dependentem Deo: Ethnicismum vero ſu[illegible] „matim dixeris eſſe ſuperſtitionem ex pat[illegible] „gentium quarumlibet ritibus plures col[illegible] „tem deos. Ecquid igitur dicturi ſumus [illegible] „viris illis Deo chariſſimis, qui ante Jud[illegible] „mum extiterunt, uti Henoch, Noe, S[illegible] „Abraham, Iſaac, Jacob, Job, qui nec Ju[illegible] „utpote ante legem Moſis viventes, nec [illegible] „nici utpote unum Deum colentes dici [illegible] „ſunt. Convenit igitur tertium quemdam m[illegible] „te concipere cultus divini modum, ſec[illegible] „dum quem recte vivere poterant, ſcilicet[illegible] „tionem mediam antiquiſſimam quidem, [illegible] „quam recenter omnibus gentibus Salv[illegible] „noſter annuntiavit, atque hæc Chriſtia[illegible] „mus utique fuerit: nam & in oraculis, q[illegible] „Abrahamo edita divinitus Moſes teſtat[illegible] „ſcribit, quod futuris olim temporibus n[illegible] „Abrahami poſteri, & ex ſemine ejus pr[illegible] „nati Judæi, ſed omnes tribus terræ & o[illegible]

„I[illegible]

„nes gentes perſimilem cultus Dei rationem „quo Abrahamus benedictionem divinam eſ„ſent obtenturi *Gen.* 12. *v.* 2. 3. Quomodo „autem in Abrahamo benedicendæ eſſent om„nes gentes & omnes tribus terræ, ſiquidem „nulla ratione eum contingerent, neque ani„mi ratione, neque cognatione corporis? nam „quod ad hanc attinet, quænam quæſo cum „Abrahamo intercedit propinquitas Schythis „aut Ægyptiis &c. ſed neque quoad animo„rum cognationem erat congruens gentes om„nes de benedictione communi cum Abraha„mo participare, niſi belluina ſua vita re„licta conſimilem Abrahamo pietatem ali„quando eſſent amplexuri, ut ita conſimilem „cum Abrahamo & ipſæ benedictionem obti„nerent.

§. 8. „Sane conſtitutiones Moſaicæ Judæis „tantummodo, neque hiſce omnibus, ſed ſo„lis in Palæſtina verſantibus accomodatæ fue„runt: hos enim, qui triplici vice per annum „debebant Jeroſolymis convenire *Exod.* 23. „*v.* 17. non procul a Judæa habitare oporte„bat; qui vero circa extremos Palæſtinæ fines „aut longius a Palæſtina degebant Judæi, præ„cepta legis perficere nequibant, tantum ab„eſt, ut omnibus gentibus, & ultimas terras „incolentibus hæc potuerint congruere. Præ„terea idem Moyſes jubet contaminatum ex „funere, & contactu mortui purificari per ci„nerem juvencæ, & offerri holocautomata in „loco, quem elegerit Dominus *Num.* 19. *v.* 10. „*Deut.* 12. *v.* 11. Item Paſchæ celebratio *Deut.* „16.

Moſaica lex ſolos Judæos obligabat.

„16. obſervatio Pentecoſtes, & feſtum ta
„naculorum ſemper in loco quem elegerit
„minus celebranda præcipiuntur. Cum
„tur locum tam multis ſignis oſtendat,
„fieri poteſt, ut ea, quæ dicit, vel iis co
„niant, qui brevi intervallo a Judæa diſt
„nedum gentibus in toto orbe degenti
„Contemplare deinde, quam omnes vires
„manas ſuperent, quæ in lege Moſis p
„ſunt, uti lex de peccante imprudenter &
„liquæ leges *Lev.* 5. & 6. in quibus pec
nonniſi in loco a Deo electo, adeoqu
omnibus non acceſſibili expiari poterant „
„inde Salvator noſter Dominus Jeſus F
„Dei poſt reditum a morte ad vitam, cur
„diſcipulos dixiſſet: *docete omnes gentes*, n
„to adjunxit: *docentes eos ſervare omnia,*
„*cunque præcepi vobis:* non vero, quæ in
„Moyſis præcipiuntur. Merito igitur & A
„ſtoli inter ſe convenerunt, ut quæ in
„Moſis continentur, nequaquam gentibus
„ſent accomodari. Sed & ipſe Moyſes a
„rum præter ſe ſurrecturum ait Prophetan
„gum auctorem futurum cunctis genti
„Chriſtum ſcilicet, cui ut pareant, omn
„ſuis imperat. *Deut.* 18, qui etiam de t
„Juda cum defecerit imperium ab ea ve
„rus eſſe prænuntiatur.

Hebræorum libri oracula novæ legis continent.

3. „His igitur de cauſis ſacros Hebræo
„libros utpote de nobis gentibus oracula c
„tinentes, quaſi proprios accepimus, ec
„magis, quod Moſe poſteriores Prophetæ
„dem ſimilia cecinerunt, uti David, qui et

„ſ

„alterius legislatoris meminit, qui non Mo„ſaicum ſed novum Deo canticum cantari præ„cepit, quod novum canticum Hieremias no„vum teſtamentum, legem novam vocat Pro„pheta Eſaias.

4. „Talis porro lex extitit ea, quæ a Sal„vatore noſtro Jeſu Chriſto inſtituta eſt, qua „priſca illa & Moſe antiquior inſtauratur Re„ligio, ad cujus normam & Abraham & ejus „majores vixiſſe demonſtrantur: ſiquidem illi „a multorum deorum cultu avertentes ſeipſos, „mentis oculos ſupra omnem naturam ſuſtu„lerunt, & ad unum ſupremum opificem ſe „attolere non dubitarunt, uti Abraham, Mel„chiſedech, Enoch, Noe, Job, quod ipſum Chri„ſti doctrina omnibus demonſtravit. Sed nec „minus Dei verbum, quem Chriſtum appellare „nos conſuevimus, illis cognitum fuit, quem„que Moſes modo Deum ac Dominum, modo „Dei angelum appellat, declarans non hunc „fuiſſe ipſum Patrem, ſed ejus filium *Gen.* 28. „& 31. *Chriſtiana lex cum illa primorum Patrum concordat.*

5. „Sed & ea, quæ virtutem ſectatur ra„tio vitæ, a Chriſto patefacta apud priſcos ob„tinuit. Neque enim Melchiſedech, Noe, Enoch „circumciſi fuerunt, aut alias legis Moſaicæ „cæremonias obſervarunt, ſicut ne nos qui„dem. Sane ipſa Jobi vita ab Evangelica Sal„vatoris noſtri doctrina non abhorret: uti „apparet ex libro, in quo ſuam ipſius vitam „exponit. Ex quibus manifeſtiſſime apparet, „ne teſtamentum novum aliud eſſe putemus, *Lex Moſaica abrogata, & Evangelica introducta.*

„quam

„quam antiquiſſimam illam Moſaicorum t
„porum religioni conjunctam civilem ra
„nem, ut & vetus propter ea, quæ den
„ſtrata ſunt; & novum dici poſſit, quia lo
„intervallo hominibus abſconditum rurſus
„Salvatoris noſtri doctrinam revixit: toto
„ro medio tempore Moſi interea lex ing
„quaſi imperfectarum animarum curatrix A
„hæ nepotibus tradita eſt, in qua eos M
„ab impia deorum multitudine amovit,
„occidere, non adulterari, & reliqua præce
„Deum unum ſacrificiis & quibusdam co
„ralibus cæremoniis colere mandavit, c
„que hanc religionem non in perpetuum
„ſervari oportere intelligeret, unum dunt
„circumſcripſit locum, ubi illa perficerent
„autem erat Hieroſolymis, ut ſiquando e
„pellerentur, non amplius illis fas eſſet
„Moſes poſuiſſet leges ſervare, ut jam c
„tendum ſit, alterum teſtamentum, quod
„Chriſtum ſit denuntiatum, neceſſario eſſ
„troductum, poſtquam Romani Hieroſolyr
„& templum everterunt: e contrario a
„ſimul & eodem tempore ejus quæ in r
„teſtamento continetur doctrinæ & lege
„ritus introducti ſunt. Eodem quoque t
„pore in omnes homines patefacta eſt ea,
„ante Moſem viris ſanctis a principio elata
„rat religio, nam protinus ſicut beatos
„viros non in aliquo certo loco adoraſſe
„ſtat, neque ſub ullis figuris, ſed quon
„ſalvator noſter docet, in ſpiritu & verit
„eadem adorandi ratio per ejusdem ſalv
„ris noſtri adventum omnibus gentibus inſi

„ta eſt. Quod quidem Sophonias ante præ„dixit, vaticinans, quod Dominum unusqui„que adorabit *de loco ſuo:* & Malachias præ„dicit, quod *in omni loco* Deo ſacrificium offer„retur; Iſaias, quod erit altare Domino in ter„ra Ægypti, quæ omnia hodie completa vi„demus.

6. „Porro Chriſtus poſtquam in omni vita „ſua legem Moſi comprobavit, Apoſtolis ſuis „uſus eſt novæ legis adminiſtris, ſimul docens „ea, quæ a Moſe tradita ſunt, nec a ſua re„ligione abhorrentia exiſtimare oportere, & „ſimul auctorem ſe novæ legis conſtituens, „ut nullo modo dici poſſit quidquam illum ad„verſus leges Moſis feciſſe, quin potius finem „illis impoſuiſſe, & ad inſtitutionem Evange„licæ legis tranſiiſſe, unde ipſe inquit: *non ve„ni ſolvere legem ſed implere*, nam ſi contem„tor legis Moſis extitiſſet, Chriſtus eſſe credi„tus non eſſet, quem Moſes & Prophetæ nun„tiaſſent, nec novis legibus ponendis autori„tatem habuiſſet, merito enim videri po„tuiſſet, derogandæ legis gratia ad nova„tionem rerum veniſſe, ut delictorum con„tra legem commiſſorum ſupplicium evade„ret. Cæterum ipſe Salvator noſter alia „quoque ratione compleviſſe legem Moyſis & „Prophetas cognoſcitur, ea, quæ de ipſo di„vinitus prædicta erant, implendo.

Chriſtus obſervata lege Moſis novam inſtituit.

7. „Chriſtus igitur in mentibus vita præ„ditis perfecta novi teſtamenti documenta de„ſcripſit, ejus vero diſcipuli magiſtri ſui præ-

Duo vivendi modi in Chriſtianismo.

„cepta iis, qui capere poterant, tradiderunt, „quæcunque vero imbecillioribus convenire „arbitrabantur partim litteris, partim ſine lit„teris commendarunt. Quocirca in Eccleſia „Dei duo vivendi modi inſtituti ſunt, alter „quidem non nuptias, non ſobolem, non „opum facultatem requirens ſoli divino cul„tui addictus: & talis quidem eſt perfectus vi„tæ modus. Alter vero remiſſior modeſto con„jugio & ſobolis procuratione implicatur, & „rei familiaris curam aſſumit: qui eſt ſecun„dus pietatis gradus.

Cur veteres ſoboli procreandæ vacaverint.

8. „Sed quæſierit aliquis primo, quænam „cauſa ſit, cur priſci illi ante Moſem in nup„tiis & procreatione liberorum plurimnm ſtu„dii poſuerint, nos vero hanc partem negli„gamus. Reſpondeo primo illos ſobolis in„crementum quæſiviſſe, ut per id temporis ini„tium numerus hominum augeſceret, quod „in fine temporis hujus neceſſe non eſt. 2do „Priſcis illis nihil impedimenti erat, ne do„mui liberisque præeſſent, ac pariter divinæ „rei vacarent, cum nusquam a rebus externis „a bono propoſito avellebantur: res vero no„ſtræ innumera habent, quæ exterius premant, „& a rerum Divinarum ſtudio nos abducant. „3tio cum reliqui homines in morum perver„ſitate majus indies incrementum accepiſſent, „valde pauci vitam vere Dei cultricem inſti„tuerunt: ut igitur veræ religionis ſemen ſer„varetur, merito generandæ ſobolis curam in„troduxerunt, ut ſic doctores propriorum li„berorum exiſterent, & ita religio vera pro-

„paga-

„pagaretur. Poſtremo ſiquis priſcorum ex„ploret vitam, inveniet eos initio quidem æta„tis ſoboli augendæ vacantes, mature autem „abſtinentes: uti patet in Enoch, Noe, Joſeph; „quin etiam Melchiſedech non filius, non ge„nus, non ſucceſſio refertur. Nec novi Te„ſtamenti legibus, quæ ad ſuſceptionem libe„rorum pertinent, omnino interdicuntur, ſed „eos tantum, qui in miniſterio Dei occupan„tur continere ſe decet: qui autem ad Sacer„dotii munus aſſumpti non ſunt, iis idem ſer„mo Divinus indulget.

9. „Sed cur non ſummo Deo animalia ſa„crificamus, cum veteres, quorum nos pieta„tem imitari dicimus, hoc factitaverint? Hu„jus hæc a nobis ratio redditur, quod cum „priſci illi divino ſpiritu illuſtrati viderent, „magno ſibi opus eſſe obſequio, ſi ſua delicta „diluere vellent, pretium pro ſalute ſua ei, „qui vitam atque animam præbuiſſet, ſe de„bere putabant, ſed cum nihil pretioſius ani„ma ſua haberent, quod dicarent, pro hac in„terim brutorum animalium vitam offerebant. „Ubi autem, quod perfectum erat advenit, „priora illa deſierunt, & præſtantiori ſacrifi„cio ſublata ſunt: Hic autem fuit Chriſtus „Dei, de quo prædictum eſt, quod ad homi„nes eſſet venturus, & inſtar pecudis pro to„to genere humano interficiendus ſicuti apud „Eſaiam & Jeremiam legimus. Cum ergo „hujus ſacrificii memoriam ſignis quibusdam „in menſa celebrandam, corporisque item il„lius ſalutarisque ſanguinis, ut novi Teſtamen-

Cur animalia non offeramus uti veteres.

Sacrificium Miſſa.

„ti inſtitutum habet, acceperimus, menſæ Chri-„ſti ſacrificia incruentasque victimas in tota „vita ſupremo Deo offerre per eminentiſſimum „ipſius Pontificem edocti ſumus. Igitur & „ſacrificamus & incendimus, alias quidem me-„moriam magni illius ſacrificii, ſecundum ea „quæ ab ipſo tradita ſunt myſteria celebran-„tes, & gratias Deo pro ſalute noſtra agen-„tes religioſosque hymnos & orationes ſan-„ctas illi offerentes: alias nos ipſos totos ei „conſecrantes, ejusque pontifici, ipſi utique „verbo, corpore animoque dicantes.

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ LIBER II.

Meſſias pro ſalute gentium quoque venit.

1. In hoc libro Euſebius demonſtrat Meſſiam non pro ſola Judæorum ſed etiam omnium gentium ſalute adventurum in ſacris oraculis prænuntiatum eſſe. Atque hoc demonſtrat „1mo ex *Gen.* 18. ubi Abraham dicitur „futurus in *gentem magnam, & benedicentur in* „*eo omnes gentes terræ.* 2do. *Gen.* 26. Dominus „ad Iſaac reſpondens dicit: *benedicentur in ſe-*„*mine tuo omnes gentes terræ.* 3*tio*. *Gen.* 35. di-„xit Dominus ad Jacob: *congregationes gen-*„*tium ex te erunt:* non una duntaxat gens Ju-„daica. 4*to*. *Deut.* 32. dicitur: *lætamini gentes* „*cum populo ejus.* 5*to*. *Pſal.* 22. converſio gen-„tium prædicitur: *reminiſcentur & converten-*„*tur ad Dominum univerſi fines terræ, & adora-*„*bunt in conſpectu ejus univerſæ familiæ gentium.* „6*to*. *Pſ.* 46. ad lætitiam invitantur omnes „gentes *v.* 1. 7*timo* pietas gentium declaratur, „quæ

„quæ *adorabunt Dominum* & *glorificabunt no-*
„*men ejus. Pſ.* 85. 8*vo. Pſ.* 95. dicitur : *afferte*
„*Domino familiæ gentium, afferte Domino glo-*
„*riam nomini ejus.* 9*no Zachariæ* 14 Ægyp-
„tiorum adoratio. *Iſ.* 9. *&* 49. vocatio gen-
„tium clare annuntiatur.

2. Deinde Prophetæ fore prædixerunt, ut in adventu Chriſti, ejus Dei, qui a ſolis Judæis cognoſcebatur, cognitionem & cultum omnes gentes acciperent. Sic Pſ. 2. Chriſtus gentes *in hæreditatem accipit. Pſ.* 71. omnes gentes eum *benedicturæ.* Pſ. 96. *in conſpectu gentium revelaturus juſtitiam ſuam*: Gen. 49. *expectatio gentium:* Soph. 2. perditurus *deos gentium*, & Soph. 3. Æthiopes illi ſacrificaturi. Zach. 2. *multæ gentes ad eum confugere* .Iſ. 11. *e radice Jeſſe proditurus & gentibus imperaturus* Iſ. 42. 49. & 55. vocatio gentium manifeſte prædicitur. *Gentium converſio.*

3. Iidem Prophetæ vaticinati ſunt, quomodo in vocatione gentium a Chriſto futura Judæorum gens a ſuis ritibus & cultu Dei caſura eſſet. Sic *Jeremiæ* 6. *cap.* rejectio Judæorum, & adoptio gentium prædicitur. *Jer.* 16. gentium pietas, Judæorum impietas & poena eorum: *Amos* 9. diſperſio Judæorum, regnum Chriſti, & vocatio gentium. *Mich.* 3, *&* 4. Deſolatio Jeroſolymæ, & Eccleſiæ profectus. *Zach.* 9. regnum Chriſti. *Malach.* 1. novum & mundum ſacrificium *Iſ.* 1. novæ legis promulgatio *Iſ.* 17. gentium converſio, & Judææ deſolatio. *Iſ.* 25. Everſio Judaicarum *Judæorum rejectio & vocatio gentium.*

 urbium,

urbium, & gentium lætitia. *Iſ.* 43. & 45. bonorum Eccleſiæ promiſſio. *Iſ.* 50. & 51. Judæorum rejectio. *Iſ.* 59. Religionis Judaicæ abrogatio. „Cæterum ex his ſatis oſtenſum „eſt, omnes gentes adventu Chriſti fruituras, „& Judæorum ingentem numerum ab ea pro„miſſione, quæ ad majores ipſorum edita eſt „propter ipſorum erga Chriſtum pervicaciam „eſſe caſurum.

Pauci Judæi convertendi. 4. „Paucos vero Judæorum duntaxat in „Salvatorem & Dominum noſtrum credituros, „& hac ipſa re promiſſam ſpiritualem redemp„tionem conſecuturos oſtendit Iſaias capite „primo, ubi ait: *terra veſtra deſerta*, quod uti„que poſt adventum Chriſti completum eſt, „At vero quia poſtea & chorus Apoſtolorum, „& qui ex Hebræis in Chriſtum crediderunt, „omnem regionem Iſraelitico ſemine repleve„runt, ut ex illis quaſi ſpicæ Salvatoris no„ſtri Eccleſiæ ſint enatæ merito divinus Pro„pheta ſuis minis adjungit: *niſi Dominus Sa„baoth reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma facti „eſſemus.* Quod vero in adventum Salvatoris „prophetiam ſuam dirigat, patet ex eo, quia „victimas legales rejicit, lavacri ſalutis & ma„nuum ſanguine juſti, id eſt, Chriſti a Judæis „effuſi meminit, & cap. 4. exaltationem Ec„cleſiæ Chriſti deſcribit.

Vaſtatio terræ Judæorum. 5. Porro omnia quæ propter Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum a Prophetis prædicta ſunt accidiſſe manifeſtum eſt. Sic juxta Prophetiam Iſaiæ *c.* 2. ſimulacrorum cultus poſt ſalvatoris noſtri adventum deletus eſt.

Item

Item *Iſ.* 7. *relicti in terra* Judæorum *deſerta* ſoli dicuntur multiplicandi, id eſt, Chriſti Apoſtoli, cum e contra terra Judæorum a Romanis in ſolitudinem redacta eſt, quia ſalvatorem noſtrum eos docentem non audierunt. Item *Iſ.* 7. dicitur quod tempore adventus Chriſti *nutriet* homo, id eſt, quivis Apoſtolus *juvencam boum* ſeu Præſidem Eccleſiaſticum in Evangelio laborantem, & *duas oves*, catechumenos ſcilicet renatos, ex quibus lac & butyrum ac mel ſeu fructum ſpiritualem colliget. Item *Iſ.* 10. dicitur: *relicti* a vaſtitate, *numerus*, id eſt, pauci, erunt, & *puer parvulus*, Chriſtus, *ſcribet eos* ad vitam, illique *non in eis, qui ipſos injuria affecerint, ſed in Deo Iſrael confidentes erunt*, quando Dominus verbum Evangelicum per totum orbem propagaverit. Eodem modo Iſ. 11. & 17. & 24. 28. 37. 65. Item Mich. 2. & 5. Soph. 3. Zach. 12. Jerem. 3. & 5. Ezech. 6. 11. 12. 14. 20. „demonſtratur non in-„diſcrete omnibus ſimpliciter Judæis oracula „divina illas bonorum promiſſiones ceciniſſe, „ſed paucis eorum duntaxat, qui in Salvato-„rem & Dominum noſtrum crediderint, aut „iis, qui ante ejus adventum juſti effecti ſint.

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ LIBER III.

Vaticinia Prophetarum in Christo impleta.

1. Euſebius in hoc libro demonſtrat in gratiam fidelium Jeſum Chriſtum eſſe mundi Salvatorem, & adverſus infideles, ipſum non eſſe impoſtorem. Primam partem probat *Primo* ex Prophetis. Sic Iſaias cap. 61. „Miſ-

„ſionem Chriſti ad Evangelizandum prophetat „dicens: *Spiritus Domini ſuper me, propter quod* „*unxit me, evangelizare pauperibus miſit me &c.* „quam prophetiam Salvator noſter olim in „conventu Judæorum cum legiſſet, ſic locutus „eſt: *hodie impleta eſt ſcriptura hæc in auribus* „*veſtris. Luc.* 4. protinusque evangelizare cæ„pit: *beati pauperes ſpiritu* &c. Chriſtum ergo „inprimis authorem omnis provinciæ Evan„gelicæ hæc prophetia declarat At poſt il„lum ejusdem propoſiti miniſtros fore illius „diſcipulos idem Propheta canit dicens: *quam* „*ſpecioſi pedes evangelizantium Iſ.* 40. Et quod „humanis verbis non uterentur ad perſuaden„dum audientibus, ſed Dei virtus eſſet alius, „clamat Propheta Pſ. 67. *Dominus dabit ver*„*bum evangelizantibus virtute multa.*

Chriſtus Propheta a Moyſe promiſſus.

2. „Reliquum eſt ut oraculorum Prophe„tarum eventa oſtendam, quemadmodum ea „in Salvatore Domino noſtro Jeſu, qui Chri„ſtus eſt Dei, completa ſint. Primus Prophe„tarum Moyſes *Deut.* 8. alium Prophetam ſibi „ſimilem ſuſcitandum denuntiat, & quem niſi „Salvatorem & Dominum noſtrum Jeſum Chri„ſtum? Primus Moyſes gentem Judaicam a „ſuperſtitionibus Ægyptiis & multorum deo„rum avertit, unum Deum colere docuit, & „religioſæ vitæ inſtitutionem eis tradidit. Quod „multo excellentius Chriſtus præſtitit. Moſes „præterea geſtis mirabilibus & prodigiis reli„gionem ſuam confirmavit. Itidem Chriſtus „miraculis novæ ſuæ Evangelicæ doctrinæ „præceptis ſtabilitatem adjunxit. Moyſes gen-

„tem

„tem Judaicam a ſervitute Ægyptiaca vendi-
„cavit. Chriſtus genus humanum a ſimulacro-
„rum cultu revocavit ad libertatem. Moyſes
„terram ſanctam & vitam beatam leges ſer-
„vantibus promiſit: Simili modo Chriſtus cæ-
„lorum regnum pollicitus eſt. Moſes totos
„quadraginta dies jejunus fuit: itidem etiam
„Chriſtus. Moyſes in deſerto alimenta po-
„pulo præbuit. Moyſes per medium maris
„ingreſſus dux populo fuit: Chriſtus in ſuper-
„ficie maris ingrediens, Petrum item ad ſe ſu-
„per illud incedere fecit. Moyſes undas in
„medio mari ſtare fecit. Chriſtus imperavit
„vento & mari & facta eſt tranquillitas ma-
„gna. Moyſis vultus ſplendidus apparuit; ſimi-
„liter & Chriſti in ſua transfiguratione. Moy-
„ſes Mariam leproſam, Chriſtus alios leproſos
„mundavit. Moyſes duodecim exploratores,
„Chriſtus duodecim Apoſtolos miſit, & ſic de
„cæteris, ex quibus patet, Chriſtum eſſe Pro-
„phetam a Moyſe promiſſum: Eodem modo
Prophetia Jacobi: *non deficiet princeps de Juda* &c. & illa Iſaiæ: *Egredietur virga de Jeſſe* &c. & reliqua quæ de nativitate & morte Chriſti prædixerunt Prophetæ, in eo impleta ſunt.

Chriſtus non eſt præſtigiator.

3. „Quoniam vero major pars eorum, qui
„non credunt, vocant Chriſtum præſtigiatorem
„& seductorem, aliasque inumerabiles calum-
„nias in illum execrabiliter jactant, tempus
„jam videtur eſſe, ut illis reſpondeamus: &
„inprimis hi interrogandi ſunt, num quis um-
„quam alius huic ſimilis ſeductor ex hiſtoriis
„ipſorum proferri poſſit, qui manſuetudinis,

„probitatis, temperantiæ, omniſque relic
„virtutis iis quos ſeduxerit magiſter extite
„quæ omnia Chriſtus non ſolum docuit,
„etiam opere præſtitit: qua ergo ratione
„men ſeductoris illi adſcribitur?

Divina Chriſti geſta & miracula.

4. „Sed hæc quidem de Chriſto tamqu
„homine, nunc ea, quæ magis divina
„conſideremus, nunc quidem lepram purg
„nunc dæmones ejiciens, nunc ægrotos
„nans, & ne in longum nimis ducatur or
„mors ejus non communi hominum more
„titit, non enim violentæ genus ullum pe
„lit, ſed ubi ipſum ſponte præbuit inin
„inſidiantibus corpus, tunc erectus eſt a
„ra: deinde in ligno magna voce clamans
„ſolutus ac liber ipſe per ſeipſum a corpor
„ceſſit. Deinde corpus ſuum ſepulturæ n
„datum tertio die rurſus recepit, quod ſp
„reliquerat, & ſic rurſus ſeipſum in carn
„corpore ſuo ſuis oſtendit diſcipulis; quil
„cum paucos dies verſatus iter ad cœlum
„rexit, & eosdem apud omnes gentes ſu
„mæ religionis doctores declaravit. Hæc
„ſunt divinitatis, quæ in Salvatore noſtro
„indicia.

Chriſti diſcipuli falſa de eo non ſcripſerunt.

5. „Verum adverſarii noſtri dicunt,
„omnino admirabile Salvatorem noſtrum
„ciſſe, qualia ſunt, quæ illius familiares
„ſtificati ſunt. Sed quam quæſo probabi
„tem habet, diſcipulos Chriſti optimorum
„cumentorum ejus auditores, ac potius
„magiſtros effectos ſuſpicari mentitos, q
„

„cunque ſuum præceptorem effeciſſe teſtificati „ſunt? aut quomodo credibile eſt illos omnes „inter ſe conſenſiſſe in mendacio? Deinde „nulla unquam afferetur ratio, quare tantæ „multitudini diſcipulorum Chriſti credendum „non ſit, qui religioſam vitam amplexi ſunt, „resque ſuas omnes aſpernati pro ſibi chariſſi- „mis inopem victum elegerunt, ac de ſuo Præ- „ceptore concors teſtimonium protulerunt. „Sed fingamus, Chriſtum non ea quæ ſcripta „ſunt, docuiſſe, ſed plane contraria, & pra- „vos mores ſimulatione gravioris doctrinæ ob- „texiſſe, & diſcipulos ejus pravos illius mores „ſecutos pro extollendo ſuo magiſtro, men- „dacia illi miracula adſcripſiſſe. Verum quo- „modo in tanta virorum multitudine concor- „dia malitiæ reperta eſt? unde in illis omni- „bus de iisdem rebus concors teſtimonium? „& eadem usque ad mortem ſententia? viro „autem præſtigiis utenti, qui talia doceret, „quis ab initio ſtuduiſſet. Dices quia ejus di- „ſcipuli etiam præſtigiarum erant cupidi. Cur „igitur poſt illam turpiſſimam illius necem no- „vam illius theologiam conſtantiſſime protule- „runt? num ut eodem ſupplicio afficerentur? „ſed quis nulla ſpe propoſita ejusmodi ſuppli- „cium manifeſtum eligeret? cur poſt mortem „illius alacres ipſi mori mallebant, quam a „vera de illo teſtificatione amoveri? Cæte- „rum hoc quoque diligenter conſidera, nam ſi „impoſtores ipſi erant & imperiti barbari, & „qui non plus quam Syrorum linguam noſ- „ſent, quomodo in totum progreſſi ſunt ter- „rarum orbem? Sane apud omnes nomen Je-

„ſu

„ſu prædicare, admirabiliaque ejus geſta
„in urbibus & in agris docere, imperiu
„ipſamque urbium reginam Romam invaden
„Perſarum, Schytarum, Indorum regna &
„ipſos orbis terræ veniſſe fines, hæc ſane e
„numquam humana vi effecta putaverim, n
„que conatu hominum ſeductorum, præſtigii
„que utentium. Item videturne credibile, vu
„gares homines, poſtquam geſta Chriſti co
„finxerint, potuiſſe pro illis voluntarium ſubi
„interitum, quemadmodum Salvatoris noſt
„diſcipuli potuere: inter quos Stephanus
„Judæis lapidatus, Jacobus ab Herode occiſ
„gladio, Jacobus frater Domini lapidibus o
„rutus, Petrus Romæ capite in terram ve
„crucifixus, Paulus capite truncatus, Joan
„in inſulam relegatus eſt, hique cum ta
„paſſi eſſent, nullus reliquorum ab incepto d
„ſtitit, quin etiam unusquisque expetebat, d
„vini cultus gratia ſibi quoque aliquid ta
„contingere.

Evangeliſtæ non ſunt mentiti.

6. „Jam tempus eſt, ut ad ſacrorum libr
„rum veritatem recurramus, & in illis diſcip
„lorum Jeſu mores contemplemur. Quis igitu
„mentis ſanitate præditus non omni fide di
„nos illos judicaverit, viros litterarum ign
„ros, at in ſanctæ philoſophicæ doctrinæ am
„rem progreſſos, laborioſam, continentem
„pauperem, afflictam vitam amplexos, & gr
„viſſima pro confeſſione nominis Chriſti paſſo
„Præterea Matthæus ſuam ipſius vitam n
„diſſimulans planeque ipſe ſeipſum accuſan
„publicanum ſe in ſuo Evangelio appellavi

„

„& Thomam ſibi prætulit: Joannes etiam mo-
„deſtiæ cauſa nusquam ſe Apoſtolum aut Evan-
„geliſtam nominat: Petrus vero ex nimia qua-
„dam reverentia ne dignum quidem ſe ſcri-
„ptione Evangelii exiſtimavit, ſed ejus fami-
„liaris ac diſcipulus Marcus in commentarium
„retuliſſe ejusdem de rebus geſtis Jeſu narra-
„tiones memoratur, ubi tamen Petrus, quæ
„ad ipſum ac de ipſo dicta ſunt a Jeſu: *beatus*
„*es Simon &c.* proprio teſtimonio proferre
„æquum non putavit, cum e contra quæ ad
„negationem ſuam pertinebant, in omnes ho-
„mines publicavit, nam Marcus quidem hæc
„ſcribit, ac Petrus hæc de ſeipſo teſtificatur,
„omnia enim, quæ apud Marcum leguntur nar-
„rationum ſermonumque Petri dicuntur eſſe
„commentaria. Qui igitur ea, quæ poterant
„afferre bonam famam, recuſant, criminatio-
„nes vero contra ſeipſos ſempiternæ memoriæ
„in ſcriptis ſuis commendant, cur non ab om-
„ni mendacio merito abhorrere credantur? ſa-
„ne commode mihi dictum videtur, aut pror-
„ſus credere oportet Jeſus diſcipulis ſicut reli-
„quis quoque ſcriptoribus, aut ſi non his, ne
„reliquis quidem. Quodſi demus, illos de
„præceptore fuiſſe mentitos, num etiam de iis
„mentitos, quæ idem paſſus eſt, dare poſſu-
„mus? Quodſi veridici in triſtioribus de illo
„narrationibus videntur, cur non in iis item quæ
„lætitiam gloriamque habent? imo ſi mentiri
„voluiſſent, cur non item illud quoque men-
„titi ſunt, Judam proditorem in lapidem eſſe
„converſum? Chriſtum nullum plane huma-
„num aut mortalem caſum ſubiiſſe, & perſe-
„cuto-

„cutores ſuos illuſos fuiſſe, & contra eum qui
„non aderat ſe agere crediſſe. Certe hoc
„modo multo majorem venerationem illi com-
„paraſſent, quam ſi miracula ab eo facta con-
„finxiſſent.

Joſephi Jud. teſtimonium de Chriſto.

7. „Licet autem horum hominum de Sal-
„vatore noſtro teſtimonium nobis abunde ſa-
„tisfacere debeat, tamen Joſephi Hebræi te-
„ſtimonio utar, qui in decimo octavo Judai-
„cæ antiquitatis libro de Salvatore noſtro
„mentionem facit his verbis: Extitit per id
„tempus Jeſus ſapiens vir, ſi tamen virum eum
„dicere oportet, quippe qui earum rerum au-
„ctor fuerit, quæ humanam fidem ſuperant.
„Docebat porro hic homines, ſiquos veritatis
„ſtudioſos reperiebat. Ergo multos ſibi Ju-
„daicæ, multos etiam Græcæ factionis ſibi ad-
„junxit. Chriſtus plane hic fuit, ſiquidem
„cum magiſtratibus noſtris accuſantibus illum
„crucis ſupplicio affeciſſet Pilatus, non deſti-
„terunt, qui ab initio complexi fuerant: ap-
„paruit enim illis tertio die iterum vivens,
„quemadmodum divini Prophetæ & hæc &
„alia innumerabilia de illo prædixerant: ex
„quo ad hunc usque diem Chriſtianorum non
„defecit genus.

Chriſtus non fuit præſtigiator.

8. „Cæterum cum hæc a nobis dicta ſint
„adverſus primum non credentium genus,
„nunc alterum refellamus, qui fatentur qui-
„dem, Jeſum geſſiſſe res admirabiles, ſed præ-
„ſtigiis oculos intuentium uti incantatores &
„venefici deluſiſſe. At primum iſti interrogan-
„di

iſunt, an ullus hominum excogitari poſſit, qui refertæ virtute reipublicæ inſtitutor, veque doctrinæ præceptor, qui præſtigiator, magus, & veneficus fuit? deinde præſtigiator omnia agere ſolet turpis lucri gratia: At Chriſtus huic obnoxius non fuit, qui etiam ſuis diſcipulis præcepit, ne poſſiderent aurum &c. Item præſtigiator nefariis hominibus ſeipſum permittit, ut poſſit liberius infandas voluptates perſequi & incantationibus ſubigere mulierculas: at Chriſtus diſcipulis præcepit, ut ne intuerentur quidem mulierem cum libidine. Item præſtigiator omnia agit cum jactatione ſui, & ad ſpeciem non ad veritatem; Salvatorem vero noſtrum arrogantiæ cupiditate laboraſſe ex iis conſtare poteſt, quos a ſe ſanitati reſtitutos jubebat nemini dicere. Item præſtigiator ubi alios malitia imbuit, præſtigiatores, ſeductores, & veneficos reddit: quis autem umquam omne genus Chriſtianorum aut præſtigiis utens aut veneficiis deprehendit? utpote qui ne ægrotantibus quidem permittunt, aut foliorum inſcriptionibus, colligationibusve uti, quorum uſum indifferentem plerique arbitrantur. Præterea ipſius Jeſu diſcipuli in actibus Apoſtolorum eorum qui fuerant curioſa ſectati contulerunt libros & combuſſerunt & computatis pretiis illorum invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Qui ergo magicos libros incenderunt, cur non de ſeipſis certiſſimum præbeant argumentum, nullo ſe prorſus magicarum rerum ſtudio teneri? & conſequenter nec Chri-

„ſtum

„ſtum Præceptorem eum eas docuiſſe, quin „potius ex vita diſcipulorum ejus apparet, plu„rimos & viros & mulieres in perpetua virgi„nitate vivere, divenditas poſſeſſiones paupe„ribus impertiri, quod ſane præſtigiatoribus „non competit. Deinde numquid primus Chri„ſtus & ſolus harum præſtigiarum inventor „extitit, an vero ad ipſos præceptores initia re„ferre oportet? ſi nullo docente ſolus & pri„mus inventor fuit hujus incepti, cur non di„vinam illi tribuere naturam oporteat, qui ſua „ſponte talium rerum inventor extitit, quæ „omnem naturam ſuperant. At enim magi„ſtros illum dicis habuiſſe impoſtores Ægy„ptios. Verum cur alii nulli ante illum ipſi „ſimiles viſi & divulgati ſunt, qui talia mira„bilia ediderint, quorum diſcipuli doctrinam „ſui Magiſtri effuſo ſanguine confirmarint, & „qui leges ſuas ſuperſtitionibus antiquis ad„verſas in totum orbem diſſeminaverint. Item „quis unquam vidit præſtigiatores ac venefi„cos ſine ſacrificiis, dœmonumque invocatio„ne quidquam operatos? cum econtra nos „ipſo Jeſu nomine & puriſſimis precibus om„nem dæmonum vexationem abigamus.

9. „Quodſi denique fidem his omnibns non „habeas, Porphyrii ſaltem teſtimonium l. 3. de „Philoſ. ſectis audi, ubi teſtatur, quod Chri„ſtum dii ſumme religioſum immortalemque „prodiderunt. Habes ergo noſtrum Salvato„rem non præſtigiatorem, ſed ſumme religio„ſum, & qui talis fuit, quanam alia ratione „admirabilium factorum author eſſe potuit,

„niſi

„niſi virtute divina, quæ etiam exinde appa-
„ret, quod viros ignobiles & piſcatores acce-
„perit, & per eos adminiſtros novam ſuam
„doctrinam in omnes nationes diſſeminaverit,
„quod ſane nullus rex nullus legislator præ-
„ſtare potuiſſet.

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ LIBER IV.

1. Jeſum Chriſtum eſſe Filium Dei Euſebius in hoc libro demonſtrat, ſimulque rationes affert cur humanam naturam aſſumſerit. Et primo quidem ait „Deus omnium quæcunque „ſunt fœtum ſuum primum ſubminiſtrat, pri„mogenitam videlicet ſapientiam, totam us„quequaque intelligentiam, boni parentis bo„nam ſobolem, & eum qui creationis univerſi „gubernacula comprehenſa teneret. Itaque „oracula Theologice loquentia non immerito „Deum genitum illum enuntiant, & cum unus „ſit Pater; Filium quoque unum non plures „eſſe oportet, genitum Deum de Deo. Porro „hic mundo in malis demerſo primum per „Moyſen religioſæ vitæ elemento per umbra„tilem corporalemque adorationem tradebat, „cum vero procedente tempore nullus ne Pro„phetarum quidem remedium malis vitæ ob „nimis abundantem malitiam afferret, tum de„nique Salvator deſcendit ad homines, ut „omnibus notitiam & amicitiam cum ſuo Pa„tre denuntiaret ac remiſſionem peccatorum „promitteret. Cæterum cum ipſi humano „quoque inſtrumento opus eſſet, quo etiam „ho-

Filius Dei ad homines venit.

„hominibus ſeipſum oſtenderet, patriſque
„agnoſcendi & colendi veram rationem do
„ret, ne hunc quidem recuſavit modum,
„ſtrenuiſſime naturam noſtram ingreſſus
„homines acceſſit, ac Deum hominis ſpe
„ingens miraculum oſtendit. Sic Deus V
„bum Filius hominis dicebatur, & quate
„ad homines venerat, ut animis humanis
„nitatem afferret, Jeſus nominabatur.]
„que communi more ne verſari quidem nol
„cum haud indignum ſua majeſtate judica
„interim tamen nusquam deſinens eſſe, qu
„erat, ſed in homine pariter Deum conſ
„vans, nam in primo ſtatim deſcenſu ad]
„mines more noſtro inſtar mortalis eſt edit
„verum ut Deus ex puriſſima Virgine non
„ro ex concubitu & corruptione ortum ac
„pit: deinceps vero reliquam vitam omn
„eadem ratione peregit, nunc quidem ſimil
„naturæ noſtræ infirmitatem, nunc vero ipſi
„Dei Verbum præſeferens, dum ingentia qu
„dam admirabilia fecit. Quin etiam usque
„mortem atque usque ad ipſos mortuos le
„erga homines charitatis ipſum vocabant,
„que in hoc quoque promiſcue diſpenſation
„obivit, quippe qui tamquam homo corpus
„morte ſepeliendum reliquerit, ab eodem ve
„corpore tamquam Deus diſceſſerit, neu
„quam expectans dum mors ad ipſum acce
„ret, ſed fugientem a tergo inſequens, æt
„nasque abditiorum tenebrarum portas refr
„gens, & mortuis remeandi ad vitam iter a
„riens, ſicut & ipſius etiam corpus mortu
„excitatum eſt. Hujus autem diſpenſatio

„p

prima cauſa eſt, ut Verbum tam in vivis quam in mortuis dominaretur: altera ut nostras abſtergeret maculas peccatorum pro nobis ſacrificatus: tertia, ut Deo tamquam victima pro univerſo mundo offerretur: quarta ut dæmoniacæ efficaciæ everſionem molitur: quinta ut diſcipulis ſuis vitæ futuræ ſpem oculis ſubjiceret, & ad prædicandum Evangelium alacriores redderet.

Natura incorporea divina manſit in incarnatione.

2. „Non autem oportet te perturbari, tametſi ortum corpus, & dolores & mortem de incorporeo Dei verbo audis, ut enim ſolaris luminis radii licet omnia compleant, & corpora ſordentiaque attingant, ipſi tamen nihil patiuntur, ſic etiam Dei vis incorporea naturæ ſuæ nullum nocumentum accipiet, quamvis incorporea quadam ratione corpus attingat.

Jeſus Filius Dei verus Chriſtus.

3. „Cæterum tempus eſt, deinceps de appellatione Chriſti diſſerere, & quidem Chriſti nomen primus Moyſes iis impoſuit, qui ungebantur, quod unctionis genus non ſolum „Pontificibus fuit traditum, ſed & Prophetis „& regibus. Verum unctio hæc corporalis „alterius ſpiritualis figura & qua Spiritu divi„no uncti multoties etiam in S. Scriptura Chri„ſti appellantur. Sed præter hos divina qua„dam virtute, & præſtantiore, quam natura „hominis fert, verum Dei Chriſtum exiſtere „David docet, qui Pſ. 109. æternum quem„dam Sacerdotem vidiſſe ſe ait, atque hunc „Dominum ſuum appellat, & ſedere eum cum

„Patre confitetur. Atqui ſine unctione fieri „Sacerdos Dei apud Hebræos nemo poterat, „Ergo etiam hic Sacerdos a Pſalmo memora-„tus verus Chriſtus erit, & excellentior ſupra „hominis naturam, quia cum jurisjurandi af-„firmatione perpetuo duraturum atque infini-„tum a Deo Sacerdotium accepit: & quoniam „dicitur Sacerdos ſecundum ordinem Melchi-„ſedec, qui unctus non fuit artificioſo unguen-„to, ſed Deo conſecratus, merito etiam is, de „quo vaticinatus eſt David, magnus & natu-„ra omnibus ſuperior dicitur, utpote qui & „ſupremi Dei Sacerdos, increatæ poteſtatis „confeſſor, Prophetæ Dominus, & Sacerdos „in æternum ſit Patris: unde etiam in Pſalmo „44. ſimul Deus, Rex, & Chriſtus appella-„tur. Sic enim habet: *Eructavit cor meum* „*verbum bonum*, illud ſcilicet verbum, quod „erat in principio apud Deum de Patre optime „genitum. Deinde in eodem Pſalmo dilectus „hic Dei cui inſcribitur, unctus ſeu Chriſtus „dicitur, non ſicut a Moſe aut ab alio homine „ſed ab ipſo ingenito & omnia infra ſeipſum „habente Deo ejus Patre, ſic enim habet „*Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exulta-„tionis præ participibus tuis.* Denique Deus „etiam dicitur in illis verbis: *Sedes tua Deus in „ſæculum ſæculi* &c.

Chriſtus nominatim a Prophetis prædictus.

4. „Cum hæc igitur a nobis hactenus con-„ſiderata ſint de Chriſti appellatione, jam nunc „quam multis Propheticis prædicationibus „Chriſtus nominatim ſit antea nuntiatus, con-„templemur. Et quidem Pſalmo 2do Chriſtus

„no

„nominatim a regibus, principibus & gentibus „circumventus, ab ipſo Deo genitus, Filius „hominis appellatus, gentiumque & finium „terræ ſortem & hæreditatem a Patre acci„piens enuntiatur. Item Pſalmo 19no Chri„ſtus nominatim quæcunque poſtulans a Patre „impetraturus dicitur: *nunc cognovi, quoniam „ſalvum fecit Dominus Chriſtum ſuum.* Item „Pſalmo 27. *Dominus confirmatio populi ſui & „protector ſalvationum Chriſti ſui* prædicatur. „Item Pſalmo 85. Chriſtus nominatim Deum „protectorem ſuum ita alloquitur: *Protector „noſter aſpice Deus & reſpice in faciem Chriſti „tui.* Rurſus Pſ. 88. Chriſtus deſpectus & pro„bra paſſurus dicitur: *Tu vero repuliſti & de„ſpexiſti, diſtuliſti Chriſtum tuum . . . quod ex„probraverunt commutationem Chriſti tui.* Item „Pſalmo 131. Chriſtus nominatim de ſemine „David ſurgens *cornu* David vocatur, qui Ju„dæos confudit, & ſanctificationem Patris re„novavit. Ulterius Amos 5. cap. Chriſtus no„minatim denuntiatur, & ab omnibus homi„nibus cognoſcendus; gens vero Judæorum re„pudianda prædicitur. Idem Habacuc cap. 3. „dicitur: *Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſa„lutem tuam cum Chriſto tuo.* Item Thren. 4. „Jeremias lamentatur: *Spiritus vultus noſtri „Chriſtus Dominus comprehenſus eſt in corruptioni„bus eorum.* Item 1. Reg. 2. Chriſti exaltatio „prædicitur his verbis: *Dominus aſcendit in cæ„los & tonuit, ipſe judicabit extrema terræ, qui „dat fortitudinem regibus noſtris, & exaltabit cor„nu Chriſti ſui.* Rurſus 1. Reg. 2. promittitur „his verbis: *ſuſcitabo mihi ipſi Sacerdotem fide-*

 „lem,

„lem, & ingredietur coram Chriſto meo omnes „dies.

Nomen Jeſu in veteri Teſtamento. 5. „Cum igitur de Chriſti appellatione ha„ctenus locuti ſumus, agedum de Jeſu quoque „differamus. Primus Moyſes cum ad ſuum „ſucceſſorem alia uteretur appellatione, Jeſum „eum denominavit, cum antea Nauſes voca„retur, Aaron vero Chriſtum nominavit, ut„pote loquens duobus principibus, duobusque „ducibus populi. Quare etiam Exod. 23. idem Moyſis ſucceſſor Jeſus, qui Angelus eſt vocatus nomen Chriſti ferre dictus eſt. Eodem modo Zachar. 3. etiam Jeſus filius Joſedec Sacerdos magnus imaginem ac figuram geſſit Salvatoris noſtri, qui veterem, quæ jam tunc invaluerat humanarum animarum ſervitutem ad Deum convertit.

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ LIBER V.

Prophetiæ Hebræorum materia & modus. 1. „Jam nunc exploremus eam, quæ de Sal„vatore noſtro in Evangeliis extet Theo„logia, & hanc a veterum Prophetarum teſti„monio comprobemus. Sed ante neceſſe eſt „conſiderare, quiſnam fuerit modus, quo Pro„phetæ apud Hebræos Dei ſpiritu implerentur. Summa autem omnis illorum Prophe„tiæ in rebus magnis conſumebatur, quodſi „quis totum eorum, quæ a Moyſe & aliis Pro„phetis ſcripta ſunt, exploret, profecto ea ni„hil aliud complexa inveniet, quam adhorta„tionem atque doctrinam divini cultus Deo

„ex-

„exhibendi, cognitionemque ac Theologiam „ſupremam de Filio, qui una cum Patre ipſe „ſit quoque rerum Author: præterea dehorta- „tionem a multorum deorum cultu: ad hæc „veterum ſanctorum virorum religionem & „memoriam, prædictiones & reſponſa de iis, qui „multis poſt ſæculis ad illorum vitæ regulam „ſuam vitam directuri erant per adventum „Dei ad homines ad ſalutem vitæ hominum, „quem venturum canebant, idque divino Spi- „ritu afflati, qui cum lucidiſſimus & ipſa lux „ſit, animam eorum ad contemplandum ido- „neam reddebat, ita ut cum ſobrii eſſent & vi- „gilarent, quæ canebant intuerentur, & non „modo præſentium ſed & futurorum veram „certamque cognitionem haberent.

2. „Agedum igitur jam quæ in Evangeliis „de Salvatore noſtro Jeſu Chriſto Theologia „continetur, eam propheticis quoque teſtimo- „niis comprobemus. Evangelica igitur teſtifi- „catio talem de Chriſto profert Theologiam: „*In principio erat Verbum, & Verbum erat apud* „*Deum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo* „*factum eſt nihil.* Paulus autem eidem Theo- „logiæ concordat, ubi de eo hæc narrat: *qui* „*eſt imago Dei inviſibilis* &c. *Evangelica doctrina de Chriſto Deo.*

3. „Atqui etiam cum his Hebraica oracula „concordant, nam Prov. 8. dicitur: *Ego ſa-* „*pientia habitavi conſilium . . . Dominus creavit* „*me initium viarum ſuarum* &c. Ubi Salomon oſtendit quondam progenitam Dei virtutem, quam & ſapientiam Dei & ejuſdem ſobolem *Concordat cum doctrina V. T.*

appellat, ſicut etiam nos eamdem glorificamus. Deinde David Pſ. 109. bis Dominum evidenter confitetur, ſemel cum de eo loquitur, qui & Deus & Pater eſt: & iterum cum de eo loquitur, quem ipſe ſuum nuncupat Dominum. Deinde hunc ipſum Dominum ante mundi conſtitutionem eſſe genitum, & æternum Patris Sacerdotem & ſupremi Dei confeſſorem profitetur: Ergo eamdem nobiscum de Chriſto fidei profeſſionem tenet. Deinde Iſaias cap. 45. & 54. affirmat: *quoniam in te Deus eſt:* ſicut & nos, qui Patrem in Filio, & Filium in Patre glorificamus. Item Pſalmo 32 David Verbum Dei ſuam habens eſſentiam æque ac nos mundi opificem novit, dicens: „*Verbo Domini cœli firmati ſunt* &c. & „Pſ. 106. dicitur: *Miſit Verbum ſuum & ſanavit eos* &c. quæ omnia cum Evangelio Joan. „1. concordant: & quod Verbum alius ſit a „Patre, ex ſequentibus patet: *ipſe dixit & „facta ſunt:* conſtat autem, quod qui dicit, ad „alium dicit. Et quod omnes nationes eum „formidaturæ & in ejus nomine commo„vendæ ſint, idem oraculum canit: *Timeat „Dominum omnis terra* &c. Item Iſaias cap. 48. „duos Patrem & Filium confitetur univerſi „opificem dicens: *Ego ſum primus, & ego ſum „in æternum, & manus mea fundavit terram, & „dextera mea conſolidavit cœlos.* Quod ipſum & nos credimus.

Patrem & Filium Moſes agnovit. 4. „Moyſes etiam *Gen.* 2. cognovit Patrem „Deumque univerſi cum Verbo Divino com„municantem de hominis opificio, ſicut & nos: „nam

m dixit: *faciamus hominem ad imaginem ac*
ſimilitudinem noſtram. Ac ne quisquam ſuſpi-
tur, haec ad Angelos dicta fuiſſe, declarat
i imperatum ſit, dicens: *& fecit hominem*
&c. Item Gen. 19. Moyſes bis aperte
minum commendat dicens: *Pluit Domi-*
ſuper Sodomam Sulphur & ignem a Domi-
, Patrem & Verbum ſicut & nos affir-
mus. Item Gen. 17. Abraham vidit tres vi-
s, medius autem erat excellentior illis ſci-
et Dominus ac Salvator noſter, qui hu-
nam ſpeciem indutus Abrahæ quisnam
et, ſeipſum oſtendit, Patriſque ſui tradidit
ntentiam. Item Gen. 28. Jacob eumdem *Do-*
um, Deum, & *Angelum* ſupremum Dei vo-
„Et Gen. 23. eundem in forma hominis
ſtantis cum eo contemplatur. Et Gen. 35.
xit *illi Deus: fac altare Deo, qui apparuit*
bi: Quis autem hic ſit, qui ſcriptus eſt ſu-
ra apparuiſſe, Deum Verbum eſſe paulo ante
iximus. Rurſus Exod. 3. Deus Pater cum
yſi per Angelum reſpondiſſet, quod viſus
ab Abraham & Iſaac & Jacob non per An-
lum ſed Filium docet. Et Exod. 13. oſten-
ur, quod quemadmodum Patribus humana
ma, ſic in ſpecie nubis Moyſi, & Num. 22.
ncto populo Deus Verbum apparuerit. Item
od. 23. „dixit Dominus: *Ecce ego mitto An-*
elum meum, & reliqua verba non Angeli, ſed
lius Dei voces ſunt: cujus porro Dei, niſi
jus, qui priſcis patribus viſus eſt. Hoc au-
em Dei Verbum fuit, utpote cum & Dei Fi-
ius, & Deus & Dominus ſit nominatus. Item
xod. 20. poſtquam Deus dixit: *Ego ſum*

 „Domi-

„*Dominus Deus tuus*: adjungit: *non ſumes no*
„*Domini Dei tui in vanum*: quod de alio,
„licet Verbo Divino dicit. Item Exod.
„Dominus qui in nube deſcendit ſcilicet v
„bum Divinum, alium Patrem ſuum Deum
„cavit. Item Joſ. 5. Dei Verbum, quod M
& antiquis Patribus reſponſa dabat, etiam J
Moyſis ſucceſſori in forma hominis viſum
Idem Jobo reſpondiſſe, & oculis viſum eſſe
citur Job 38.

Item alii Prophetæ. 5. „Eadem de Deo Verbo Theologia dc
„tur etiam a Prophetis. Oſee 11. Deus V
„bum homo factus ad eos dicit, qui vir
„quidem ipſum ſanctum non autem Deum
„confitentur: *Deus ego ſum*, *& non homo i*
„*Sanctus*: deinde Dominum ac Deum Patr
„ſuum indicat, adjungens: *poſt Dominum*
„*bulabo*. Item Amos cap. 4. dicitur: *Ev*
„*vos*, *ſicut evertit Deus Sodomam & Gomorrh*
„ubi ipſe Dominus Deum quendam ait So
„morum everſionis authorem fuiſſe, cum al
„ſit ipſe Filius, quam is, de quo ipſe loquit
„Item Abdiæ 1. dicitur: *Auditum audivi a*
„*mino*, *& mutationem in nationes emiſit. Do*
„*nus Deus auditum audivit a Domino*. Ubi i
„rum de duobus Patre & Filio mentio fit. It
„Zach. 2. *Hæc dicit Dominus omnipotens* .
„*Et cognoſcetis*, *quod Dominus omnipotens n*
„*me*. Quodſi is Dominus, qui mittit, Do
„nus eſt omnipotens, & qui dicit, ſe miſſ
„eſſe, itidem, duo igitur. Idem Zacha
„cap. 2. ait: *Gaude & lætare filia Sion*,
„*ego venio*, *& habitabo in medio tui*. In me
„er

tum Eccleſiæ Deum Verbum habitare cre-
dimus. Idem Zacharias cap. 3. inquit: *Et*
dixit Dominus ad diabolum, increpet Dominus
te diabole. Rurſus hoc loco Dominus alium
purgaturum dicit diabolum: quibus verbis
plane conſtare arbitror demonſtrationem de
duabus perſonis, uno Patre, altero eo, qui a
Patre omnium quæ facta ſunt dominationem
accepit. Item Malach. 3. Dominus Deus
omnipotens Dominum venturum ait in tem-
plum ſuum interim de alio loquens, ſcilicet
suo Verbo, quem poſtea *Angelum Teſtamenti*
nominat, & poſtea Dominum appellat, ad-
jungens: *& repente veniet Dominus* & cum
... : *quis ſuſtinebit diem ingreſſus ejus*, ſecun-
dum & glorioſum ejus, adventum ſignificat.
... Malach. 4. dicitur: *Et orietur timenti-*
bus nomen meum ſol juſtitiæ. Scilicet Verbum
Dei, qui Joan. 1. vocatur lux illuminans om-
nem hominem. Denique Jerem. 16. ubi Do-
minus Verbum alium precatur, Patrem vi-
delicet ac Deum univerſi dicens: *Domine for-*
titudo mea &c.

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ LIBER VI.

„Jam nunc tempus eſt, ut videamus, qua „ratione nunc Dominum, nunc Deum ad homines deſcenſurum & rurſus aſcenſu-rum tam evidenter Hebræorum oracula prius enuntiaverint, & quænam hujuſce deſcen-ſus cauſæ fuerint. Et primo quidem Pſ. 17. oſtenditur Dei ad homines adventus per illa *Deſcenſus Filii Dei a Davide prædictus.*

„ver-

„verba: *inclinavit cœlos & deſcendit* &c. illi
„autem: *aſcendit ſuper Cherubim, & volavi*
„ſignificare mihi videtur, quod gloriæ D
„eſſet reſtituendus. Item Pſ. 46. aſcenſus D
„qui prius deſcenderat illis verbis: *aſcen*
„*Deus in Jubilo:* & vocatio gentium illis ve
„bis: *Rex omnis terræ Deus* &c. declarati
„Item Pſ. 49. dicitur: *Deus manifeſte veniet,*
„*non ſilebit,* & ad ſe *vocabit terram a ſolis o*
„*usque ad occaſum,* quod de primo & ſecun
„Salvatoris adventu intelligi poteſt. Ite
„Pſ. 83. *videndus* dicitur *Deus deorum in Sio*
„quem celerrime adeſſe rogat Propheta dicen
„*Protector noſter aſpice Deus, & reſpice in faci*
„*Chriſti tui.* Item Pſ. 95. venturus ad hon
„nes promittitur Dominus, *novumque* in adve
„tu ejus *canendum canticum* ab omnibus ge
„tibus Evangelica luce illuſtratis. Ruri
„Pſ. 97. canticum novum novi teſtamenti
„omnibus gentibus canendum & mirabil
„Evangeliorum ubique prædicanda, & Ch
„ſtus etiam Judex venturus prædicitur. Ite
„Pſ. 106. *Verbum* Dei ad homines *miſſum*
„*ſanitatem* animarum dicitur, ut *eripiat eas*
„*interitionibus earum* &c. Item Pſ. 116. & 11
„gentium vocatio Deusque manifeſte appare
„& *benedictus qui venit in nomine Domini* præ
„catur. Item Pſ. 143. Dominus de cælo
„ſcendens ſalutis hominum gratia, *canticu*
„*que novum* novi ſcilicet Teſtamenti ſuper h
„re illi *cantandum* nuntiatur. Denique Pſ. 1
„*Dei Verbum in terram miſſum,* & *velociter* o
„nes homines *percurrere* perhibetur. It
„2 *Reg.* 22. David Deum *de cælo deſcenſur*

„a

„ait. Et 3 *Reg.* 8. dicitur *Deus vere habitatu-„rus cum hominibus in terra.*

2. „Eundem deſcenſum Dei Verbi de cælo „prænuntiarunt alii etiam Prophetæ Mich. 1. „dicitur: *Dominus egreditur ex loco ſuo, & de-„ſcendet ſuper altitudines terræ, & commove-„buntur montes ſubter eo . . . propter impieta-„tem Jacob.* Ubi & deſcenſus Dei Verbi ad ho-„mines & rejectio Judæorum prædicitur. Dein-„de Habacuc cap. 2. vaticinatur: *orietur ad „veſperam, & non in vanum: ſi tardius veniet, „expecta illum, quoniam veniens veniet, & non „morabitur.* Idem Habacuc cap. 3. admira-„bundus ait: *in medio duarum vitarum* (divi-„næ & humanæ) *cognoſceris: dum anni appro-„pinquabunt, notus fies, dum aderit tempus decla-„raberis* &c. ubi deſcenſus Domini de cælo, & „quod univerſa terra ipſius laude complenda, „& novi Teſtamenti Verbum ad omnes homi-„nes penetraturum ſit, prædicitur. Item Za-„char. 2. Dominus omnipotens confitetur ſe „miſſum eſſe, & quisnam is ſit, qui miſerit, „docet, ubi ait: *Et cognoſcetis, quod Dominus „omnipotens miſit me.* Igitur etiam hoc loco „duos perſpicue habes, qui eadem utantur ap-„pellatione unum eum, qui miſit Dominum „omnipotentem, alterum eum, qui mittitur, „ejus cum eo, qui miſit, nominis, ſcilicet „Deum Verbum. Idem Zacharias cap. 14. „Salvatoris noſtri adventum, & quæ illius „tempore eventura ſint ſignificat, dum ever-„ſionem Hieruſalem a Romanis factam & glo-„riam nominis in univerſo orbe reſplenden-„tem prædicit. Item Baruch cap. 3. Prophe-tarum

Item ab aliis Prophetis.

Locus nativitatis Chriſti prædictus.

2. Prophetæ etiam locum, ubi Chriſtus eſſet naſciturus nuntiarunt. Sic Michæas cap. 5. „vaticinatur: *Et tu Bethleem domus Ephratha* „*minima es, ut ſis in millibus Juda; ex te mihi* „*egredietur, qui præſit, ut ſit Princeps in Iſrael,* „*& exitus ejus ab initio ex diebus ſæculi. Idcir-* „*co dabit eos usque ad tempus parientis: pariet,* „*& reliqui fratrum ipſorum convertentur ad filios* „*Iſrael, & conſiſtet, & videbit, & paſcet gregem* „*ſuum in robore Dominus, & in gloria nominis* „*Domini Dei ipſorum exiſtent, quoniam nunc ma-* „*gnificabuntur usque ad extrema terræ, & erit* „*hæc pax.* Deinde Pſ. 131. quærenti David, quisnam locus eſſet Ephrata, in qua Deus prænuntiatus a Prophetis naſceretur, per Spiritum ſanctum manifeſtatur, eſſe Bethlehem, unde ait: „*Ecce audivimus eam in Ephrata,* „quæ in Geneſi ubi Rachel ſepulta eſt, Beth„lehem vocatur. Et adjungit his deinceps: „*de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam &c.* ubi aperte de Chriſto ſermo eſt.

Chriſti ortus ex tribu Juda prædictus.

3. Denique etiam a Prophetis prædicitur, ex qua gente & Judæorum tribu Chriſtus naſciturus ſit. „Nam 2 Reg. 7. Dominus per Na„than Prophetam hæc David prædicit: *cum* „*dormieris cum Patribus tuis, ſuſcitabo ſemen* „*tuum poſt te, quod erit ex ventre tuo . . . &* „*erigam ſedem ejus usque in ſempiternum. Ego* „*ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in Filium.* „Et in Pſalmo 88. dicitur: *Ipſe invocabit me,* „*Pater meus es tu. Et ego primogenitum ponam* „*illum, excelſum præ regibus terræ: in æternum* „*ſervabo illi miſericordiam meam. Juravi Da-*

„*vid*

„*vid ſervo meo, in ſæculum parabo ſemen tuum*
„&c. quæ omnia non Salomoni, ſed Chriſto
„conveniunt, & a Scriptura Evangelica con-
„firmatur. Deinde Pſ. 71. dicitur: *Deus ju-*
„*dicium tuum regi da, & juſtitiam tuam Filio re-*
„*gis. Et deinceps adjungit: Et permanebit cum*
„*ſole & ante lunam generationes generationum,*
„*deſcendet ſicut pluvia in vellus.* Et reliqua.
„Quando ergo in Salomonem ſcriptus eſt pſal-
„mus, primus Pſalmi verſiculus ad illum re-
„feratur, quæ vero ſequuntur, omnia ad filium
„Salomonis, non Roboam, qui poſt illum re-
„gnavit, ſed ad eum qui de ejus ſemine ra-
„tione humanæ naturæ profectus eſt, Chri-
„ſtum Dei referri poſſunt, uti quivis ſcriptura-
„rum non imperitus facile confitebitur. Præ-
„terea *Iſa.* 9. prædicitur: *Et egredietur virgo*
„*de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet,*
„*& requieſcet ſuper eum Spiritus Dei* &c. Hæc
„Iſaias non de Salomone jam mortuo, ſed de
„quodam alio vaticinatur, qui ſit de radice
„Jeſſe, ſeu ſemine David proditurus, ſcilicet
„Salvatore Chriſto Dei, nam ſequitur: *& erit*
„*radix Jeſſe, & qui ſurgit, ut imperet gentibus,*
„*in eo gentes ſperabunt.* Quæ rerum eventa,
„de Salvatore noſtro ſolo demonſtrantur. Item
„Jer. 23. *Ecce dies venient, dicit Dominus, &*
„*ſuſcitabo ipſi David ortum juſtum, & regnabit*
„*Rex . . . In diebus ejus ſervabitur Judas, &*
„*Iſrael habitabit confidens, & hoc nomen, quo*
„*vocabit ipſum Dominus, Joſedecim* (id eſt, Juſti
„Dei) *inter prophetas . . . & non operabuntur*
„*amplius diis alienis . . & regem David ſuſci-*
„*tabo eis.* Ubi longo tempore poſt mortem

„David Dei Verbum ex ejus ſemine oriturum „dicitur. Denique Jacob ait Gen. 49. *Juda „te laudabunt fratres tui . . . Non deficiet Prin„ceps de Juda, neque dux de femoribus ejus, do„nec veniat, cui repoſitum eſt, & ipſe erit expe„ctatio gentium.* Cum ergo duodecim apud „Hebræos tribus eſſent, unius harum primus „parens ac princeps extitit Judas, ad quem „ea, quæ modo citavimus, ab oraculo directa „ſunt, quæ de illo ipſo Chriſtum proditurum „ſignificant.

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ LIBER VIII.

Tempus adventus Chriſti ex Prophetia Jacobi.

1. „Sequitur jam nunc, ut Dei Verbi adven„tus tempora ex ipſis rurſus Prophe„ticis prædictionibus demonſtremus. Et pri„mo quidem Gen. 49. cap. paulo ante citato „ex quo patet Salvatorem tunc temporis adventurum quando a tribu Juda vel a gente Judaica Princeps & dux defecerit: quod eo tempore contigit „quo Salvator noſter Jeſus „hominibus ſe videndum præbuit, quando in „ſervitutem Romanis univerſa gens ceſſit, & „pro patriis ac legitimis ducibus primus He„rodes externus illis præfuit, & Rex Augu„ſtus.

Ex Daniele.

2. „Deinde etiam Propheta Daniel cap. 9 „tempus adventus Chriſti deſignat ſcilicet poſt annorum ſpatium ſepties ſeptuaginta duorum poſt quos Chriſtus ſe videndum hominibus præbebit, Prophetiæ quæ apud Judæos extabant

bant, & quod antea apud eosdem celebre erat clarumque ſacerdotium diſſolvetur, & ipſi aſſiduis obſidionibus captivi fient, & ſacrum eorum templum extremam vaſtationem patietur. „Numeri vero LXXII hebdomadarum „qui faciunt annos 490 initium accipere præcipit Angelus, ab exitu ſermonis, ut ædificetur Hierufalem. Porro hæc contigerunt regni Artaxerſis Perſarum Regis anno viceſimo, nam ab hoc tempore ſeptuaginta hebdomades ad Chriſti tempus perveniunt, ſi „Judæorum numeros ſequimur, ſiquidem ab „anno 20. Artaxerſis, olympiadis 83 anno „quarto, ad illud tempus qui fuit Olympiadis „202 annus ſecundus, imperii autem Tiberii „Cæſaris decimus ſextus, anni numerantur „475. qui Hebraica ratione fiunt 490, cum illi „ad lunares curſus annos computare conſueverint, qui ſunt dierum 354 cum econtra ſolares ſint 365, quorum exceſſus dant 15 annos, qui additi illis 75 annis dant 490 annos. Hactenus Africanus. Euſebius vero etiam putat per illa verba: *usque ad Chriſtum ducem*, ſeriem Pontificum, qui poſt illam Danielis prophetiam Judæis præfuerunt, intelligi, quibus poſt 72 hebdomades deletis ab Herode Chriſtus Sanctus Sanctorum advenit, & deinceps deſolatio Jeroſolymæ & templi ſubſecuta eſt.

3. Micheæ 1. & 4. capite hæc etiam ſigna temporis deſcenſus Domini ad homines indicantur, ſcilicet, extremus rituum & inſtitutorum, quæ apud Judæos cum veneratione ſer- *Alia ſigna temporis adventus Chriſti.*

I 2 „va-

vabantur, interitus, & pax omnium gentium profundiſſima. „Quæ cum ſic alias numquam „a condito ævo, niſi poſt adventum Salvato„ris noſtri Romanis imperium obtinentibus ad „hanc usque diem contigerint, indubitate de„monſtrant Domini ad homines adventus tem„pus. Item Zachar. 9. ſigna hæc temporis adventus Dei Verbi ad homines ſequentia prædicuntur: vocatio gentium, & extrema urbis Jeroſolymitanæ everſio, quæ cum noſtris tem„poribus videmus exitum eſſe ſortita, quid „amplius ſupereſt, niſi ut Chriſtum veniſſe fa„teamur.„ Denique Iſa. 19. tunc Chriſtus adveniſſe dicitur, cum, qui Ægyptum incolunt, „Prophetarum Deum agnoſcent, patrios deos „relinquent, & ſupremum Deum invocabunt. „Quæ cum modo evidentem demonſtrationem „exhibeant, arbitror etiam conſtitiſſe, quibus „temporibus ea futura canerentur, quæ ad „Domini adventum ad homines pertinebant.

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ LIBER IX.

Stella nato Chriſto orta.

1. „Tempus jam fuerit, ea contemplari, quæ „quo tempore Chriſtus in apertum „prodiit, geſta, & quoque modo ſingula apud „Hebræos prædicta ſint. Et primo quidem „Num. 14. Moyſes de ſtella quæ in ortu Sal„vatoris noſtri viſa eſt, hæc ait: *Orietur ſtella* „*ex Jacob, & ſurget homo ex Iſrael, & fran*„*get ductores Moab.* &c. hoc vaticinio com„moti ſucceſſores Balaam in terram Palæſti„nam perrexerunt, & de Rege interrogave-

„runt,

„runt, qui per eam ſtellam, quam viderant „ſignificabatur, uti fidem facit Evangeliſta „Matthæus *cap.* 2, hæc in Chriſti adventu con„tigiſſe, qui etiam Moabitarum dœmones & „idololatriam confregit.

2. Iſaias cap. 19. ait: „Quod Dominus *ſe„dens ſuper nube levi* corpus ſcilicet de ſancta „Virgine aſſumens *veniet in Ægyptum, & com„movebuntur manufacta Ægypti a facie ejus, & „cognoſcent Ægypti Dominum.* Quod utique in „Chriſto completum eſſe videmus; ſicut autem „oraculum Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti migra„tionem una cum parentibus ſuis in Ægyptum „indicabat, ita & reditum canit his verbis: „*Deus duxit illum ab Ægypto. Num.* 24. Quod „idem vaticinatur Oſeas cap. 11. dicens: *Ex „Ægypto vocavi filium meum*, quem locum „etiam Matthæus in ſuo Evangelio allegat. *Incarnatio Chriſti.*

3. Iſaias porro *c.* 40, ita prophetat: *Vox „clamantis in deſerto, parate viam Domini* &c. „hoc vaticinium oportebat ſub Salvatoris no„ſtri tempus finem ſuum accipere, uti apud „Lucam Evangeliſtam ſcriptum eſt: *Factum eſt „Verbum Dei ad Joannem Zachariæ filium in de„ſerto, & cum veniſſet in omnem terram, quæ eſt „circum Jordanem, prædicavit baptismum pœni„tentiæ in remiſſionem peccatorum, ſicut ſcriptum „eſt in libro ſermonum Eſaiæ prophetæ: vox cla„mantis in deſerto* &c. Atque hic idem Eſaias „*cap.* 35. de ſolitudine ipſoque nominatim Jor„dane fluvio, apud quem Joannes baptizabat, „ita ait: *Lætare ſolitudo ſitiens: exultet deſer-* *Joannis prædicatio.*

„*tum*, *& floreat ut lilium*, *& efflorebunt & exul-*
„*tabunt deſerta Jordanis*, *& gloria Libani data*
„*eſt ei*, *& honor Carmeli*, *& populus meus vide-*
„*bit gloriam Domini.* Hæc autem in Baptiſmo
„Salvatoris noſtri impleta ſunt.

Chriſti tentatio prædicta. 4. Præterea de Chriſti poſt Baptismum tentatione *Pſalmo* 90 vaticinium extat tum in illis verbis, quibus eum diabolus tentavit; *Angelis ſuis mandavit de te*, *ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis: in manibus portabunt te* &c. „& quoniam in tentatione cum feris, ut ipſe „Evangeliſta eſt author, verſabatur, cum qui-„bus autem non deſcriptum eſt palam, eam „rem Pſalmi vaticinium, dum genera ferarum „commemorat, manifeſtius eloquitur his ver-„bis; *ſuper aſpidem & baſiliſcum aſcendes*, *& con-*„*culcabis leonem & draconem* ubi aſpidem & baſi-„liscum, ipſum utique diabolum, & qui ipſum „ſequuntur principatus malasque poteſtates „conculcaturum affirmat.

Apoſtolorum Galilæorum vocatio. 5. Rurſus Iſa. 9. de Galilæa gentium, in qua Salvator noſter maximam ſuorum miraculorum partem edidit, & de Apoſtolorum vocatione prædicitur: „*Hoc primum bibe*, *cito fac*; „*regio Zabulon*, *terra Nephtalim & reliqui ma-*„*ritimam incolentes*, *& trans Jordanem Galilæa* „*gentium*, *populus habitans in tenebris videte lu-*„*cem magnam* &c. Quæ omnia in Chriſto com-„pleta eſſe teſtatur S. Matthæus *cap.* 4. Sicut & in Cana Galilæa primum ſignum mutando aquam in vinum Chriſtus edidit. Item Pſ. 67. Apoſtolorum vocatio prænuntiatur illis verbis:

„*In*

„*In Eccleſiis benedicite Deo Domino de fontibus* „*Iſrael*, ſeu verbis divinis & ſacris Iſraeli tra„ditis. Illic Benjamin junior in mentis exceſ„ſu, principes Zabulon, principes Nephtalim, „quos non alios eſſe cenſeo, quam Apoſtolos, „inde enim eos Salvator elegit, ut a Matthæo „ſcriptum eſt.

6. „Ulterius vaticinium *Iſa.* 61. *Spiritus* „*Domini ſuper me, propter quod unxit me: evan*„*gelizare pauperibus miſit me* &c. ipſe Dominus „noſter in ſeipſo completum eſſe confirmat, „quo tempore cum veniſſet in Nazareth ingreſ„ſus quodam Sabbatorum in conventum por„rectus eſt illi liber Eſaiæ Prophetæ, & legit: „*Spiritus Domini ſuper me* &c. Item *Deut.* 18. „novæ legis ſanctio promittitur: *Prophetam ex* „*fratribus ipſorum ſuſcitabo eis ſicut te, & dabo* „*verbum meum in os ejus, & loquetur eis, ſecun*„*dum quodcunque præcepero illi* &c. Ubi ani„madverte, quod nullus plane apud Hebræos „Moſi ſimilis Propheta ſurrexerit, qui & le„gum author, & pietatis apud homines intro„ductor extiterit, niſi unus Salvator noſter „Chriſtus Dei. *Evangelica legis ſanctio.*

7. Item res a Chriſto mirabiliter geſtæ a Prophetis prædictæ ſunt: ſic ambulationem ejus ſupra mare Job *cap.* 9. innuit illis verbis: *qui ambulat in mari, ſicut in ſolo.* Item Iſaias cap. 35. prædicit: „*Deus veniet & ſalvos faciet* „*nos: tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſur*„*dorum audient, tunc ſaliet ſicut cervus claudus,* „*& plana erit lingua mutorum.* Harum autem *Miracula Chriſti prædicta.*

„rerum eventa in Evangeliis habes, dum va-
„riis ægritudinibus & languoribus affecti ſalu-
„taris illius virtutis beneficio ab omnibus mor-
„bis liberantur. Item *Iſa.* 8. ſigna & pro-
„digia a Chriſto edenda prænuntiantur, dum
„dicitur: *Ecce ego & pueri, quos dedit mihi*
„*Deus: & erunt ſigna & portenta in Iſrael a Do-*
„*mino Sabaoth, qui habitat in monte Sion.* Por-
„ro Dominus Sabaoth ipſum Dei Verbum poſt-
„quam habitavit in eo homine quem aſſum-
„pſit, & in monte Sion verſatus eſt, ſigna
„& prodigia edidit, quamquam etiam dum
„miracula ederet, eis quos curaſſet, præcepe-
„rit, ne manifeſtum ipſum facerent, ut imple-
„retur, quod dictum eſt per eumdem Iſaiam
„Prophetam *cap.* 42. dicentem; *non contendet,*
„*neque clamabit, neque audiet quispiam in plateis*
„*vocem ejus.* Quod vero nulla horum habita
„ratione tamen populus Judaicus non ſit in
„Chriſtum crediturus prædictum etiam eſt
„Iſa. 6. *Vade & dic populo huic: auditu audietis*
„*& non intelligetis, & intuentes intuebimini, &*
„*non videbitis* &c. Quarum rerum habes even-
„tum in Salvatore noſtro, ut apud Joannem
„legimus, qui ait: *Cum autem tam multa ſigna*
„*feciſſet coram eis, non crediderunt in eum, ut*
„*ſermo Iſaiæ Prophetæ impleretur* &c.

Ingreſſus triumphalis Chriſti Jeroſolymam.

8. Denique triumphalis Chriſti ingreſſus Hieroſolymam ſuper pullum aſinæ prædictus eſt Zachar. 9. „*Gaude vehementer filia Sion, ecce* „*rex tuus venit tibi juſtus & ſalvos faciens, ipſe* „*manſuetus & impoſitus ſuper jumentum & pullum* „*adoleſcentem: & perdet currum ex Ephræm, &*

„*equum*

„*equum ex Hieruſalem: & peribit arcus bellicus,* „*& abundantia pacis ex gentibus: & principatum* „*obtinebit a mari usque ad mare, & a fluminibus* „*ad exporrectiones terræ.* Cum hæc poſt reditum a Babylone noviſſimis Prophetarum temporibus Zacharias cecinerit, nullus poſt rex apud Judæos memoratur, qualem Prophetia deſcribit, niſi unus duntaxat Salvator ac Dominus noſter Jeſus Chriſtus Dei, cujus tempore hoc vaticinium finem eſt conſecutum, „uti ex Evangelio patet: ſicut etiam acclamatio Oſanna filio David, prædicta eſt Pſ. 117. „*O Domine ſalvum fac jam nunc, o Domine pro-* „*ſectum da jam nunc. Benedictus qui venit in no-* „*mine Domini.* &c. Oſanna enim ſignificat, „ſalvum fac jam nunc, & Hebraicus contextus, Anna Adonai Oſanna habet.

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ LIBER X.

1. „Invitat jam nunc tempus nos, ut de iis „differamus, quæ conſideranda ſunt „in Chriſti Dei de vita humana diſceſſu. Et „primo quidem ea oracula aggredi tempus eſſe „videtur, quæ & Judam proditorem, cumque „eo futuram adverſus Chriſtum conſpirationem, „& quæ illi ſub ipſum paſſionis tempus eventura erant ſignificabant. Igitur in Pſalmo 40. „de Juda proditore aperte vaticinatur: *homo* „*pacis meæ in quo ſperavi, qui edebat panes meos,* „*magnificavit ſuper me ſupplantationem.* Quæ „de Juda dicta eſſe S. Joannes in ſuo Evangelio „teſtatur. Reliqua vero hujus Pſalmi conſpi-

Judæ proditio & conſpiratio Judæorum.

rationem Judæorum adverſus Chriſtum] dunt. Item Pſalmo 54. de eodem Juda habetur: „*Si inimicus meus probro me affeci* „*ſuſtinuiſſem utique: & ſi is, qui oderat me,* „*per me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem* „*forſitan ab eo: tu vero homo unanimis, &* „*meus & notus meus, qui in idem dulces con* „*rabas cibos, in domo Dei ambulavimus cum* „*ſenſu.*" Ubi item reliqua hujus Pſalmi conjuratione Judæorum tractant. Rurſus eodem Juda, & ſuffecto in ejus locum alio A ſtolo vaticinatur Pſalmus 108. „*Epiſcopa* „*ejus accipiat alter.* Quod autem hoc ad | „ditorem Judam ſit referendum, idoneus i „eſto teſtis Apoſtolus Petrus, qui Act. 1 electione S. Matthiæ iisdem verbis uſus Rurſus Zachar. 11. de Juda & argenteis bus Dominum prodidit hæc habentur „*co* „*tuerunt mercedem meam* 30 *argenteis, & pr* „*eos in domo Domini in fornacem* &c. („ſuum finem conſecuta ſunt in Juda, uti E „geliſtæ narrant, ubi ex negligentia libra „rum Jeremias pro Zacharia allegatur. D „que etiam Jeremiæ 17. cap. de Juda nc „natim dicitur: *peccatum Juda ſcriptum eſt* „*ferreo in ungue adamantino* &c. quod et „ad univerſam gentem Judaicam referri „terit.

Tenebræ in morte Chriſti.

2. „Dein Amos 8 cap. ſolis defectus, „in ipſa Salvatoris noſtri paſſione accidit „de extremo Judaicæ gentis interitu ita p nuntiatur: *Et erit in die illa dicit Dominus, cidet ſol in meridie, & obtenebrabitur ſuper*

„

in die lux, & convertam ſolemnia veſtra in *lum* &c. Item Zachariæ 14 cap. dicitur: *die illa non erit lux, & neque dies, neque s, ad veſperam erit lux*: quibus verbis per- cue indicari puto illius temporis conditio- n, cum Salvatore noſtro altius ſublato in a diei luce nox ab hora ſexta obtinuit uſ- e ad horam nonam; poſt quam rurſus de- entibus tenebris dies & lux reverſa eſt, ſt quæ rurſus conſueta nox ſecuta eſt. Et m oraculum addit: *Et frigus & gelu erit*: c Evangelii teſtimonium commendat, cum trus, dum Jeſum ſequitur accenſo igne in io Caiphæ una cum aliis calefaciebat ſe.

3. Denique quæ in ipſa ſalutari Chriſti paſ- e facta ſunt in Pſalmo 21. explicantur. m illud: *Deus Deus meus reſpice in me, quare dereliquiſti?* a Salvatore noſtro, ut eſt apud atthæum ipſo paſſionis tempore dictum eſt. em illud: *videntes me ſubſannaverunt, & locuti nt labiis, & moverunt caput, dicentes, ſpera- t in Domino, eripiat eum* &c, finem ſuum nſecutum eſt, quo tempore, ut eſt apud atthæum, cruci affixus, qui illam præteri- nt, mala in illum congerebant, moventes pita ſua &c. Similiter illud: *Foderunt nus meas & pedes meos, dinumeraverunt om- a oſſa mea.* Et illud: *ipſi autem conſidera- runt, & inſpexerunt in me*: & illud: *Divi- unt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam ſerunt ſortem.* Quæ omnia tunc completa nt, cum in cruce & manus illius & pedes, avis transfixerunt, & cum illius veſtimen- *Paſſio Chriſti prædicta.*

„ta

„ta accipientes, ea inter ſe diviſerunt, uti S
„Joannes & Matthæus narrant. Atque it
„totum Pſalmum 21 fuſe hic exponit, Euſe
„bius, quem etiam in ſuis commentariis i
„Pſalmos explicat.

EUSEBII PAMPHILI
CÆSAREÆ PALÆSTINÆ
EPISCOPI
LIBER CONTRA HIEROCLEM.

§. I.

Argumentum.

Hierocles Philoſophus librum ſub nomine Ph lalethis compoſuerat contra Chriſtiana religionem, in quo, ut eam ludibrio expon ret, Apollonium Thyanæum cum Jeſu Chri comparaverat. Hunc refutat in hoc tracta Euſebius, examinando & refellendo octo libr Philoſtrati de vita Apollonii Thyanæi. Lib hic ab Aldo primum Venetiis anno 1502 gr ce editus fuit. Eum in latinum vertit Zen bius Acciajolius Pariſiis anno 1628. impre ſum, qui etiam 1688. & nova denique ver ab Oleario confecta cum operibus Philoſtra anno 1709. prodiit.

§. II.

§. II.
ANALYSIS
CONFUTATIO LIBRI I.

Euſebius Hieroclem ſeu Philalethem refu- *Philoſtrati fabulæ de vita Apollonii.*
taturus notat, quod jam prius ejus de-
Origenes in libris contra Celſum explo-
, unde ſolum id acturum ſe dicit, ut ab-
am illam Chriſti cum Apollonio compa-
onem evertat. „Admiratur ergo Hierocles
confitetur, Apollonium non veneficiis, ſed
ana quadam ſapientia divinarum rerum
rabilium effectorem fuiſſe, quæ cum recen-
ſet addit, & deridet Chriſtianorum levi-
em, quod gentes Apollonium, qui tanta
ravit, non pro Deo, ſed homine Deo gra-
habeant, cum econtra chriſtiani ob pau-
a quædam prodigia Jeſum Deum prædi-
it. Deinde ſubjungit: id quoque dignum
conſideratu, quod Jeſu res geſtas Petrus
Paulus aliique ſimilis notæ mirifice extu-
int, homines mendaces & indocti, Apol-
ii vero Maximus Ægienſis, & Damis Phi-
ophus, qui in ejus conſortio vixit, & Phi-
ratus Athenienſis prodiderunt, homines
enti eruditione præditi. Verum ut nil
do de multis Chriſti miraculis, prophetiis
o impletis, converſione plurimorum, do-
næ inter acerrimas perſecutiones propa-
ione & reliquis dicamus, unam modo
loſtrati penſitemus hiſtoriam, ex hac enim
is rationibus convincemus, Apollonium
inter Philoſophos nec mediocris pieta-
viros locum ſortiri, nedum Salvatori no-
„ſtro

„ſuo comitatui veſci carnibus permiſit, q
„abſtinentia ab illis ipſis non prodeſſet,
„ſibi ob eam, quam a pueris profiteretur P
„loſophiam. Sed cur ſibi proſit, quod i
„comitibus non interdixit. Rurſus Philoſt
„tus Apollonium per Phraotem Indiæ reg
„allocutum refert, quem paulo ſuperius o
„nium linguarum conſcium fecit, & cur
„qui cogitationes hominum novit, obſtupe
„dum regem græce loquentem audivit.

CONFUTATIO LIBRI III.

Apud Brachmanes.

3. „Quæ in libro ſuo tertio Philoſtratus
„Brachmanibus & Apollonio refert talia ſu
„ut ſi quæ de Thyle inſula præter fidem n
„rantur, quæque multa portentorum pl
„poetæ nobis finxerunt, his prodigiis com
„rentur, jam quaſi pro certiſſimis habeant
„harum magnitudine & ſplendore nugar
„velut obducta penitus evaneſcent. Ui
etiam has nugas, quas Euſebius hic refert,
benter omittimus.

CONFUTATIO LIBRI IV.

Apollonii falſa miracula.

4. „Jam ut divinum hominem Apollonii
„Philoſtratus oſtendat, novis miraculis ſcat
„tem hiſtoriam exorditur. Sed ſi ille divin
„re natura præditus erat, multo ante qu
„a Magis doceretur, mirabilia per ſe aggreſſi
„oportuit: ſuperflua enim divino homini fu
„rit illa Arabum, Magorumque & Indoru
„magno ſtudio conquiſita doctrina. Ac p
„mo quidem ex vi augurandi pipilantem p
„ferculum cæteras ſui generis aves ad paſtu

„cc

„concire agnovit: peſtilentiam futuram ex ſua „diæta & aere corrupto præſentiens Epheſiis „prædixit. Peſtem etiam ſub figura laceri „medici ſaxis ab Epheſiis expuliſſe fingitur. „Achillis umbra ab eo viſa doemonis larva „fuit. Pellebat doemones alio alium. Quod „vero puellam Romæ defunctam ab obitu re„vocarit, cum ſit factum hoc vel ipſi Philo„ſtrato incredibile, nos quoque a nobis peni„tus excludamus, ratiocinatur dubitando Philo„ſtratus, num vitalis auræ ſcintilla intra puel„lam compreſſa medicos delituerit, quæ mox „pluvia ingruente excitata in vultu reſpiran„tis puellæ prodita ſit. Sane ſi Apollonius „puellam vere vitæ reſtituiſſet, tam egregium „facinus Imperatori innotuiſſet maxime vero „Euphrati Philoſopho, qui eum magiæ accu„ſaſſe narratur, & hoc factum etiam illi ob„jectum fuiſſet.

CONFUTATIO LIBRI V.

5. „Præſenſiſſe multa Apollonium virtute „Divina, eumque magum non fuiſſe Philo„ſtratus narrat. Verum qui apud Veſpaſia„num, cui imperium prædixiſſe & dediſſe fer„tur, laudavit Euphratem ſibi adhuc amicum, „ut Philoſophum, ut virum bonum, & deinde „apud Domitianum eumdem ſibi infenſum ac„cuſat, plane arguitur, ejusdem viri & lau„dator eſſe & reprehenſor. Illene igitur qui „præſenſione tanta rerum præditus eſt, igno„rabat, qualis tunc eſſet, qualisve impoſte„rum Euphrates futurus? *Apollonii Prophetia falſa.*

CONFUTATIO LIBRI VI.

Vana prodigia.

6. „Idem Philoſtratus ſexto volumine fa„bulas & portenta adducit: inquit enim Apol„lonium camelis invectum una cum comitatu „ad gymnoſophiſtas Ægyptios perveniſſe: „quo in loco jubente uno ex ſapientibus nu„dis, ulmus Apollonium voce articulata & „muliebri affata eſt. Hiſce nugis Philalethes „æquum putat, a nobis haberi fidem. Ultra „vero Gymnoſophiſtas Pygmæos eſſe ait, an„tropophagosque, & umbripedes Satyrum„que in iis locis juſſu Apollonii ebrium eſſe „redditum. Inde autem Apollonius in Græ„ciam rediit, ubi prædictiones quædam cum „Tito Imperatore habitæ referuntur, & quo „pacto adoleſcens quidam a rabidi canis mor„ſu curatus ſit, cui quidem canis Amaſis Ægyp„ti Regis ineſſet anima, naturalemque adeo „ſibi humanitatem, regiamque beneficentiam „in canina quoque effigie retineret, quando„quidem juvenem a ſe demorſum leniter lam„bendo curaturus eſſet. Sed hæc omnia ſi „tamen vera ſunt, doemonis miniſteria fuerunt.

CONFUTATIO LIBRI VII.

Apollonius in carcerem conjectus.

7. „Rurſus Apollonius jactat ſe: Ego ſcio „omnia, quorum alia ſtudioſis accepta refero, „ſapientibus, mihi alia, diis alia. Sed enim „hiſtoria procedente ignorare permulta convin„citur. Ad hæc Philoſtratus quatuor crimina „teſtatur Apollonio fuiſſe objecta: horum pri„mum erat, qua diſciplina non communi ve„ſte cæteris mortalibus uteretur: alterum,

unde

„unde hoc eſſet, ut paſſim Deus ab homini-„bus putaretur. Tertio quanam ratione pe-„ſtem Epheſiis imminentem prædixerit: præ-„terea cujus in agrum noctu profectus Arca-„dem ibi puerum in fruſta diſcerpſerit. Con-„tra hujusmodi quæſtiones ait Philoſtratus „Apollonium ſeſe egregie defendiſſe. Primo „vero tradit in vincula conjectum levandi do-„loris gratia, ſponte ſua vinculis exemptum „crus Damidi oſtendiſſe, & rurſus idem crus „vinculis inſeruiſſe, poſt hæc a Domitiano Im-„peratore accerſitum eſſe in judicium, Apol-„lonium ſcribit, & ab objectis criminibus ab-„ſolutum e conſpectu hominum evanuiſſe, quæ „omnia malefica ſuperſtitione facta ſunt.

CONFUTATIO LIBRI VIII.

8. „Apollonius porro fruſtra a ſe expur-„gat ſubortam magiæ ſuſpicionem, nam in-„quit, magos pſeudo ſophos cenſeo eſſe, qui „quæ non ſunt, ut videantur eſſe, efficiunt, „& quæ ſunt fallaci arte obducunt; ſed hoc „ipſum Apollonii geſta & falſa prodigia de-„monſtrant. Quantum vero ad mortem Apol-„lonii ſpectat, nihil ſe certi ſcire Philoſtratus „profeſſus eſt; inquit enim referre alios eum „Epheſi deceſſiſſe, alios autem in Minervæ „templo Lindiæ civitatis, alios in Creta inſu-„la: & cum tantum caliginis de illius morte „nobis offundat, vult tamen eumdem vivum „ad ſuperos conſcendiſſe. *Apollonii mors.*

CONTRA FATI NECESSITATEM.

Fati neceſſitas refutatur. 9. „Quoniam vero de Parcis ac fati neceſ„ſitate multa Apollonius diſſeruit, de iis hic „tractemus. Si eſt igitur anima immortalis, „& ſe movens, quænam ratio eſt, non ex ar„bitrio ſuo, ſéd magis invitam, veluti inani„mum corpus extrinſecus agitatam huc & il„luc perpetuo motu vigentem naturam duci, „nihil vi propria agentem, neque in ſeipſam „geſtorum cauſas referentem, proindeque nec „ſapientiæ ſtudio laude, nec malitia reple„tam vituperio dignam eſſe? Quid ergo Apol„loni Euphratem accuſas? quando hic non „electione liberæ voluntatis, ſed fato impul„ſus eſt, ut quæſtuoſus evaſerit? cur magos „convitiis inſectaris, ſi fato trahuntur ad mi„ſerum vivendi genus? neque enim malus ju„re damnandus, ſi perperam agens finem com„plevit, qui ſibi ex fati neceſſitate pendebat? „Age vero, ut te ipſum quoque diſcutiamus: „ſi tibi divinum ingenium erat, cur quæſo ad „præceptorum ludos accedebas, etenim fato„rum dono cuncta ſe tibi facile ingeſſiſſent? „cur precabundus quidquam deos expoſcis, ſi „illo quoque fato inferiores exiſtimas? nam „magis te decuit diis omiſſis uni tantum ne„ceſſitati parciſque rem divinam facere, qua „ratione dii abs te penitus tollentur. Dei „providentia omnia complectitur, legibusque di„vinis machina totius mundi diſponitur, viſ„que animæ rationalis ac finis hominem ſui „ducem, dominum, judicemque conſtituit, „docentque nos naturæ leges, rerum alias pe„nes nos eſſe, quæ ex electione proveniunt,

„alias

„alias vero non eſſe, quæ impediri & inhiberi „non queant. Deus porro Dominus rerum „omnium recta ratione ſingula tranſigit, hunc „juſta ſemper ultio in malos comitatur, quo„rum culpa ab eorum electione non vero fati „neceſſitate eſt, ſicut etiam Deus omnis cul„pæ immunis eſt.

EUSEBII PAMPHILI
ADVERSUS
MARCELLUM ANCYRÆ EPISCOPUM.
LIBER I.

§. I.
Argumentum.

Marcellus Ancyræ in Galatia Epiſcopus Arianæ perfidiæ hoſtis acerrimus, hæreticos illos ſibi infenſiſſimos ſemper expertus eſt, a quibus in concilio Conſtantinopolitano depoſitus exilio mulctatus fuit, qui Romam ad Julium Papam pergens ab eo abſolutus, deinde in hæreſin Photini incidiſſe dicitur, docentem, Verbum non fuiſſe Perſonam ſubſiſtentem, antequam ex virgine naſceretur, quod an revera Marcellus docuerit, necdum certum eſt, licet eum Euſebius in his ſuis libris contra ipſum circa annum 336 ſcriptis hujus erroris inſimulet & refutet, qui libri cum translatione Montacutii & nonnullis annotationibus Marcello ſemper faventibus, & Euſebio adverſan-

tibus Pariſiis 1618 & deinde 1688 editi fuerunt.

§. II.

ANALYSIS.

Marcellus cur ſcripſerit. 1. Initio hujus libri primi Euſebius probare nititur Marcellum nonniſi ex odio & invidia in ſuos conſacerdotes ad ſuum librum conſcribendum impulſum fuiſſe, ſcilicet Aſterium, Narciſſum, Euſebium, Paulinum omnes fere Arianos cumque durius in Marcellum declamaſſet, ait, nobis hanc gratiam in cognoſcenda Sacroſancta Trinitate ſolus ille ſolis „patefecit in illa noſtra myſtica regeneratione, „cum nec Moyſes, nec quisquam olim Pro„phetarum priori populo hujus extiterit ad„miniſter. Ad Dei quippe Filium ſolum ſpe„ctabat, hanc a Patre ſuo gratiam hominibus „communicare, Deum nempe illum ſupremum „rerum omnium moderatorem ſæculis priori„bus omnibus agnitum, Filii præterea unige„niti Patrem eſſe prædicandum; Spiritus quo„que Sancti vim & efficaciam iis qui digni „ſunt impertitam. Quam ſanctam Trinitatem „Patris, Filii & Spiritus Sancti ad certiſſimam „ſpem ſalutis per regenerationem conſequen„dæ Eccleſia Dei fideliter cuſtodit. Hæc igi„tur ſunt inſignia quædam Chriſtianorum pe„culiaria, quibus Eccleſia Dei ſancta a Judai„ca politia diſcriminatur: nam ut olim Judais„mus per unius ſolius Dei confeſſionem eth„nicum de multis diis errorem ablegabat, ita „quoque Eccleſiæ excellens cognitio de Filio Dei

„Dei longe quiddam præſtantius exhibuit, qua „edocemur, illum ipſum Deum Patrem extare „unigeniti Filii, qui veriſſime Filius ſit, vivus „exiſtat & ſubſiſtens, nam quemadmodum „*Pater vitam in ſeipſo habet, ita quoque in ſeipſo* „*ſo Filius habet vitam;* ut ita Pater vere Pater „exiſtat, & ut Filius ſit reipſa Filius. Quisquis „quis autem Filium nudum eſſe Verbum exiſtimaverit, & illud tantummodo extitiſſe, in„tus dum conſiſteret, quieſcente ſuo Patre, „operatam vero, cum creaturas effigiaret, pe„rinde ac in hominibus ſolet fieri, ubi in quie„ſcentibus otiatur verbum, operatur autem „in loquentibus, is conſpirat cum ſententia „Judæorum, abnegatque eum, qui vere Fi„lius Dei eſt, cum econtra Eccleſia doceat, „Deum ſui Filii unigeniti eſſe Patrem, non au„tem Patrem eſſe Filium, vel Filium eſſe Pa„trem. Hunc eſſe ingenitum, æternum ſine „principio & ſolum Patrem adorandum: Il„lum a Patre ſuo genitum, ſubſiſtentem, ſo„lum Filium & unigenitum, Deum veracem, „utpote cum Dei exiſtat Filius. Siquis ergo „audeat iſtis obnunciare, & Filium ſubſiſten„tem neget, eumque ante annos necdum to„tos quadringentos carnem aſſumpſiſſe, & tunc „primum Dei filium extitiſſe dicat, impius eſt. „Quod autem Chriſtus nudus homo non fue„rit oſtendit Apoſtolus *Gal.* I. *v.* II. Evange„lium ſuum *non eſſe ſecundum hominem* & cap. „4. *miſit Deus Filium ſuum.* Hæc ſunt illa, „quæ breviter ex ipſa ad Galatas epiſtola „proponimus, in qua fidei ſalutaris illa my„ſtica continetur regeneratio in nomine Pa-

„tris & Filii & Spiritus ſancti, quæ præter„quam ſint litteris divinis conſignata, ſunt„etiam confirmata per traditionem Catholicæ
Traditio. „Eccleſiæ, quæ per non ſcriptam traditionem „Sacrarum Scripturarum teſtimonia confirmat. „Jam tempus eſt, ut Marcelli verba in me„dium proferamus; prius tamen lectori ma„nifeſtum faciam non fuiſſe hunc hominem „aſſecutum divinarum litterarum mentem. (*quod an verum ſit non omnes conſentiunt.*)

Marcellus S. Scripturam non bene intelligit. 2. Quod vero Marcellus ſacras litteras non exacte calleat Euſebius conatur probare 1. ex „eo, quia Jeſum Pontificem, cujus ſit mentio „*Zach.* 3. illum voluit intelligi, qui Moſi ſuc„cedebat immediate. 2. Illud ad *Gal.* 4. *v.* 26. „*Jeruſalem quæ ſurſum eſt, libera eſt* &c. *noſtra* „*autem Jeruſalem ſurſum eſt, ipſa enim in ſervi„tute eſt.* 3. *Illud Abi poſt me Satan*, non ad „Apoſtolum ſed ad diabolum vult eſſe dicta. „4. Mentione de Salvatoris reſurrectione inje„cta docere aggreſſus eſt, ante illum incar„natum dictum eſſe a mortuis quemdam ſuſci„tatum. In hoc autem egregie hallucinatur, „ait enim, Eliſæum primum mortuum ſuſci„tuſſe, ignorans, Eliam illo priorem viduæ „filium de mortuis ſuſcitaſſe, 3 *Reg.* 17. 5. Sa„lomonem Prophetam & Proverbia ejus pro„phetiam vocat, ignorans, diverſitatem do„norum eſſe licet idem Spiritus ſit: Salomon „autem donum accepit ſapientiæ, ut ſcriptu„ræ teſtimonio comprobatur.

Marcellus Proverbia ex græcis illuſtrat. 3. „Proverbiorum ſententiam conatur pa„ganorum ſcriptis illuſtrare. Quodſi memor

„fuiſ-

iſſet apoſtolicæ admonitionis, ad hanc tanm projectus vanitatem non fuiſſet, ſuadet item, ut loqui velimus, quæ ſunt nobis mmunicata non in docibilibus humanæ ſaentiæ verbis, ſed in iis, quæ a ſpiritu dori ſolent in ſpiritu & cum ſpiritualibus diernendo. Hæc cum Marcellus ignoraret, itavit Græcorum ſapientes cognitam haiiſſe ſapientiam illam, quam Deus Salomoimpertiverat. Ad quod ille ait, Græcorum collectores Proverbiorum ad eumdem odum ſcripſiſſe, quo Salomon: ſed etiam c a veritate aberravit, Salomon enim ſaentia, qua divinitus eſt impulſus ſuam ſcripram ad utilitatem & ſalutem animarum etati conſecravit, uſus eſt autem ad ingea legentium exercenda tenebricoſis proematibus, ſermonibus tortuoſis, & vocis per ænigmata procedentibus. At vero overbia Græcorum illa ab hiſtoria quadam ducebantur, ut proinde neceſſe ſit, Marcelm non ſolum imperite, ſed contra mentem poſtoli affirmaſſe, ſapientes Græcorum, cum Proverbia Salomonis incidiſſent, ad imitionem Propheticæ ſcripturæ ſe ad ſcrindum applicuiſſe.

4. „Deinceps fidem Marcelli, quam ſit maſana conſideremus, & quam oppoſitam ntentiam tueatur doctrinæ Eccleſiaſticæ, iam una cum ejusdem Antiſtitibus accuſat *ilicet Aſterio, Euſebio Nicomedienſi Paulino tiocheno, Origene omnibus Arianis vel Ariani ſuſpectis*) „Exordium porro ſumam ab *Marcelli fides de S. S. Trinit.*

 „Epi-

„Epiſtola, quam ſcripſit, in qua ait, ſe
„contradicere ſingulis partibus, quæ in
„minus recte fuerant ſancitæ (*cujus epiſtolc*
„*& reliquorum Marcelli ſcriptorum nonniſi*
„*menta ab Euſebio in his libris relata ſuper*
„Ait ergo credere ſe in Deum Patrem c
„potentem, & in Filium ipſius uniger
„Deum D. N. Jeſum Chriſtum, & in Spi
„Sanctum. Quæ dicta libentiſſimo ampl
„animo: Verum quam novitatem de D
„lio introduxerit, modo in apertum pro
„mus.

CONTRA MARCELLUM LIBER I

1. „Tempus jam a nobis exigit, ut Ma
„perfidiam in luce collocemus. I
„pe is palam afferebat, Filium nequa
„vel fuiſſe vel præextitiſſe, priusquam de
„gine naſceretur: tantummodo autem Ve
„illum eſſe dicebat Deo counitum, congeni
„ab æterno coexiſtens, ſicut in homine ve
„aſſolet humanum. At enim qui hoc
„mat, neſcio quo pacto dicat, Verbum
„me ſubſiſtens, aſſumſiſſe carnem, & tunc
„mum Chriſtum extitiſſe Jeſum, Regem,
„ginem Dei, dilectum Filium, glorifica
„primogenitum omnis creaturæ cum no
„ſet prius, & Verbum hoc incepiſſe no
„annis hinc retro quadringentis completi
„ſimul in eamdem non exiſtentiam revo
„dum poſt judicii tempus, Verbo quidem
„demum adunito, ita ut præter Deum
„quidquam exiſtat, carne, quam aſſumpſi
„ſolata a Verbo, ita ut neque Filius De

nis ſubſiſtat, nec Filius hominis, quem aſ-
ſumpſit. Eo autem tandem deſcendit abje-
ctionis, ut Gabrielem non audiat Archan-
gelum Deiparæ perſpicue annuntiantem de
Filio ex ea generando regnaturo in æternum
Luc. 1. Sed nec voces intellexit Danielis di-
centis: *poteſtas illius eſt poteſtas æterna Dan.* 7.
14. Et neque illum Eſaias de ſententia
deduxit, qui de regno Filii Dei interminabili
ſcribit, erit *ex hoc nunc & usque in ſæculum.*
9. Sane Marcellus ſperat ſe vitam æter-
nam conſecuturum, *Pontificem vero magnum*
Jeſum Filium Dei. Hebr. 8. eadem vita pri-
vat, quem neque præexiſtere nec præſubſi-
ſtere audet affirmare, nec cum Sanctis Dei
converſaturum docet, ſecundum promiſſionem
ſuam de regno cælorum: neque contremi-
ſcit, reſurrectionis noſtræ ducem vitæ ſem-
piternæ procuratorem omnibus & cauſam
regno ſuo deturbare, & vita dejectum pri-
vare.

Marcelli ſententia de Filio Dei.

2. „Modo diſpiciendum eſt, quam fovebat
„Marcellus de Filio Dei non exiſtente ſenten-
„tiam nec ſortito ſubſiſtentiam. Ait ergo,
„priusquam deſcenderet, & de virgine naſce-
„retur, Verbum erat ſolummodo æternum &
„ingenitum, unde manifeſtum eſt, quod Ver-
„bum ante noſtri corporis ſuſceptionem, ne-
„quidem imago Dei fuerat inviſibilis, ſed Spi-
„ritus fuit, ſpiritus Deus eſt, ubi Marcellus
„convictus tenetur, exiſtimaſſe ipſum Patrem
„fuiſſe incarnatum.

3. „Ve-

3. „Verum inſuper diſpiciamus qualiter
„ſacra Scriptura contentam de Filio unigen
„Theologiam ad carnem traducit, quam
„ſumpſit, nam nomen Jeſu & Chriſti, & c
„teras quoque appellationes non de Ve
„contendit uſurpari, ſed tantum de carne, qu
„aſſumſit Verbum; quin etiam illa Apoſt
„verba: *Qui eſt imago Dei inviſibilis* &c. n
„erubuit de illa carne interpretari, quæ un
„Verbo non perſiſtit in futuro ſæculo. Q
„& alia plura de carne commentus Servat
„ris, finem tamen illum ei affingit, quem nu
„tempus eſt, ut conſideremus.

Verbi ſubſiſtentia.

4. „Hanc ſcilicet ob cauſam regnatur
„eſt humana carne præditus per Verbum co
„ſtitutus Rex, homo ille olim deceptus,
„omnem ita diaboli poteſtatem vim & imp
„rium evacuabit: oportet enim illum regn
„re, usque dum inimicos ſuos ſtatuat ſub p
„dibus ſuis. Ait igitur divinus Apoſtolus, r
„gni Chriſti finem tunc futurum cum ſub p
„dibus ejus omnia collocabuntur 1 *Cor.* 15.
„28. Hunc igitur finem Marcellus Chriſti c
„ni conſtituit, oblitus eorum, quæ in præc
„dentibus de eadem illa carne ipſe ſcripſer
„In ſequentibus etiam ille ipſe, qui deter
„naverat ſine ſcrupulo, corpus Servatoris f
„turum poſt judicii tempus Verbo ſuo de
„tuendum, metum quemdam & reverenti
„præſefert, & non poſſe ait reſpondere, ſiq
„illum de illa carne interrogaverit, dictum
„vero ſe ad interrogantem quemlibet: noli ſ
„ſcitari de rebus quas non didicimus. Sed i

„j

„jam quivis ei oggerat: Quorſum ergo in re„bus, quas non didiciſti, te per præcipitia agis, „dum in ſcriptis illas decidis, novitatem ſe„queris, dum regnum Chriſti circumſcribis „novitio quodam principio & temporali, quod „fine quoque terminandum eſſe doces. Ab„negas vere Unigenitum Dei, ſubſtituis Ver„bum inſubſtantiale & inſubſiſtens, quod ipſum „nihil aliud pronuntias eſſe, quam unum at„que idemmet cum Deo, quæ quisquis dixe„rit, non injuria dicetur, Filium Dei abnega„re. non eſt enim Filius Verbum, quod non „ſubſiſtit, cum nec Verbum hominis dicatur „filius hominis. Hoc ipſum Verbum de Pa„tre ſuo egreſſum Filium Dei factum narras „per carnis aſſumtionem, & Jeſum Chriſtum „nominatum, imaginem Dei inviſibilis, & pri„mogenitum omnis creaturæ, regem quoque „conſtitutum: quæ omnia a tempore illo de„ſignato incepit ille eſſe, & quæ omnia ſimul „depoſiturus eſt poſt judicii conſummationem. „Hæc autem ubinam didiciſti? quis horum „tibi informator extitit? Epiſcopus quis? Sy„nodi quæ? quod ſcriptum ab homine Eccle„ſiaſtico? Corpus illud Servatoris immortale „quo ſecedet? nam cum conceſſeris, illud eſſe „immortale, & divinum appellaris, neceſſe eſt, „ſupponas incorruptibile & indiſſolvendum. „Quod vero natura ſua tale eſt, manet utique „ſubſiſtens & indiſſolutum. Sed tu Verbum „ab eo tollis, & cum Deo conjungis. Eratne „ergo extra Deum dum carne converſaretur, „an in Deo ſubſiſtens ſempiterno coæternum „exiſtens, unum atque idem prorſus cum

„Deo?

„Deo? quomodo ergo cum corpore fuit, ſi ani„ma expers inhabitavit illud? erit itaque in „ſubſtantia Patris ſeparatum vivens utique & „ſubſiſtens in carne illa, quam aſſumpſit: „Quid ergo prohibet, etiam ante mundi hu„jus conſtitutionem Filium Dei vivum ipſum „confiteri? ſed fortaſſe dixerit, ſola operatio„ne, non ſubſtantiæ hypoſtaſi in corpore exti„tiſſe. Sed cum Verbum in omnibus creatu„ris operetur, æqualem omnes cum Filio Dei „dignitatem participabunt, nec erat aliqua „Servatoris prærogativa, ſi ſola ille operatio„ne verbi, quod cum Deo unitum manebat, „movebatur. Imo vero Marcellus non ad„mittit Dei Filium ad æquales portiones cum „Propheta quovis, illi enim vitam æternam, „& immortalem in promiſſo regno cælorum „victuri ſunt, Chriſtus autem Dei communis „omnium ſervator, mortuorum primogenitus, „ſpes reſurrectionis ſanctorum ſolus tunc de„relinquetur, ablato ſibi regno, carne vivifica „nuda & irrationali derelicta. Quocirca non „immerito hæc tam horrenda Regem illum, „vere Religioſum (*Conſtantinum*) adverſus Mar„cellum concitaverunt: hæc in illum commo„verunt ſacroſanctam illam Synodum (*Conſtantinopolitanam an.* 336. *vid. Summam Conc. Carranz. nov. edit.*)

EUSE-

EUSEBII PAMPHILII
DE
THEOLOGIA ECCLESIASTICA CONTRA MARCELLUM.

LIBER I.

1. Erroribus Marcelli Ancyrani in prioribus libris detectis dogmata illa Euſebius refellit tribus ſequentibus libris de Theologia Eccleſiaſtica inſcriptis & Flacillo Antiocheno Epiſcopo dedicatis: in quorum primo proponit Eccleſiæ fidem rejiciendo errores hæreticorum, & Marcellum errare cum Sabellio; quem proinde triginta argumentis ex S. Scriptura petitis refutat. Et inprimis notat Marcellum „de ſententia Sabelliana Deum compellare Filio-Patrem quia talibus utitur verbis, quæ hypoſtaſin Filii directe tollant, cumque verbum doceat unum eſſe atque idem prorſus cum Deo, illud nempe verbum incarnatum natum de Virgine ipſum eſſe Deum aſſeverat. Quod olim aliquando a Sabellio prolatum ab Eccleſia fuit rejectum ipſiusque author cum hæreticis impiis annumeratus. *Marcellus Sabelii errorem docet.*

2. „At qui in illum, qui advenit, credere deſiderant, hæc tria manifeſte confitebuntur. Natum de ſemine Davidis, ipſaque adeo ſanctiſſima Virgine: Filium quoque Dei eum inhabitantem, qui prius extabat, & ſubſtantialiter conſiſtebat: nec non iſtius Patrem „Deum, *Fides Eccleſiæ de Patre & Filio divino.*

„Deum, a quo miſſus advenit ille. Nobis igi-
„tur unus Deus eſt, *a quo ſunt omnia:* Et
„unus Dominus Jeſus Chriſtus, *per quem ſunt*
„*omnia,* qui Dei filius unigenitus præexiſte-
„bat: Et tertius ſecundum carnem filius ho-
„minis, quem hominem noſtra cauſa ſuſcepit
„Filius Dei. Sed nec corpus, quod aſſumpſit,
„erat idem cum Filio Dei, qui aſſumpſit, ne-
„que ipſe Dei Filius unus idemque debet exi-
„ſtimari cum genitore ſuo. Eccleſia igi-
„tur via regia incedens docet credere in
„unum Deum Patrem omnipotentem, perfe-
„ctam hanc præſeferens credendam Theolo-
„giæ rationem; qua Deus unus eſſe traditur,
„& Paganorum de diis multis errores refellun-
„tur: Qua agnoſcitur idem Deus Pater: per
„quam confeſſionem ſuam diſcernitur Eccleſia
„a Judæis. Qua agnoſcitur idem omnipotens
„eſſe, atheorum & hæreticorum impietatem
„deteſtando. Ab iſtorum omnium erroribus
„Eccleſia ſe mundans, unum Deum prædicat,
„& eundem docet eſſe Patrem & omnipoten-
„tem, Patrem quidem unius ſolius Chriſti, om-
„nium autem Dominum, & conditorem &
„Deum. Ad eumdem modum Dei Filium agno-
„ſcit illum, qui ante omnia ſæcula de Patre
„fuit genitus, non eumdem ſub Patre exiſten-
„tem, ſed per ſe ſubſiſtentem, viventemque
„vere Filium cum Patre coexiſtentem, Deum
„de Deo, lumen de lumine, vitam de vita,
„inperſcrutabilibus rationibus de Patre geni-
„tum. Erat enim Deo conveniens unigeni-
„tum hoc genimen producere ante omnia quæ
„producenda erant tamquam lucis radium, vi-

„tæ

tæ fontem, bonorum theſaurum, in quo omnes ſapientiæ theſauri abſconditi.

3. Atque ideo reprehendi debent ii, qui auſi ſunt Filium creaturam nominare ipſumque ex non ente progeneratum, nam qui quæſo ita eſſe poteſt Filius? qui Dei unigenitus Filius, ſi eamdem cum reliquis creaturis naturam ſortiatur? Enimvero longe aliter de eo divina oracula prædicarunt, quæ omnia per illum facta fuiſſe teſtificantur, & cum Apoſtolus de ipſius divinitate tractationem inſtituit, a rerum omnium univerſitate eum ſeparat, Dominum vero, conditorem atque Deum & Servatorem agnoſcit univerſorum, Dei Unigenitum, Sapientiam, Verbum, Vitam, lucem &c. ipſum appellat ſolum. Hinc factum eſt, ut magna voce Pater illi dederit teſtimonium: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihimet complacui.* Quisquis igitur poſt ,,hæc teſtimonia ex non ente productam crea- ,,turam affirmaverit iſtum Filium, nomen ei ,,nudum tantum largiri deprehenditur, revera ,,autem Filium eſſe pernegare, nam qui de non ,,exiſtentibus generatus eſt, is Dei Filius eſſe ,,nequit, non magis, quam quidvis aliud crea- ,,tum. *Æternitas & divinitas Filii.*

4. ,,Qui autem ſecundum veritatem Dei ,,Filius eſt, etiam Deus eſt, de Deo ſiquidem ,,quid aliud gigni poſſit, quam quod ipſi per ,,omnia ſit ſimillimum: gignere filium non ,,condere dicitur. Quare Eccleſia Filium Dei ,,prædicat Deum veriſſime non communi qua- *Filii divinitas.*

„dam cum multis ratione, qui denominantur
„Filii atque Dei, utpote de quibus dicitur:
„*Ego dixi : dii eſtis, & filii omnes Altiſſimi* : ſed
„prout par erat, illum ſolum dici, qui de illo
„procreabatur Patre, qui in forma Dei exiſte-
„bat, & imago fuerat inviſibilis Dei, primoge-
„nitus univerſæ creaturæ. Quodſi quis cu-
„rioſius hic ſategerit, & quomodo ſit ille Deus
„roget, quomodo erit Pater, qui ſuper omnia
„eſt: audacem hujus hominis interrogationem
„compeſcet is, qui ait: *profundiora te ne quæ-*
„*ſiveris*: Sane creationis rerum ex non extan-
„tibus ratio captum humanum tranſcendit;
„ita etiam multo magis Unigeniti ejus Filii
„generatio, incomprehenſibilis non nobis ſo-
„lummodo, ſed & virtutibus iis eſt, qui nos
„longo ſuperant intervallo.

Hæretici eam negantes.

5. „Jure igitur optimo Eccleſia Sabellium
„a ſe abjectum ablegavit, qui Filii Dei con-
„ſignavit abnegationem, utcunque unum
„Deum ille confiteretur: ſed & Servatoris no-
„ſtri primi præcones Ebionæos, hoc eſt men-
„dicos nominarunt illos, qui Filii Dei divini-
„tatem non fatebantur. Sed & Paulum de
„Samoſata alienum ab Eccleſia pronuntiarunt
„Patres Eccleſiaſtici propterea quod non cre-
„deret Chriſtum fuiſſe Filium Dei, & Deum
„ante ſuam incarnationem. Sabellius inſuper,
„velut impius in ipſum Patrem, quem Filium
„appellare auſus fuerat, eamdem pænam cum
„hæreticis ſubivit. Marcellus vero veritus,
„ne pari cum illo pæna mulctaretur, hæreſi
„ſuæ machinam ſufflaminandæ novam adin-
„venit,

‚venit, Deum atque Verbum in Deo unum ‚quidem determinando, ſed eidem geminam ‚nomenclaturam Patris atque Filii adaptan‚do: ſed nec ita latuit, nec ſero ſua ipſius re‚tia effugere potuit. At enimvero priusquam ‚deprehenderetur, ut omnem a ſe ſuſpicionem ‚amoliretur, ad Sabellium prorupit convitian‚dum.

6. „Sed Marcellus lingua tantum ſe pur‚gavit, nam quantum ad animi ſui ſententiam ‚iisdem quibus ille telis confixus eſſe depre‚henditur. Inprimis enim ſtatuit, nec Sa‚bellium nec Judæos agnoviſſe Deum, eo ‚quod Verbum ignorabant. Sed Filium Dei ‚unigenitum, ſubſiſtentem neque ipſe Marcel‚lus agnovit, ſcribens Chriſtum nullibi ſe Fi‚lium Dei nominare, ubique autem Filium ‚hominis, ut per hanc confeſſionem notum fa‚ceret, eum qui revera erat Filius hominis pro‚pter communionem illam Filium Dei conſti‚tutum. Vides autem, quomodo non audet, ‚ſe Filium Dei profiteri, ne a dogmate exci‚dat Sabelliano, Filium vero hominis propter ‚carnem illam, quam aſſumſit, nominet: Ver‚bum autem in ſuo ſcripto frequentius com‚pellat, ut indicaret illud, niſi Verbum, nihil ‚prorſus extitiſſe; unde etiam ſæpe in Scriptu‚ra nomen *Filii* per *Verbum* explicat. Sabel‚lium certe damnat abnegantem Filium, & ‚tamen ſe conformem eidem præſtat, quia ‚unum atque idem profitetur Deum atque ipſius ‚Dei Verbum, manifeſte Filii hypoſtaſin ‚negat, & Filium ante aſſumptam carnem *Marcelli Sabellianiſmus.*

 „nihil

„nihil aliud extitiſſe aſſerit, quam Verbun
„mano verbo conſimillimum.

Filii Dei æternitas & verbi hypoſtaſis.

7. „De quibus quidem, ſi in præſen
„ſpiciam, non abſurde facturos arbitramu
„ignari intelligant, nullam plane ſcripti
„illius favere opinioni, qui a recta fide
„ravit. Atque illud inter alia in quæſtic
„vocemus, quod affirmare auſus eſt, Fi
„Dei nullo alio nomine, niſi Verbi appell
„ne notum eſſe, priusquam de Virgine n
„retur, idque ob eam cauſam, quod ante
„ſentiam Incarnationis nihil aliud quam
„bum erat, neque alio ullo nomine niſi
„phetice vocaretur: at poſtquam carne
„pta advenit, diverſis quidem titulis uſ
„batur. Sed hoc ab eo per ſummam Scr
„rarum ignorantiam dictum demonſtrandu
„Et 1 Joannes ait: Deus erat Verbum:
„vero ait: divinum erat Verbum, nequis
„naretur ſimilem humano verbo extitiſſe
„*Lucem* illum vocat, & præextitiſſe, quia r
„dus per ipſum factus eſt. 3. *Unigenitu*
„lum appellat priusquam incarnaretur,
„*caro deinde factus eſt*, et 4. cujus *gloria*
„*dimus, quam habuit ante conſtitutionem n*
„Joan. 17. Item 5. *Unigenitus filius, qui*
„*in ſinu Patris ipſe enarravit* ſcilicet Uniger
„Filius factus viſibilis alius a Patre & præ
„ſtens non in mente Patris, ſed in ſinu
„non unus idemque cum ſuo Patre. 6. J
„3. dicitur *Deus miſiſſe Filium ſuum:* Sed
„mittebatur, alius a mittente erat. Iten
„citur *de cælo veniſſe*, 7. Joan. 6. dicitur:

„ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi ... Ego „vivo per Patrem &c. & hæc habebat prius-„quam de cælo deſcenderet. 8. Et Joan. 8. „v. 29. ait: qui me miſit, mecum eſt ... quo-„niam ego ubique, quæ ſunt ipſi complacentia fa-„cio. Nota ubique & ſemper, Ergo etiam an-„te aſſumptam carnem, & quidem vivens & „ſubſiſtens Unigenitus Filius Dei. 9. Apoſto-„lus dicit: Unus Deus Pater, e quo ſunt omnia, „ubi Patrem a Filio diſtinguit etiam ante car-„nem. 10. Idem Apoſtolus Philipp. 3. v. 5. „ait: Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam „arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetip-„ſum exinanivit formam ſervi accipiens, & figura „inventus ut homo. Vides quod priusquam exi-„nanivit ſemetipſum, & aſſumpſit formam ſer-„vi, erat, ante erat, & in forma Dei ſubſiſte-„bat. Quis autem ille? non alius certe, quam „Jeſus Chriſtus, uti ipſe Apoſtolus exponit. „11. Sed eumdem idem Apoſtolus mediatorem „Dei atque hominum appellat Gal. 3. v. 19. le-„gem Moſis in illius manu datam pronun-„tians: mediator autem unius non eſt, ſed Deus „unus eſt. Audis ut Deum appellans, & an-„gelos nominans intermedium introducit me-„diatorem ubi ait: ſed mediator unius non eſt. „Erat ideo ante incarnationem ſuam per æta-„tem Moyſis mediatoris functus officio in fe-„rendo legem 12. Sed & Pontificem vocat eum-„dem idem Apoſtolus. Hebr. 1. v. 2. Inſu-„per 13. Splendorem gloriæ, & characterem Dei „&c. Hebr. 10. v. 21. Item Filium per quem „fecit & ſæcula. 14. Item vocat eum imagi-„nem Dei inviſibilis 2 Cor. 3. v. 18. & 15. Ima-

„*ginem Dei*, quæ omnia de Filii divinitate, & non „de ejus carne dicuntur. Et hæc quidem pau„ca de innumeris e novo teſtamento adducta „ſint.

Probatur ex veteri Teſtam.

8. „Sed & olim exiſtentes Prophetæ Dei „eumdem diverſis Theologicis nominibus ho„norarunt. 16. Sic Iſaias cap. 11. eum Spiri„tum Dei vocat: *requieſcet ſuper illum ſpiritus* „*Domini* &c. ubi perſpicue manifeſtavit, eum „qui de ſemine David fuerat ſecundum car„nem, & inhabitans etiam in illo Dei Ver„bum. 17. Alius etiam Propheta *Pſ.* 35. *v.* 10. „vitam eum vocat & lucem: *Apud te eſt fons* „*vitæ* &c. ſcilicet eum qui dixit: *Ego ſum lux* „*mundi*. Et: *ego ſum via, veritas, & vita*. 18. „Veritatem inſuper; eum cum vocaret Zoro„babel, victoriæ lauream tulit dicens coram „Rege Perſarum: *Veritas manet, & prævalet* „*in æternum: & exſuperat in ſæcula ſæculorum.* „Qui enim vivere veritatem dixit & vincere, „evidentiſſime oſtendit exiſtentiam ejus: & con„ſequenter ſe Servator ipſam appellat verita„tem, & obſignat teſtimonium Zorobabelis. „19. Fluvium appellat eum is, qui dixit: *flu*„*minis impetus lætificat civitatem Dei.* Montem „nominavit inſuper, qui dixit: *montem cui be*„*nedixit Deus, ut in illo habitaret.* 20. Unde „apud Danielem de monte legitur: *exciſus la*„*pis ſine manibus.* Idem demum in excelſum „montem ubi receſſerat, videbatur. Per mon„tem intelligitur divinitas præexiſtens, per la„pidem vero humana natura. 21. Sed & il„lum juſtitiam appellarunt, ut is, qui dixit:

„ex-

„*exſuſcita juſtitiam ab oriente.* Et ille: *exorie-*
„*tur ſol juſtitiæ.* Hæc non competunt, viſibili
„huic ſoli, ſed alteri, nempe Verbo incarna-
„to. 22. Sapientia quin etiam dicitur a Sa-
„lomone: *Sapientia ſibi domum ædificavit* &c.
„quodque ante mundum erat iſta, vivens Sa-
„pientia & ſubſiſtens, docet idem: *Ego ſa-*
„*pientia habitavi conſilium.* Sed & lignum vitæ
„illum Salomon & Dominum appellavit: *Li-*
„*gnum vitæ eſt omnibus* &c. *Prov.* 1. *v.* 18. Sed
„& David *Dominum* ſimul vocat & *Sacerdotem*
„*Pſ.* 109. Item Deum hunc agnoſcit Pſ. 44.
„*Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi.* Eſaias eum
„brachium Domini appellat: *revelabit Dominus*
„*brachium ſanctum ſuum.* Porro hiſce omnibus
„appellationibus Verbum nominabatur cum
„exiſteret & præexiſteret ante carnem ſum-
„ptam. Neque dicat Marcellus, Judæos Ver-
„bum in Deo abſconditum non cognoviſſe. Sed
„diſcat oportet, quod Judæorum quilibet, qui
„Chriſtum Dei non agnoſcit, Verbum tamen
„habere Deum confitebitur, utpote ſapientem,
„rationalem, potentem, juſtum, bonum. Verum
„quod Judæis abſconditum erat, & nunc in
„ſanctis manifeſtatum Chriſtus Filius Dei fuit,
„quem myſticum in modum diverſis appella-
„tionibus Prophetæ glorificaverunt, id, quod
„erat inenarrabile abſcondentes. Cum vero
„poſt tot e ſacris Scripturis teſtimonia conten-
„dat Marcellus nihilominus, illud: *In princi-*
„*pio erat Verbum*, nihil aliud indicare, quam
„eum, priusquam aſſumebat carnem, nihil
„aliud, quam Verbum extitiſſe, neque ullo
„præter illud nomine appellatum, tum vero

„primum per varias indicatum nomenclatu-
„ras, quando Verbum caro factum fuerat, cum
„prius præter Verbum plane nihil extitiſſet,
„certe prorſus hic indoctus deprehenditur, &
„in Scripturis ſacris intelligendis plane infans.

DE THEOLOGIA ECCLESIASTICA LIBER II.

Marcellus Sabellii hæreſin renovat & judaizat.

1. „Age dum nunc intueamur, quomodo ido-
„lum Sabellii Marcellus reſtauraverit.
„Auſus eſt dicere Patrem Domini noſtri Jeſu
„Chriſti Deum de ſancta Virgine genitum, ip-
„ſum quoque paſſum, Sabellii errorem reno-
„vans. Tollit etiam Filii hypoſtaſin, dum an-
„te rerum omnium productionem nihil pror-
„ſus extitiſſe præter Deum docet. Ubi ſe Ju-
„dæum præſtat, pernegans Dei filium Unige-
„nitum, per quem omnia condidit, ſiquidem
„præter Deum nihil erat amplius, priuſquam
„mundus producebatur, quia filius Dei non
„erat. At Chriſti Eccleſia profitetur: *Nobis*
„*unus Deus eſt, Pater, e quo ſunt omnia, & unus*
„*Dominus Jeſus Chriſtus, per quem ſunt omnia*,
„per quæ verba agnoſcit illum ante omnia,
„adeo, ut qui tuetur, ante mundum nihil
„omnino aliud fuiſſe præter Deum, mentia-
„tur, una etenim cum illo ſolo Deo & unige-
„nitus ipſius Filius erat ante mundi produ-
„ctionem, & cum Patre converſabatur.

Idem Verbum cum Patre ſtatuit.

2. „Sed videtur Marcellus eum, qui in
„Deo λογον eundem eſſe & Filium arbitrari,
„ut ipſe ſit ſui ipſius Pater, & econverſo ſui
„ipſius

lius Filius, hinc autem profectus ingenitum e Verbum pronuntiat. Quodſi igitur ita una erat atque idem Deus (*Pater*) cum erbo, quod in ipſo erat, tunc qui genitus ex ſanctiſſima Virgine carnem indutus, & i paſſus & mortuus eſt pro nobis, erat ipſuper univerſa Deus, quod cum Sabellius ntiret, illum inter atheos & blaſphemos poſuit Eccleſia Dei. Sane ſi Marcellus dit, Verbum eſſe incarnatum, & quod una hypoſtaſis Dei & Verbi, quemnam dicetis Patrem eſſe? quem vero Filium, cum ſuppoſitum idem? Ita unum illum atque ndem cum introducat Marcellus Filio Patem, Sabellium renovavit.

3. At Dei Eccleſia fatetur unum ingenitum ſine principio Deum, & de ipſo genitum igenitum Filium accurate cognitum extiſe, vivere, & ſubſtitiſſe agnoſcit Servaton. Sed illud, quod ponitur a Marcello, madem operatione dilatari tantum in corribus, non vero in incorporea ſubſtantia num habet. Enimvero vereris, ne ſi duas earis hypoſtaſes, duo principia ſubintrocas, & a Deitatis excidas monarchia. Sed oe, quod qui duas in Deo hypoſtaſes eſſe tuit, non cogitur tueri duos Patres, neque ios duos, ſed unum ex his Patrem, alten vero concedet eſſe Filium, adeoque neſe non eſt, eum duos Deos fateri, qui duas miſerit hypoſtaſes, nam unam ex illis innitam ait alteram vero genitum & Patrem ipſius principium poſſidentem. Quocirca ius Deus apud Eccleſiam prædicatur. *Dei unitas in perſonis Patris & Filii.*

Marcellus Filium Dei negans refutatur.

4. „Verum Marcellus non vult, Fil
„de Patre revera natum velut vivum &
„ſiſtentem, ſed de Deo egreſſum illum
„aliter ait, quam cujusvis imperativa au
„dicativa vox de ipſo exit: cum enim
„dum eſſet mundus hic, Verbum erat in
„tre ſuo, at quando complacuit Deo cre
„omnia, procedens Verbum, quod prius in
„lectuali modo intus agebat, comparavit
„ut mundi fieret conditor, unde non appel
„ſe Dei Filium, ſed ubique Filium hominis,
„qui erat homo per communionem cum V
„bo, Filium Dei eſſe diſponeret, & conſu
„mato hoc ſuo opere iterum ipſe velut V
„bum aduniretur Deo. Verum quid ergo de te
„pore ſentire debemus, cum extra Deum
„ſet λογος? quomodo egrediebatur? (
„ſtatus Dei fuerat interea, dum λογος in ſei
„proprium non haberet? ſi enim poſt mu
„conſummationem in Deo erit λογος,
„prius fuerat, quomodo erit λογος a Deo eg
„ſus? ſi enim per ſe ſubſiſtens a Deo erat al
„tum fruſtaneus eſt omnis Marcelli lab
„quodſi extra Deum egreſſus λογος ut noſtr
„prolatitium verbum extra Deum perma
„bat, inſeparatus certe ſemper etiam tum c
„operaretur, erat intus in Deo, quodſi ſic,
„de fit, ut in die judicii comperendinetur.
„nec λογος, qui de Deo proceſſit, qualis
„prius, extabit talis, & Deus ſui ipſius d
„milis futurus eſt, utpote qui olim λογον ſu
„in ſe habebat, & in fine mundi reſumptu
„& futurus qualis olim prius fuerat, inte
„temporis diſſimiliter ſe habiturus: ſed
„λ

γος extra Deum poſitus, non futurus eſt in, ui fuerat ante mundi conſummationem. Et uid hiſce magis impium poterit eſſe, omnio enim, *erat*, *erit*, *aliquando*, *iterum*, aliena unt ab illa ſubſtantia, quæ eſt ſine tempo-, et ſine mutatione, de quo ſolum eſſe ogitandum eſt, & eſſe quidem immutabili-r. Et certe cum poſt judicii tempus tanis numerus eorum futurus ſit, qui victuri int vitam immortalem, quid cauſæ ſubeſſe oterit, cur non & tunc Dei Verbum operer, ſed in Deo ſicut prius conticeſcat.

5. „Sed S. Joannes, ait Marcellus eum ſommodo Verbum appellat. Verum idem S. vangeliſta illum etiam Deum, Lucem, Fiim, Unigenitum &c. appellat, uti ex jam enſis apparet. Et quidem Lucem ubi ila Marcellus nominatum audit, non aberad corporalem lucem, neque ſimilem iln affirmat ſolari lumini, at Verbum ubi erit, ſignificativum eum imaginatur, ac mano verbo ſimile. Quare Evangelica de rbo doctrina hic explicanda eſt. Vox hæc γος ſignificat primo id, quod diſponitur in ima rationali, unde contingit ratiocinari. t & λογος ſecundo, quod ſignificat aliquid r linguam & vocem articulatam: tertio, od ſcribendo ſcriptor diſpoſuit: ſolemus & γον appellare ſeminalem & naſcentem faltatem; Item pro intellectiva artis alicujus t ſcientiæ facultate, quodque omnium theomatum comprehenſivum eſt. Cum ergo γος ita diverſimode intelligatur, & ab Evan„geli-

Evangelica doctrina de Verbo.

„geliſta indefinite dictum ſit: *In principio*
„*Verbum* &c. animadvertendus eſt hic uſus
„vus & peregrinus, quem præter dictos Ev
„geliſta tradidit, adjiciens peregrinum il
„vocis ſenſum ad virtutem propriam ejus a
„ptatam in eo, quod addit: *Et Deus erat*
„γος: quaſi diceret: noli exiſtimare, hoc
„ter dictas ſignificationes eſſe: hi enim om
„λογοι cum ſint ad aliquid, in alia & dive
„præexiſtente ſubſtantia intelliguntur, at D
„λογος non altero indiget præexiſtente, u
„ipſo ſit & ſubſiſtat, ſed per ſe vivens eſt
„ſubſiſtens, velut qui Deus ſit, non tamen
„genitus ſicut Pater. Diſce autem, quod
„in principio erat iſte Deus λογος. Quodnam
„ro ipſius intendat principium manifeſtat
„ſequentibus, non inquiens, & Verbum e
„ille Deus cum adjectione articuli, ut ne
„lum eſſe, qui eſt ſuper omnia (*Patrem*)
„finiret; verum nec dixit: *in Deo*, ne ad h
„manam eum dejiciat ſimilitudinem, ſed *V*
„*bum*, ait, *erat apud Deum*: nam ſi protuliſſ
„& Verbum illud erat in Deo velut accide
„in ſubjecto, aut tamquam aliud in alio, co
„poſitum Deum ſubſtituiſſet, ſubſternens ill
„velut ſubſtantiam ſine λογῳ, & λογον ſu
„ſtantiæ velut accidens: in qua opinione c
„Marcellus eſſet, Patrem & Filium in id
„cogit, ſubſtantiam appellans Patrem, Fili
„vero in ipſo exiſtentem accidens: unde a
„mittit Deum αλογον utpote qui λογον in
„tamquam accidens habeat, non autem ſit i
„λογος, cum omnino dicendum ſit αυτολογ
„αυτοσοφιαν &c. eſſe ipſum Deum; hujus a
„te

„tem Filium unigenitum ex ipſo ortum om„nino & per omnia, quam ſimillimum geni„tori, non tamen ipſum genitorem, alias enim „illud: *verbum erat apud Deum*, æquivaleret „huic: *Et Deus erat apud Deum*, quod eſt ab „omni ratione alienum. Item quonam pacto „locum poterit habere illud: *omnia per ipſum* „*facta ſunt*, cum unicum ſit ſuppoſitum, & „Scriptura doceat, non ab illo, nedum ex illo, „ſed per illum omnia fuiſſe facta. Quando„quidem vero congruebat intelligere, qualem „tunc obtinebat dignitatem, neceſſario adjun„xit illud: *Et Deus erat Verbum.* Quocirca „& Verbum erat Deus, Deus factor & condi„tor omnium.

6. „At novitius ille ſcriptor Marcellus hæc „non intellexit, ſed Filium Dei abnegavit, & „eum Verbum nunc immanens nunc emanans „ſtatuit. Nam S. Scriptura unum ſolum Deum „nominat, & in veteri Teſtamento non occur„rit aliqua Filii Dei mentio. At non recor„datur Marcellus propter Judæorum cordis „duritiam hanc unius ſolius Dei doctrinam ſed „hanc ipſis doctrinam de S. S. Trinitate non „eſſe repræſentatam, non enim poterat Spiri„tus ille ſanctus hominibus adeo imperfectis „per Prophetas ſuos, ſuis numeris abſolutam „tradere pietatis in Deum rationem neque illi „poterant tam frequenter abducti ab errore de „deorum multitudine Evangelicam illam gra„tiam accipere. Quocirca nec de conditis an„gelis Moyſes in creatione rerum mentionem „fecit. Quid ergo refert, quod non conceſ„ſum

Cur myſter. S. S. Trinit. in V. T. non clare revelatum?

„ſum fuerit, Judæorum populo iſta percipe
„ſed in tempus opportunum reſervarentur Cl
„ſti Eccleſiæ patefacienda. Quocirca ut l
„lytheiam eliminaret, unum Deum prædi
„bat, non tamen negavit, eumdem eſſe l
„trem: & illud: *Ego ſum, qui ſum* tam
„Patre quam de Filio veriſſime dicitur, q
„uterque Deus eſt.

Filius Dei Patriarchis apparuit.

7. Imo Filius Dei is fuerat, qui cum M
„ſe & Abrahamo loquebatur, affirmat enim
„illis apparuiſſe, qua autem figura niſi hur
„na apparuit? quis autem ille eſſet, niſi
„lius Dei, ut in Evangelio ipſe docet Juda
„alloquens: *Abraham pater veſter exultavit,*
„*videret diem meum, vidit autem & gaviſus*
„. . . *Priuſquam Abraham eſſet, ego ſum:*
„ſuam liquidiſſimo præexiſtentiam docet. l
„ter ergo in Prophetis per Filium Deus p
„dicatur, nec tamen icirco duos deos Eccle
„prædicat, uti jam oſtenſum eſt. Novin
„etiam Dei Filium propriiſſime eſſe Filium
„re unigenitum Dei: Verbum quoque eumd
„eſſe probe novimus, ſed non ſimile humi
„cuicunque Verbo, at Verbum Dei vivum
„ſubſiſtens tamquam qui ſit Filius. Denic
„Marcellus ſibi ipſi contradictoria ſcribit: i
„cubi ſiquidem aſſeveranter ſtatuit, null
„penitus de antiquo illo populo quidquam
„verbo cognoviſſe: Deinde ſcripturas Prop
„tarum prædicat, quæ ſunt de Verbo: e
„non erat populo illi priori ignoratum hoc n
„ſterium, univerſi enim noverant Prophetar
„illa oracula.

DE THEOLOGIA ECCLESIASTICA
LIBER III.

Reliquum jam eſt, ut percurramus Scri-,,pturas, quas perverſa interpretatione Marcellus corrupit. Et quidem illud Prov. 8. v. 12. *Ego ſapientia habito in conſilio &c.* exiſtimat intelligi de habitu in Deo ſapiente, ſecundum quem Deus ſapiens dicitur. Sed audiatis ſcripturam dicentem: *dixi ſapientiam ſororem tuam* Prov. 7. v. 9. Quis vero adeo velit inſanire, ut Deum exiſtimet, qui eſt ſuper omnia, & ſuam ſapientiam ſororem dicat nominatim, habitum eorum, qui inter homines recta operantur. Quodſi de Chriſto accipiat quis illud dictum, qui etiam eſt Dei Sapientia, nihil impedit hanc intelligentiam, quandoquidem ob immenſum ſuum in genus humanum amorem non recuſavit hanc fraternitatem. His ad hunc modum comparatis ad propoſita conſequens eſt hoc: *Dominus condidit me principium viarum ſuarum ad opera ejus;* e perſona ejus uſurpari. Quodſi dicat, conditum illum fuiſſe, non ita dixit, quaſi vellet intelligi, eum de non ente ad eſſe proceſſiſſe, ſed quod ſubſiſtens & vivens, præexiſtens & præſubſiſtens ante omnem mundi conditionem erat, quodque a Domino ſuo Patre conſtitutus eſt omnium dominator, poſito illo *condidit* pro *conſtituit*, vel *ordinavit*, vel juxta alios interpretes *poſſedit*.

Sapientia Dei Filius.

2. ,,Male igitur Marcellus dicta illa: *Dominus condidit me* &c. ad carnem Servatoris ,,cogi-

Filius Dei ante Incarnationem.

„cogitationem ſuam dejicit dicens: vere en
„condidit, qui non ens creavit, nam carn
„non exiſtentem noſtram ſuſcepit Verbum,
„cum ſuſciperet, principium viarum ſuar
„fecit. Sed non intelligit, quod unica per
„na ſit, quæ dixit: Ego ſapientia conſilii
„conſtitui, & Dominus condidit me, de q
„ſapientia in ſequentibus dicitur, quod
principium viarum Domini ad opera ſua, a
ſæcula fundata & reliqua quæ Euſebius hic
ſe explicat, & carni Salvatoris convenire n
poſſunt.

Spiritus S. alius a Patre & Filio.

3. Opponit Marcellus ulterius „Impoſſib
„eſt, tres quæ ſunt hypoſtaſes unitati aduni
„Verum cum Filius de Patre ſuo progreſſ
„dicitur, & ſimiliter ſanctus Spiritus, clare p
„tet, alium eſſe Filium a Patre, & Spiritu
„Sanctum a Patre & Filio, licet quoad ſu
„ſtantiam hi tres unum ſiut. Certe quod ali
„ſit a Filio Spiritus Sanctus expreſſe docet Sa
„vator noſter dicens: *alium paraclitum da*
„*vobis Joan.* 14. *v.* 16. ſqq. Quodſi oppon
„tur, dictum eſſe interdum Patrem miſſur
„eſſe Sanctum Spiritum, interdum vero ipſu
„met Filium, non ipſe ſibi hic contraria d
„cet, omnia enim, quæ viderit Patrem faci
„tem, eadem ſimiliter & Filius facit. Atq
„hunc ipſum Spiritum Sanctum majorem tra
„ſcendentemque docet eſſet ſupra omnem i
„tellectualem & rationalem ſubſtantiam, u
„in unionem ſacroſanctæ & beatiſſimæ Tri
„tatis aſſumitur. Et cum ſit diverſus (*id*
„*diſtinctus*) a Patre & Filio Spiritus Sanct
„id

idioma ipſius indicat Servator vocans eum Paracletum, cum enim & Angelicæ poteſtates ſpiritus ſint, nullus tamen illorum ſpiritui Paracleto adæquandus eſt, unde ille ſolus Spiritus Sanctiſſima Trinitate comprehenditur, neque aliter Servator cum myſterium regenerationis in ipſo Apoſtolis mandaret gentibus crediturus annuntiandum tradidit, quam „ut baptizarent in nomine Patris & Filii & „Spiritus Sancti. Sanctus ergo Spiritus ſan„ctos ſolos inhabitans per Filium impertitur „iis, quos Pater approbaverit. Opus ejus pro„prium eſt ſanctificare omnes, quibus ſingulis „unum aliquod, vel plura interdum ſua cha„rismata elargitur.

Nota. Euſebius poſt hæc ſubjicit, Filium Spiritum ſanctum ſicuti reliqua viſibilia & inviſibilia produxiſſe: ait item quod Spiritus ſanctus non ſit Deus, quia non de Patre geneſin accepit, & unus ex eorum cenſu eſt, qui per Filium condebantur. Quæ omnia ſunt contra fidem Catholicam.

4. „Præterea Marcellus ad carnem dejectus ipſam affirmat imaginem inviſibilis eſſe Dei, cum tamen, quod non obſervat, forma maſculina, *qui*, & non *quæ* eſt imago efferatur: Illud quoque: *Ipſe eſt ante omnia*, de car„ne dictum ait, neque puduit eum dicere, *ipſe*, „de carne. Sed & propter carnem univerſæ „creaturæ primogenitum vocatum ait, nec re„fugit dicere, thronos, dominationes, princi„patus, poteſtates per & propter carnem Ser„vatoris creationem ſuam in Chriſto conſecu- *Caro non eſt imago inviſibilis.*

„tos. Quæ interpretatio quam ſit impudens, „cuique ſatis innoteſcit.

Caro Chriſti verbo non deſtituetur.

5. Nihilominus qui de carne Servatoris egit „tam multis, illam nobis non conſervat ſartam „tectam, ſed relinquendam tandem nudam, va„cuam & Verbo ſuo deſtitutam affirmat in „fine ſæculi. Id quod de non intellectis Scri„pturarum lectionibus ſtabilire voluit; nam „cum Servator ad eos, qui non capiebant ſer„monem ſuum de carne ſua & ſanguine di„ceret: *caro non prodeſt quidquam Joan.* 6. ſen„ſum verborum non apprehendens exiſtima„vit, illum hic rejicere carnem, quam aſſump„ſerat de ſancta Virgine, atque exinde confi„cere vult, illud poſt mundi conſummationem „Dei Verbum plane nudatam omni operatio„ne carnem ſuam derelicturum. Verum Ser„vator non loquebatur de carne ea, quam aſ„ſumpſerat, ſed de corpore & ſanguine ſuo „myſtico: cum enim de manducatione carnis „ſuæ loqueretur, & quidam ex diſcipulis ſuis „dicerent: *durus eſt hic ſermo*, eos docere vo„luit, ſpiritaliter intelligenda eſſe, quæ de car„ne & ſanguine audiverant: nolite putare „carnem me dicere, quam circumfero, quaſi „illam vos comedere oporteat, uti probe no„ſtis, ſed verba, quæ vobis locutus ſum, Spi„ritus ſunt & vita, ita ut verba ipſius ſint ca„ro & ſanguis, & ſiquis ea comedat, tamquam „cibo cæleſti paſtus vitam æternam participa„bit. Hæc enim ſenſibiliter audita nihil pro„derunt, ſpiritus autem eſt, qui vivificat ſpi„ritualiter audientes. (*vid. Comp. Theol. tom.* 3. „§. 986.)

6. „Rur-

6. „Rurſus Marcellus cum in Apoſtolorum „actibus dicat Petrus: *quem oportet cælos ca-„pere usque ad tempus reſtaurationis omnium Act.* 3. „Sententiam ejus loci non intelligens Chriſti „regnum circumſcribere conatur, terminum „illius ajens ſignificari, eoquod dicitur: *usque „ad tempus reſtaurationis:* hoc idem per Pſal-„mum 109. indicari docet: *ſede a dextris meis, „donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuo-„rum.* Quod etiam inſinuat Paulus 1 Cor. 15. „v. 25. Verum in his non dicitur, quod po-„ſtea cæli eum non caperent, ſed quod in fine „de paterno ſolio erat ſurrecturus, & ſecundum „de cælo deſcenſum ſuum facturus, de quo „Apoſtolus 1 *Theſſal.* 4. *v.* 16. loquitur. *Regnum Chriſti non ceſſabit.*

7. „Advertendum eſt vero, quomodo di-„cat Apoſtolus 1 *Cor.* 15. *v.* 28. omnia ſubje-„ctum iri Filio, & qualiter per eamdem ſub-„jectionem ſubjiciendum Patri Filium dicat, „*ut Deus ſit omnia in omnibus:* ſcilicet Apo-„ſtolus per illud: *omnia Filio ſubjicientur*, obe-„dientiam non vero unionem indicavit de li-„bera procedentem voluntate, & gloriam & „honorem, quem referebant ei omnia utpote „Servatori & regi omnium: ad eumdem mo-„dum & illum ſubjectum iri Patri ſuo nihil „aliud ſignificat, quam gloriam & honorem & „voluntariam ſubjectionem, quam redditurus „eſt ipſe Deo & Patri, cum univerſos effece-„rit dignos divinitate ſua paterna: usque enim „dum hujus ſunt digni, anticipans ipſe velut „communis quidam omnium Servator regnum „adminiſtrat, quo imperfecti conſummentur, *Chriſto omnia ſubjicientur.*

„& curatione indigentes curentur, ſubjiciens
„ſub pedibus ſuis hoſtes iſtius regni ſui, ſuo
„autem regno dignos in vita interminabili con-
„ſtituturus, & tunc omnium inimicorum mors
„poſtremus ſubjicietur, cum nemo ſit deinceps
„moriturus. Et hoc modo Filio Dei ſancti
„omnes per ſalutarem ſubjectionem ſubjicien-
„tur, quatenus is vita eſt, vitam in eo victu-
„ri immortalem; quatenus ſapientia, ſapien-
„tes futuri, λογος quatenus λογω perficien-
„di, & Chriſtus, quatenus odore ejus bono
„inungendi. Luminaria deſignabuntur novi
„ſæculi, quibus lux ab illo ſuppeditabitur;
„filii Dei futuri de juſtitia ejus, & de ſancti-
„tate illius ſancti; quo modo illi ſubjiciendi
„facultatum ejus cæterarum participes fient,
„hæredes Dei, & cohæredes Chriſti erunt, ſed
„& corpora ſua æternitate prædita ſoli, lunæ
„& Syderibus ſimilia coruſcabunt: & ſi cor-
„pus noſtrum teſte Apoſtolo 2 *Cor*. 5. a vita
„abſorbebitur, quomodo non multo magis
„Chriſti corpus utpote adminiſtraturum deita-
„ti abſorbebitur non a vita ſolum, ut hoc no-
„ſtrum, ſed a deitate? quando & concluſio
„doctrinæ Apoſtolicæ conſequetur finem, quæ
„ait: *ut ſit Deus omnia in omnibus*, nempe illos
„inhabitans, in illis ambulans, nec dedigna-
„tus illorum eſſe Deus, cum in populum ſibi
„omnes appropiaverit: non erit autem ad eum
„modum in ipſis, quemadmodum dicitur in
„Filio eſſe *Joan*. 10. *v*. 38. omnia autem illis
„erit, quod ſe tunc omnibus exhibebit, prout
„uniuſcujusque facultas illius deitatem poteſt
„capere, cum ſpes beatitudinis & vitæ inter-

„mina-

„minabilis in eo fine ſita ſit, quando Deus fu„turus eſt omnia in omnibus: Filius autem „tunc exultans gaudio & veluti victorioſus ath„leta corona eorum redimietur, quos beati„tudine dignos habitos Patre ſuo ſpectante re„gno indeficiente remuneraturus eſt, *regnatu„rus ipſe in æternum, & regni ejus non erit finis. „Luc.* 1. *v.* 33.

8. „Quodſi velimus iſta Prophetico quo„dam ſigillo obſignare, Ezechielis verbis utar „dicentis: cap. 37. *Ecce ego requiram oves meas „. . . Et David ſervus meus princeps eorum erit „in perpetuum.* Ubi ſub involucro Davidis Chri„ſtus ſignificatur, eoquod de ſemine ipſius fuit. „Clarius hæc ipſa vaticinatur Daniel, ubi Chri„ſtum appellat Filium hominis, cujus *poteſtas „erit æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus, „quod non corrumpetur. Dan.* 7. *v.* 13. Quem „eumdem Filium hominis alium eſſe docet ab „antiquo dierum, qui regnum accipit æternum „ab antiquo dierum, hoc eſt ab ipſius Patre. „Teſtimonium hiſce perhibet Evangelium, ubi „ipſe Servator propheticas has prædictiones „conſignat, ubi ſermonem apud diſcipulos ha„bet de fine ſæculorum: *Cum venerit Filius ho„minis in Majeſtate ſua &c. Matth.* 25. *v.* 30. *ſqq.* *Chriſti regnum æternum.*

9. „Hic ergo eſt finis ille feliciſſimus in quo „Pater Servatoris noſtri promiſſum cælorum „regnum & confirmatum a Servatore illis, qui „eo digni ſunt, elargietur, *ut omnes unum ſint* „&c. *Joan.* 17. *v.* 21. *ſqq.* ut cum ipſo ſimus, „ubi ille eſt futurus, & ut gloriam ipſius in- *In cælo omnes unum futuri.*

 „tuea-

„tueamur, & ut diligat nos, quemadmodum di-
„lexit eum Pater, & quemadmodum dedit illi
„Pater, ita & illi nobis det gloriam eam, faciens
„nos omnes unum, counitos deitati & gloriæ re-
„gni non per commiſtionem unius ſubſtantiæ, ſed
„ſecundum perfectiſſimæ virtutis numeros, nam
„hoc ita docuit, inquiens : *ut ſint conſummati.*
„Et certe per eum hoc modo ſapientia, pru-
„dentia, juſtitia, pietate, virtute demum om-
„ni perfecti facti paternæ divinitatis indeficien-
„ti lumini coaduniemur, lux & ipſi facti, ob
„hanc noſtram cum illo unionem : Filii Dei
„facti per participationem unigeniti ipſius Fi-
„lii, cujus ſplendores nobis communicantur.
„Atque hoc modo nos omnes erimus cum Fi-
„lio, & cum Patre.

10. „Cum vero Marcellus & Sabelliani tri-
„bus niti ſoleant teſtimoniis, quibus conantur
„oſtendere, Patrem atque Filium eſſe unum,
„ut puta illud: *Ego & Pater unum ſumus.* Et
„ſecundo : *Pater in me, & ego in Patre.* Et
„tertio : *Qui me videt, videt & Patrem:* hæc
„non intelliguntur, quod unum ipſe & Pater
„hypoſtatice ſint, ſed quod ejusdem cum Pa-
„tre ſubſtantiæ & gloriæ particeps ſit: & qui
„illum vidit, vidit & Patrem, eoquod ipſe ſo-
„lus & non alius ſit imago Dei inviſibilis, &
„emanatio claritatis illius, & character ex-
„preſſus hypoſtaſeos (*ſeu ſubſtantiæ*) ejus qui,
„ut loquitur Apoſtolus, in forma Dei fuerat.

EUSE-

EUSEBII CÆSARIENSIS COMMENTARII IN PSALMOS.

§. I.

Monitum.

Commentarios Euſebii in Pſalmos ex Codice Taurinenſi Cardinalis Perronii, Card. Coislinii, Colbertino & Catenis Regiis primus edidit doctiſſimus D. Bernardus de Mont-faucon Presbyter & Monachus O. S. B. e. congr. S. Mauri Pariſiis an. 1707. Meminit eorum S. Hieronymus *de Script. Eccl.* quo teſte eos S. Euſebius Vercellenſis ex Græco vertit, & ab erroribus expurgavit. Item Theodoretus & Gelaſius illos adducit. Eos genuinum Euſebii partum eſſe ſtylus præprimis probat, eosque circa annum Chriſti 327 editos eſſe conjectatur prælaudatus D. Monfauconius, qui etiam in ſuis præliminaribus Euſebium Ariani dogmatis aſſertorem fuiſſe demonſtrat.

§. II.

ANALYSIS EUSEBII IN PSALMORUM INSCRIPTIONES.

1. „Centum & quinquaginta *Pſalmi* ſunt. „*Pſalmi* autem vocantur, quotquót „ſola inſtrumentorum pulſatione nullis admix- ***Pſalmi & Canticá quid.***

„tis vocibus perſolvuntur. *Canticum* dicitur, „quod ſuavi æquabilique voce canitur; *Canticum Pſalmi*, quod una cum inſtrumentis conſonas admittit voces: *Pſalmos cantici* rurſum, „cum inſtrumentorum muſicorum ſonus vocibus præit. *Diapſalma* apud Aquilam & in „Hebraico non extat, ſed ejus loco *ſemper* adſcribitur.

Diviſio Pſalmorum & Authores. 2. „Libri Pſalmorum iſthæc diviſio fuerit, „ut Hebraicus textus circumfert. Neque vero ut quis forte exiſtimaverit, omnes Pſalmi „ſunt Davidis, ſed aliorum quoque Prophetarum; quare apud Hebræos univerſa Pſalmorum ſcriptura non Davidis fert inſcriptionem, „ſed indefinite liber Pſalmorum vocatur. In „partes porro quinque Hebræi librum Pſalmorum dividunt. Prima pars a primo ad „quadrageſimum Pſalmum complectitur: ſecunda a 41 ad 72, tertia a 72 ad 88. quarta „ab 89 ad 105. quinta a 106. ad finem. Pſalmi non inſcripti ſunt 19. inſcripti vero 131. „Inſcriptorum autem hæ ſunt diviſiones: Davidis 72 Pſalmi ſunt: filiorum Core 11. Aſaph „12. Ætham Iſraelitæ unus: Salomonis 2 Moyſis 1. Anonymi 17. Alleluja inſcripti 15.

Inſcriptiones Pſalmorum. 3. „In Hebraico Pſalmorum libro Pſalmi „omnes ſine numeri additione varie inſcripti „ſunt, & ſunt quidem alii conjuncti alii diviſi: „ſane primus & ſecundus juxta Hebraicum „copulantur, nonus contra, qui apud nos conjunctus eſt, in duos apud Hebraicum textum „diſtribuitur. Obſervandum autem eſt, non

„ad

ad ſeriem hiſtoriæ temporum Pſalmorum ordinem conſtitutum eſſe: cum enim Judaicus „populus patrias ſcripturas e memoria oblite„raſſet; ajunt ſive Esdram, ſive alios quos„dam Prophetas pſalmos colligendi curam ſu„ſcepiſſe, nec confertim omnes repertos fuiſſe, „ſed diverſis temporibus, hincque contigiſſe, „ut qui tempore poſteriores erant, cum primi „reperti fuerint, primi repoſiti ſint, & vice „verſa primi poſteriores.

4. „In libro Pſalmorum omnia ceu in publi„co penuario recondita ſunt. Obſervandum „autem, librum Pſalmorum poſt Moyſis le„gem novam complecti doctrinam: David enim „novum modum, pſalmodiæ ſcilicet primus „Hebræis tradidit, quo illa, quæ de ſacrificiis „a Moyſe ſancita fuerant, de medio tollit præ„nuntiando, novumque divini cultus morem „per hymnos ac jubilationes invehit, aliaque „pene multa Moyſis legem longe ſuperantia „per totum opus edocet. *Pſalmodia. novus Dei cultus.*

5. „Diapſalma ſcripſerunt interpretes illi „quinque principes, qui a Davide rege ex tri„bu Levi adlecti ſunt, ſcilicet, Aſaph, filii Co„re, Æman, Ætham, Idithum: hoſce certus „Canticorum numerus conſequebatur, ſcilicet „ſingulos 72. Hi ſtabant in conſpectu San„ctuarii Domini laudantes omnium Dominum „alius cymbala, alius pſalterium, alius cy„niram, alius tubam corneam, alius cytharam „tenebat, quorum in medio ſtabat David. Hoc„que pacto cantica auſpicabantur hujusmodi *Diapſalma quid.*

„inſtrumenta manibus tenentes. Atque
„guli Spiritu S. movente Deum hymnis
„lebrabant, omnesque una pſallenti ſucci
„bant *Alleluja*. Abſiſtente autem ad br
„tempus Spiritus S. gratia organis deinc
„ceſſantibus tunc uti par erat, diapſalma ſ
„bebant.

Pſalmus I. Adhortatio ad Dei cultum, avocatio ab oppoſito.

Quisnam vere beatus.

verſ. 1. „*Beatus vir, qui non abiit in con*
„*impiorum*. Deſcribitur hic qu
„nam vere beatus ſit, & bonum finem a I
„conſequatur, & quia perquam rari fuera
„qui olim probe vitam egerant, unum que
„piam beatum prædicat Pſalmiſta. At S
„vator noſter, qui complures beatos effec
„pluraliter beatitudines profert, primus aut
„ipſe eſt. Quamobrem in illum referen
„primus Pſalmus, utpote qui fuerit vir Ec
„ſiæ ſponſæ ſuæ, unde juxta Hebraicam
„cem dicitur, *Beatus vir* cum addito artic
„Beatus autem dicitur, *qui non abiit in con*
„*impiorum*, qui falſo nominata cognitione i
„buti ſunt, id eſt Gnoſtici: & *qui in via pe*
„*torum non ſtetit*, eorum ſcilicet, qui poſt
„gnitionem veritatis in peccata incidunt.
„*in cathedra peſtiferorum non ſedit*, ſcilicet il
„rum, qui corrupta doctrina alios imbu
„ſive ſecundum cognitionem, ſive ſecund
„operationem, ſive ſecundum utramque.

Beatus legem obſervat.

v. 2. „*Sed in lege Domini*, non figurata,
„ſpirituali ſub littera latente, ſive in lege o
„nil

nibus hominibus ab ipſa natura inſita, ſive in Evangelico verbo ab ipſo Salvatore omnibus gentibus annuntiato *voluntas ejus*, quia multum diſcriminis eſt inter eos qui metu ſupplicii neceſſitateque coacti bene agunt, & eos, qui propriæ voluntatis delectu ad bonum ſe conferunt.

v. 3. „*Et erit tamquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum* &c. Revera ille beatus, qui divinis irrigatus diſciplinis ſuum oportuno tempore fructum præbet. *Et folium ejus* videlicet opera mortalis hujus vitæ *non defluet, & omnia quæcunque faciet, proſperabuntur* a Deo, & ex mortali vita translatus promiſſionem habebit, ſe futurum in paradiſo Dei quaſi lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. *Fructum profert.*

v. 4. „*Verum non ſic impii, non ſic*, qui utpote nihil habentes apud beatum Deum male audiunt, fructum quippe temporaneum, mutabilem ac periturum poſſidentes facti ſunt quaſi *pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.* *Non vero impius.*

v. 5. „Quandoquidem autem nullum fructum Deo dignum impii protulerunt, *ideo non reſurgent in judicio neque peccatores* judicii tempore *in concilio* ſeu conventu *juſtorum* niſi ad pænam & ſupplicium. Ubi David reſurrectionem & poſt eam judicium & futuræ vitæ promiſſionem primum aperte docet, Moyſes quippe nihil hujusmodi uſpiam tradidit. *Qui ad ſupplicium reſurget.*

v. 6.

v. 6. „*Quoniam novit Dominus viam ju*
„*rum*, quæ bona & Ipſe Chriſtus eſt : *&*
„*impiorum peribit*, utpote, qui in pernici
„eunt.

Pſalmus David II. Prophetia de Chriſto,
de vocatione gentium.

Chriſti adventus prænuntiatur. v. 1. „*Quare fremuerunt gentes, & populi*
„*ditati ſunt inania?* Prophet
„affert, qua Chriſti adventus enuntiatur,
„facto futurum ſit, ut Judæorum inſidiis ap
„tatur : omnium gentium vocationem comp
„ctitur, regnaque terræ invitat ad ſalutem.

Ejus perſecutio. v. 2. „*Aſtiterunt reges terræ* &c. Chri
„nominatim inſidiis hominum appetitum a
„te hoc in vaticinio expreſſum habemus : in
„quentibus autem Filius Dei nominatur,
„gentes omnes fineſque terræ in hæred
„tem ipſi donandos, quæ omnia in uno S
„vatore noſtro, & in nullo alio completa e
„demonſtratur.

Liberatio hominum. v. 3. *Dirumpamus vincula eorum*, ait Ch
„ſtus angelis, ſive Patri & Spiritui S. ſive A
„ſtolis cohortans eos ad ſolvenda peccator
„gentilium vincula. *Et projiciamus a nobis* p
„cul *jugum ipſorum* ſcilicet legis Veteris, a
„pulo Judaico.

Perſecutorum ſupplicium. v. 4. „Hæc de gentilibus Judæis dicta
„Jam vero illud : *qui habitat in cœlis irrid*
„cum hoc copulandum : *aſtiterunt Reges te*
„qu

quos irridebit Deus, qui habitat in cælis, utpote terrena mente præditos, qui divinam circa incarnationem œconomiam & ſapientiam non intellexerunt: qui quoniam medelam non tam facile admittunt, jubet Spiritus S. vincula idololatriæ dirumpere, & peccati jugum projicere.

v. 5. „*Tunc loquetur ad eos in ira ſua.* Sane enim in tempore judicii turbabuntur omnes verbi ſalutaris inimici, a quibus Deus dignas pœnas expetet.

v. 6. „*Ego autem conſtitutus ſum Rex*, ideoque inimici mei juſte punientur, cum econtra ego Chriſtus rex a Patre conſtituendus ſum ſuper Sion montem *Sanctum ejus*, id eſt, Eccleſiam ſupernam, cujus pars ea eſt, quæ in terra verſatur, cui Chriſtus paternum *præceptum prædicavit.* *Chriſti regnum.*

v. 7. „*Dominus* etiam *dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Illud *hodie* idem ſignificat, atque præſenti die, quod de temporali generatione dictum eſt; de illa namque, quæ ſine principio eſt, ait ipſe David: *Ex utero ante luciferum genui te.* *Chriſtus filius Dei.*

v. 8. „Quod autem hæc in Salvatore noſtro Jeſu Chriſto completa ſint declaratur; illud enim: *Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam* &c. nemo dixerit in alio quopiam Prophetarum completum eſſe, ſoli autem Salvatori noſtro competere vel ipſa rerum per- *Totius orbis Dominus.*

„ſpi-

„ſpicuitas teſtificatur, quando quidem in o[…]
„nem terram exivit ſonus Apoſtolorum, &[…]
„fines orbis terræ verba eorum.

Et judex. v. 9. „*Paſces eos in virga ferrea* &c. ſci[…]
„cet eos, qui adverſus te convenerunt, p[…]
„Romanos caſtigabis, & *tamquam vas fig[…]*
„*confringes* ſuperbiam eorum.

Doctor regum. v. 10. 11. 12. „*Et nunc reges intelligite* &[…]
„id eſt, finem contra Chriſtum bellandi f[…]
„te, ſed potius accepta intelligentia ratio[…]
„bili diſciplinæ vos inſtituendos tradite.

In quo confidendum. v. 13. „*Cum exarſerit in brevi ira ejus,* i[…]
„eſt, punitio peccatorum, *beati omnes, qui c[…]*
„*fidunt in eo.* Chriſto ſcilicet, qui per tot[…]
„pſalmum hunc prænuntiatur, qui cum p[…]
„mo apud Hebræos conjungitur, quia una[…]
„utrorumque ſententia.

Pſalmus III.

David quando fugiebat a facie Abſalom.

Prophetia de donis Davidi conferendis.

Perſecutio juſtos invadit. v. 1. 2. 3. „*Domine quid multiplicati ſunt, qui tr[…]*
„*bulant me* &c. Perſecution[…]
„expectare oportet omnes, qui ſecundum Deu[…]
„vivere conſtituerint, & quidem a multis non[…]
„lum hominibus, ſed inviſibilibus inimicis, ſi[…]
„& David a Saule & Abſalone, qui *inſurg[…]*
„*adverſum eos*, qui in virtute creſcunt, q[…]

„ru[…]

n *ſalus in Deo eſt.* Qui proinde Deum ce-
rant, quia *ſuſceptor* eorum eſt, ut libe-
: eos, & *gloria* affectos *caput eorum* ſicuti
widis nomen *exaltat* & celebrat.

Sed Deus eos adjuvat.

r. 5. „*Voce mea ad Dominum clamavi, & udivit me de monte ſancto ejus*, id eſt, Chri-
. v. 6. & quidem tunc, quando Chriſtus
rmierit & ſoporatus fuerit per mortem & ad
ernum usque deſcenderit, & in reſurre-
one ejus multa corpora ſanctorum & etiam
vidis revixerint. v. 7. Tunc enim *non ti-
o millia populi circumdantis me*, ſed confi-
propugnatori meo, precor: *Exurge Do-
e*, accelerando reſurrectionem tuam, *ſal-
r me fac Deus meus* dæmonum & adverſa-
um meorum victor: *quoniam tu percuiſſiſti
es adverſantes mihi ſine cauſa, dentes* id eſt,
ſphema dicta contra me *peccatorum contri-
i*, abſtuliſti, quia *Domini eſt ſalus*, id eſt,
us ſalutaris, qui populo ſuo, qui per ip-
a ſalutem conſecutus eſt, *benedictionem* eſt
ertiturus.

mus IV. In finem, ſeu Victoriam, in almis, cum pſalterio David ſeu Chriſto Prophetia David de iis, quæ paſſus eſt.

Apud Deum quærendum auxilium.

„*Cum invocarem exaudivit me Deus juſti-*
„*tiæ meæ*, qui Davidi victoriam ſu-
Abſalonem contulit non ex debito, ſed
ericordia: proinde precatur: v. 2. *miſere-
nei & exaudi orationem meam.* Mox v. 3.
uit *filios hominum gravi corde*, qui in ten-
„tatio-

„tationibus turbantur potius, quam ad De
„confugiunt, *vanitati* ſe tradunt, & *menda*
„*quærunt* relicta veritate, cum tamen *ſcire*
„berent, quia *mirificavit Dominus ſanctum ſ*
„Chriſtum, vel quemlibet alium ſanctum,
„*minus exaudivit eum & conſtituit eum in*
„*ce v.* 4.

Ira refrænanda & vera bona quærenda.

v. 5. „*Iraſcimini & nolite peccare* &c. id
„vos commilitones mei jure quidem iraſcir
„adverſus impium filium meum Abſalon
„& in bellum proficiſcimini, ego vero vos
„neo etſi merito ira percitos, ne ſitis
„mentiæ immemores, nec ita ſuccenſeatis
„in peccatum labamini, & licet ut homi
„in multis cogitationibus ira permoti per d
„verſamini, at *in cubilibus* illa quæ in die
„petraſtis reputantes *compungimini*, & v
„*ſacrificate ſacrificium juſtitiæ*, & *ſperate in*
„*mino*, qui præ omnibus ſacrificiis juſtitiæ
„ribus, id eſt, recte factis delectatur: ne
„cum iis, qui ignorant, quæ vera bona ſi
„adeoque nec credunt nec ſperant ea ſe v
„tos, dicite: *Quis oſtendet nobis bona?*
„enim, *apud quos ſignatum eſt lumen vultus*
„v. 7. qui lumine tuo illuſtrati in eorum co
„tionem venimus, probe ſcimus, & quis of
„dat, & quis conferat illa: *dediſti lætitia*
„*corde meo:* quæ *fructum frumenti & olei*,
„carni & corpori tantum competunt,
„*multis* appetuntur, longe ſuperat, & præ
„ut quando *dormiam & requieſcam in p*
„mortis ſomnus me comprehendat, quon
„tu ipſe Domine bona *ſpe* inſtructum e

„I

pies, & in cæleſtibus manſionibus colloca-
bis. v. 9. 10.

Pſalmus V. In finem ſeu gratiarum actio pro anima ſeu Eccleſia, quæ in divinam hæreditatem Dei famulis præparatam ducitur.

1. „*Verba mea auribus percipe Domine, in-*
„*tellige clamorem meum*, ore & cor-
de te Deum confitentem, *cui mane aſtabo*,
diurnorum operum primitias tuo cultui con-
ſecrando: *Quoniam non Deus volens iniquita-*
tem tues. v. 5. cum oderis eos, qui a tuo
cultu receſſere, quanto tempore ii odio digna
perpetrant. Odiſti enim *Domine omnes, qui*
operantur iniquitatem, & in malitia perſeve-
rant, *mendacia loquuntur*, uti Athei & hære-
tici, & plusquam omnes *virum ſanguinum.*
v. 7. Ideo *deduc me in juſtitia*, quæ Chriſtus
eſt v. 9. *quoniam non eſt in ore* exoticorum
Philoſophorum *veritas, & cor eorum vanum eſt.*
Judica igitur *illos Deus*, qui meæ de futura
hæreditate ſpei inſidiantur, *te irritant*, & *a*
multitudine iniquitatum non diſcedunt.

Oratio juſti a Deo exauditur.

v. 12. „*Et lætentur omnes, qui ſperant in te*,
tuam incarnationem expectando, qui ſane in
æternum exultabunt, *dum habitatis in eis*,
non ſolum ſecundum carnem Chriſtum co-
gnoſcentibus, ſed habentibus contemplatio-
nem gloriæ ejus, ſecundum quam e... Uni-
genitus a Patre. Quippe *gloriabuntur in te*,
qui diligunt nomen tuum, proprio voluntatis

Qui in Deo ſpem ponit.

„delectu, *quoniam tu benedices juſto. v.* 13. c
„ronam juſtitiæ illi impertiendo.

Pſalmus David VI. In finem in hymn
pro Octava ſcilicet Dominica reſurrectionis
Chriſti die.

Deus infirmitatum animæ medicus.

V. 1. 2. 3. „*Domine ne in furore arguas me &*
„quia delictum ex infirmita
„animæ ad pravos affectus inclinatæ oritu
„David ad Servatorem & medicum Dei Filiu
„recurrit, ut *ſanet* eum, maxime *quia cont*
„*bata ſunt oſſa ejus*, id eſt, animi vires, qui
„viriliter animi motibus reſiſtere ſolebat:
„etiam ſubdit v. 4. *& anima mea turbata*
„*valde*, cujus medela eſt virtus a Deo coll
„quam quia non ſtatim largitur, ut ſupplic
„in illo æqui bonique affectu diutius perma
„neat, & firmam exhibeat poenitentiam, D
„vid ait: *Et tu Domine, usque quo?* Cum ve
„bene noſſet, præſentis vitæ tempus med
„eſſe oportunum, quo elapſo nemo recte ag
„re poteſt, *quoniam non eſt in morte, qui mem*
„*ſit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi*
„v. 6. ideo nihil non agit, ut ſanitatem an
„mortem obtineat: quamobrem ait, pro u
„nocte, qua peccatum admiſi, *lavabo per ſi*
„*gulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtr*
„*tum meum rigabo.* v. 7. quia nimirum *turba*
„*eſt a furore oculus meus* v. 8. id eſt, a mem
„ria iræ divinæ, & *inveteravi inter omnes ini*
„*cos meos*, me undique tribulantes. Po
„cum Deum propitium nactus ſit, oratio
„ſuam denuo ad eum convertit, rogatque,

diſc

„*diſcedant, erubeſcant, conturbentur, & confun-*
„*dantur inimici ſui* v. 9. 10. 11. poſtquam inſi-
„diæ ipſorum Deo ſibi per eas ſalutem confe-
„rente male ceſſerunt.

Pſalmus David VII. Quem cantavit Domino pro verbis Chuſi filii Jemini & vocatione gentium.

v. 1. 2. 3. „*Domine Deus meus in te ſperavi, ſal-* *Deus*
„*vum me fac ex omnibus per-* *ignoſcentibus*
ſequentibus me &c. quia in te ſolo ſpem meam *ignoſcit.*
repoſui, & quia *non reddidi retribuentibus mihi*
mala v. 4. 5. ſed injurias mihi illatas ſum obli-
tus, & ego veniam a te Domine recipiam;
cum econtra ſi ſecus egero, *perſequatur ini-*
micus animam meam &c. v. 6.

v. 7. 8. Quia vero tu ipſe Domine præcipis, *Certantes*
ut contra inimicos noſtros inviſibiles decer- *adjuvat.*
temus *Exurge & tu in ira tua*, & deletis ini-
micis *Synagoga populorum* ſeu Eccleſia ex
gentibus congregata *circumdabit te* laudans no-
men tuum: & quia tu non ſolum gentes &
populos judicabis, ſed etiam me, *judica me ſe-*
cundum innocentiam meam ſuper me. Conſuma-
tur & finis ſit *nequitiæ peccatorum, & diriges*
juſtum, ut non ultra fluctuet, quia *adjutorium*
meum a Deo, qui ſalvos facit rectos corde. v. 10.
Qui econtra contra eos qui ſe non conver-
tunt *gladium ſuum vibrabit*, & in illum qui
inſtar Achitophel parturit injuſtitiam &c.
iniquitas ejus deſcendet, & ſuam in die judicii
feret ſententiam. Ego autem *confitebor Do-*

„*mino ſecundum juſtitiam ejus*, id eſt, juſtis
„operibus velut in tribunali productis: &
„*Jam nomini Domini altiſſimi*, fretus ſpe, ı
„choro ſalvandorum ejus dignatione reci
„dum eſſe.

Pſalmus David VIII. In finem de con matione ſæculorum, & vocatione gentium pr cularibus ſeu altaribus in Eccleſiis per o bem diſperſis.

Deus mirabilis in operibus ſuis maxime in homine.

V. 1. 2. 3. „*Domine Dominus noſter, quan*
„*mirabile eſt nomen tuum ı*
„*verſa terra* &c. Nomen Domini poſt a
„tum Salvatoris mirabile factum eſt, qu
„*ex ore infantium & lactentium* per regene
„nem in Chriſto, deleto inimico infernali
„ejus ubique prædicata fuit. Et quiden
„men Domini tunc admirabile factum
„quando per aſcenſionem Chriſti in cælu
„*vata eſt magnificentia ejus ſuper cœlos.* Et
„admirer *cœlos opera digitorum tuorum*, ı
„*& ſtellas, quæ tu fundaſti;* hominem t
„non ſine ſtupore contemplor, *quod men*
„*ejus*, & ſingularem illius curam habeas,
„*minuiſti illum paulo minus ab Angelis* cre
„eum ad imaginem & ſimilitudinem tuam,
„*& honore coronaſti eum* dando ſanctis ho
„bus poteſtatem, ut futura prædicerent,
„bos pellerent, mortuos ſuſcitarent; & l
„nem unigeniti Filii Dei adventu honor
„ac denique poteſtati ſuæ omnia *ſubjicien*

ſalmus David IX. In finem pro occultis myſteriis Filii Dei.

1. „*Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua*, & pro ... gratiam agam, maxime poſtquam mortem ... cero, quæ *retrorſum convertatur* in eam con- ... tionem, qua non exiſtebat, ubi etiam om- ... es verbi tui inimici *infirmi* evadent, ac in ... *rnitiem* ibunt, & *ipſe judicabit orbem terræ*, ... eſt, Eccleſiam, *in æquitate, judicabit popu-* ... r extra Eccleſiam verſantes *in juſtitia.* v. 9. ... m econtra Deus *pauperi* in anguſta via in- ... denti, & pauperi Spiritu *in opportunitati-* ... *it & tribulatione refugium & adjutor factus ſit*, ... eos *qui noverunt nomen ſuum, & eum quærunt*, ... *derelicturus ſit* juſti judicii tempore, unde ... eo bene ſperant patientiam in omnibus ... bentes ob paratam retributionem. Tunc ... ne exultabunt, & cum *infixæ fuerint gentes* ... *interitu & laqueo ſuo, cognoſcetur Dominus* ... *ſta judicia faciens*, v. 16. 17. *Convertentur* ... *ccatores in infernum, omnes gentes, quæ obli-* ... *ſcuntur Deum :* quibus tamen ut *ſciant quo-* ... *am homines ſunt*, & ne omnino pereant, *le-* ... *ſlatorem* novi Teſtamenti *conſtitui* precatur.

Inimici Dei peribunt.

Pſalmus X. ſecundum Hebræos.

2. „*Ut quid Domine receſſiſti longe* &c. „Multi cum videant ſe in ſuis ... ccatis proſpere agere, cum ſe *benedici* vi- ... ant, cum in *conſpectu eorum Deus non ſit*, ... m eorum os contra creatorem ſuum *ma-* „*ledi-*

Qui falſo ſe beatos credunt.

„*lediſtione plenum eſt* &c. v. 3. ſqq. putant, ſe
„beatos eſſe. Verum *Deus exurget* v. 12. ſqq.
„& *manus ejus exaltabitur* contra impios, cum
„in judicio, unicuique, quod æquum eſt red-
„dendo exaltabitur.

Pſalmus David X. In finem victoriæ a Deo collatæ.

Deus ſperantes in ſe contrà malos adjuvat.

v. 1. „*In Domino confido*, *quomodo* ergo *dicitis*
„*animæ meæ*, ut de loco in locum
„*quaſi paſſer a* perſequentibus me, *transmigrem*,
„cum tamen, qui *in cælo ſedet*, *in pauperem re-*
„*ſpiciat oculis ſuis*, ut beneficarum virtutum
„inſpectione ſervetur, & *palpebræ* ejus, ſeu ju-
„dicialis poteſtas, *interrogant* ſeu judicant *ju-*
„*ſtum & impium*. Et quidem *pluet ſuper pec-*
„*catores laqueos*; *ignis*, aduſtionis minæ, *ſul-*
„*phur*, quo ignis plus exardeſcit, *Spiritus pro-*
„*cellarum*, ſeu tentationis converſio *pars cali-*
„*cis* ſeu ſuppliciorum *eorum*. v, 7. *Quoniam*
„*juſtus Dominus*, & *juſtitias*, quæ in multis pro-
„bis viris reperiuntur, *dilexit*, *æquitatem* ſeu
„ſanam doctrinam *vidit vultus ejus*, ipſam ap-
„probat, & gaudet de ejus cultoribus.

Pſalmus David XI. In finem pro octava, & accuſatio ſceleſtorum.

Malorum inſidiæ deſtruuntur.

v. 1. 2. 3. „*Salvum me fac Domine*, *quoniam*
„*defecit ſanctus* &c. Totam ſui
„temporis generationem David criminatur, nec
„immerito, ait, quia nemo ſanctus in illa, ne-
„mo verax, unde tu mihi Domine ſalutis au-
„ctor

„ctor eſto: *diſperde univerſa labia doloſa*, inſi-
„dias Jeſu Salvatori ſtruentia, *& linguam ma-*
„*gniloquam*, ſeu blaſphema in eum verba,
„dum dicunt: *Quis noſter Dominus eſt?* quaſi
„vero ſibi poteſtas extinguendæ Salvatoris do-
„ctrinæ foret. Quare *propter miſeriam inopum*
„*& gemitum pauperum* fidem meam inviolate
„ſervantium *nunc exurgam dicit Dominus*, & ſa-
„lutem per reſurrectionem meam pariam ho-
„minibus, qua in re ut præclare geſta *fidu-*
„*cialiter agam*: *eloquia* enim *Domini*, ait Da-
„vid, *caſta* &c. & omni mendacio vacua ſunt:
„idcirco *tu Domine, ſervabis nos & cuſtodies nos*
„*a generatione hac in æternum* futura, nam tunc
„impii excluſa tua gratia in circuitu ambula-
„bunt, ut eos qui ſalutem obtinebunt, cir-
„cumſpiciant, idque tunc eveniet, cum vel
„tenuiores ex hominibus multiplicati, ſeu ex-
„altati fuerint.

Pſalmus David XII. In finem certaminis conſummandi.

℣. 1. 2. „*Usquequo Domine oblivifceris me in* *Deus ad-*
„*finem* &c. oblivifcitur autem *jutor in*
„Deus eorum, qui per peccatum ipſius imme- *tentatione.*
„mores ſunt, avertitque faciem ſuam ab eis, qui
„turpia quævis perpetrant, quos providentia ſua
„indignos reputat: quamobrem ſtimulante con-
„ſcientia judicia Dei pertimeſcens David ſub-
„jungit *reſpice & exaudi me Domine Deus meus*,
„rogans, ut recte facta ſua perpendat, *& illuminet*
„*oculos ſuos* mentis, *ne obdormiat in morte* peccati,
„& in eo perſeverans incurabilis evadat.

Pſalmus David XIII. In finem eorum quæ in conſummatione ſæculorum futura ſunt.

Converſio hominum per Chriſti adventum.

V. 1. „*Dixit inſipiens*, Atheus, & maxime multi ante adventum Chriſti, *non eſt* „*Deus*, ideo *corrupti ſunt*, & *omnes declinave*„*runt*, *ſimul inutiles facti ſunt*, ita ut *nullus eſſet*, „*qui faceret bonum ne vel usque ad unum*. Par „fuit enim, magnitudinem morbi in omnibus „hominibus ante Salvatoris adventum palam „facere, ut manifeſtum omnibus eſſet, ejus „in terra peregrinationem fuiſſe omnino neceſ„ſariam, & tunc *cognoſcent omnes qui operantur* „*iniquitatem* &c. Dominum, & *qui prius Domi*„*num non invocaverunt*, non vano, ſed ſancto „*timore* Dei *trepidabunt*, in ventura per Chri„ſtum *juſta generatione*, tunc enim Judæorum „& aliorum *conſilium inopis* habiti Chriſti *con*„*fundentium* conatus peribit, quia *Dominus ſpes* „dictæ generationis juſtæ *eſt*, qui dabit *ex Sion* „*ſalutare Iſrael*, & tunc *exultabit Jacob & læ*„*tabitur Iſrael*, animæ ſcilicet a dæmoniaco „errore in captivitatem abductæ, & per ſalu„lutare Dei libertatem conſecutæ.

Pſalmus David XIV. In finem æternæ beatitudinis.

Via ducens ad beatitudinem.

V. 1. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* &c. ita quærit Propheta procedens a tabernaculo temporalis hujus vitæ, ad montem ſanctum cæleſtis Jeruſalem: & reſpondet illi Deus: *Qui incedit ſine macula, & operatur juſtitiam* v. 2. Virtutis operibus inſiſtendo, ut cri-

nine vacuus cenſeatur. Item *qui loqui-*
veritatem in corde ſuo &c. ſuis operibus va-
a gloriam non captando; *qui jurat pro-*
o ſuo & non decipit, & nonniſi amicitiam
a alio pacto foedere jungendo. Item qui
niam ſuam non dedit ad uſuram mercedem
hominibus non accipiendo, & *munera ſu-*
innocentem non accepit, quæ in dantis de-
mentum vergunt.

lmus ipſi David XV. De Chriſti donis & Reſurrectione.

Conſerva me Domine, quoniam ſperavi in te &c. Hunc Pſalmum de Chriſto
phetiam eſſe oſtendit S. Petrus *Act.* 2. *v.* 29.
t autem hic Chriſtus ſecundum humanam
uram, & ſe conſervari precatur a Deo, a
omnis bonorum copia confertur, *qui mi-*
ilis eſt in ſanctis ſuis, qui poſtquam *infirmi-*
s ſimulacrorum reliquerunt, & poſtea poe-
entiam *acceleraverunt*, non amplius *congre-*
erunt conventicula de ſanguineis gentilium ſa-
iciis, ſed facti ſunt pars *hæreditatis & cali-*
ſeu mortis Chriſti, cujus tamen caro non
et corruptionem.

Chriſti reſurrectio prædicta.

lmus David XVI. Oratio viri perfecti pro tribulantibus ſe.

„*Exaudi Domine juſtitiam meam*, ſeu juſta
„opera, *intende deprecationem meam*,
s vocibus & purgatis *labiis* prolatam. *Pro-*
ſti enim *cor meum & viſitaſti nocte* tentatio-
m, ſed *non eſt inventa in me iniquitas, & ne*
„*lo-*

Juſtus a Deo contra perſecutores defenditur.

„*loquatur os meum opera hominum* prævaricato-
„rum, declinavi ab eorum prava ſemita ut-
„pote dura & aſpera. Tu autem Domine
„*perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut non mo-*
„*veantur veſtigia mea* ab eis, *mirifica miſeri-*
„*cordias tuas* &c. v. 8. 9. Nam *inimici mei ani-*
„*mam meam circumdederunt* &c. v. 10. 11. ut
„me a profectu ſecundum Deum avellerent,
„adverſarium noſtrum diabolum æmulati, *ſu-*
„*ſcipientes me ſicut leo paratus ad prædam* &c.
„Sed tu *exurge Domine præveni eos* &c. *eripe*
„*animam meam ab impio, frameam tuam*, id eſt,
„gladium ſeu dicta divinarum Scripturarum in
„pravum ſenſum detorta eripe ab *inimicis*
„*manus tuæ*, ne me debellent: *a paucis* ſeu mor-
„tuis ſpiritualiter in peccatis, qui nonniſi ter-
„rena, *ventris* ingluviem, *abſcondita* in terra,
„aurum, & argentum, longam *filiorum* & ne-
„potum ſucceſſionem, & amplam eorum hæ-
„reditatem quærunt, *divide eos* improbam eo-
rum concordiam diſſipando; cum econtra ego
in juſtitia apparebo conſpectui tuo, virtuti, cu-
jus mihi auctor fuiſti confiſus, & in hac ſpe
ſatiabor cum in regno cælorum *apparuerit glo-*
ria tua.

Pſalmus David XVII. Canticum Victoriæ, Prophetia de vocatione gentium.

Effectus & mirabilia Incarnationis.

v. 1. ſqq. *Diligam te Domine fortitudo mea* &c. ſine quo nihil agere poſſum. *Circumdederunt me dolores mortis* &c. quando Saul & inimici mei me perſequebantur, ſed *in tribulatione mea invocavi Dominum, & exaudivit de*

templo ſancto ſuo, id eſt, de cælo, *vocem*
m. Tunc *commota eſt terra*, quando Chri-
s deſcendit de cœlis ubi tempore conver-
ionis ejus in terra, & per Græcorum bar-
rorumque aures ubique fama ejus perere-
it, & *fundamenta montium conturbata ſunt*,
licet adverſariæ poteſtates, quæ terrige-
s in falſorum deorum errorem abduxerant;
oniam iratus eſt eis, & ideo *aſcendit fumus in*
ejus, quæ ignem quo adverſæ poteſtates ani-
as hominum incendebant, extinxit fumo re-
to. Deinde pergit dicere: & *ignis a facie*
is exardeſcet, carbones ſuccenſi ſunt ab eo.
ec enim omnia Filius Dei contra adverſa-
s poteſtates clam operabatur, qui eorum
nem altero potentiori extinxerat. Hæc
rro omnia facta ſunt, *quoniam inclinavit cæ-*
r exinaniendo ſe, & *deſcendit*, & *caligo ſub*
dibus ejus per arcanam ſuam ſecundum ho-
inem œconomiam: demumque *aſcendit ſu-*
r Cherubim & volavit, quando ad cælos
cendit. Ab aſcenſu autem ſuo usque ad
c tempus converſationem his verbis indi-
t: *Et poſuit tenebras latibulum ſuum*, in quo
biſcum eſt, & *in circuitu tabernaculum*, id eſt,
cleſia *ejus*, in quo *tenebroſa aqua in nubibus*
ris, prophetici ſermones, *præ fulgore* novæ
gis *ſicut nubes grando & ignis tranſierunt*.
rro poſt aſcenſionem tuam intonuit de cæ-
Dominus adverſus dæmones ſuperſtitionis
hnicæ auctores, & per *gradinem* & *ignis*
rbones ſeu ultrices angelos eos diſſipavit:
are univerſa eorum oracula deſierunt, &
mpla eorum deleta ſunt, nam *fundamenta*

orbis

„*orbis terrarum* Eccleſiæ ſcilicet Chriſtus &
„Apoſtoli *revelata ſunt*, inimicis Dei per *emiſſas*
„a Deo *ſagittas* diſſipatis fugatisque *ab incre-*
„*patione Domini*, & *ab inſpiratione ſpiritus iræ*
„*ejus*. Merito igitur ab iis erepti recepto ocu-
„lorum uſu fontes aquarum, ſeu veritates Scri-
„pturarum vidimus, & fundamenta orbis ter-
„rarum ſuſpeximus, quod ætate noſtra in plu-
„rimis terræ partibus evenit, quia Eccleſia a
„Chriſto de *multis aquis* & *inimicis aſſumpta* &
„liberata fuit, qui eam in *latitudinem eduxit*, ut
„curaret vulnera ſua, & in judicio ſecundum
„*juſtitiam* ſeu recte facta illis retribuet, qui ab-
„lutis peccati ſordibus, *vias Domini cuſtodi-*
„*verint*.

v. 26. Quippe *Deus cum ſancto ſanctus erit*, id eſt, pie aget, & *cum perverſo*, ſevere: utpote qui *populum humilem* Apoſtolorum *ſalvum faciet*, *& oculos ſuperborum* legis doctorum *humiliabit*, cum nimirum *lucerna* ex ſemine David proditura Chriſto *illuminabitur*, & mentis noſtræ *tenebris* illuminatis ſuperatis hoſtium *tentationibus murum* cæleſtem transgredi poterimus per Chriſtum, qui *viam impollutam* prædicat, & *eloquia ejus igne examinata* ſunt, id eſt, exquiſita ſine omni admixtione mali, quæ docent *nullum eſſe Deum præter illum*, qui eſt *protector omnium ſperantium in ſe*: hic me *præcingit virtute* contra inimicos meos, *viam meam immaculatam* ad ſuam imaginem ſancta ſua doctrina efficit, & *perfecit pedes meos tamquam cervorum*, *& ſuper excelſa mea ſtatuens me*, id eſt, ſuper cæleſtia, quæ mihi parata ſunt. Item

doceæ

et manus meas ad prælium, & dat mihi pra-
ionem ſalutis, Chriſtum Salvatorem meum,
us diſciplina corrigit & docet me, greſſus meos
itat, ut labores in anguſta ad cælum via
ı amplius ſentiam, nec infirmentur veſtigia
per teporem in via ſpirituali. Perſequar
itur inimicos meos &c. nam præcinxiſti me vir-
te ad bellum &c. Ideo vivat Deus meus &
altetur Deus ſalutis meæ, cui confitebor &
ſalmum dicam &c.

lmus David XVIII. In finem iis qui inimicos debellarunt.

. Cæli enarrant gloriam Dei &c. Ergo non caſu fortuito emerſerunt, ſed ſunt ra Manuum Dei, quod etiam ex eo patet, a dies diei ſuccedens eructat verbum, ſeu quaſi iferatur, & nox nocti ordinate ſuccedens in-cat & demonſtrat Dei ſapientiam & provi-entiam. Univerſus itaque orbis concinnis hu-ſmodi choreis repletus eſt, unde dicitur: non nt loquelæ neque ſermones quorum non audian-r voces eorum, ſed in omnem terram exivit ſo-s eorum. Quod etiam ad Apoſtolos S. Pau-s Rom. 10. v. 18. appoſite per accomodatio-em refert. Sol etiam referendæ gloriæ ei magiſter inducitur, nam in ſole poſuit eus tabernaculum ſuum, qui illius legem in-iolabiliter obſervat, currens ut gigas viam, iam mane tamquam ſponſus procedens de tha-mo ſuo totum orbem percurrit, ut nemo ca-ris ejus expers ſit. Verum hæc omnia omplectitur lex Dei pro converſione animæ data: Gloriam Dei creatura & lex ejus prædicant.

„data: nam primo *teſtimonia*, *juſtificationes*, & „*præcepta* continet: his deinde omnibus *timo*„*rem* appendit, quaſi baculum ad convertendum opportunum, omnibusque *judicia Dei* „ceu coronidem adjunxit: ſingulis autem ſuam „addidit proprietatem, legi *converſionem animæ*: „Juſtificationibus Domini, quod *rectæ* ſint, ac „ſui participibus *lætitiam* pariant, præcepto „Domini, quod *lucidum* eſſe dicit, animæque „*oculos illuminans*. Timori Domini ſubjunxit „*caſtitatem*, & caſtitati *æternam vitam*, denique „judicio Dei *veritatem* & *juſtitiam* annectit. Ob „maxima hæc bona legis Dei David ait, cu„ſtodire ſe illam, ſed ne ideo vane ſibi com„placeat, addit, cum *me ab occultis meis* „*purgatum* nondum ſciam, ac ne a ſuperbia „abripiar, tunc ſolum me plane *immaculatum* „noſcam, tunc emundabor a *delicto maximo*, „cum *occulta mei non dominabuntur*, cum ſu„perba cogitatio ac maligni dæmones me ſub„ditum non detinebunt. Cum igitur hæc „mihi a te collata fuerint, tunc *eloquia oris* „*mei*, quæ precando, te hymnis celebrando, „gratias tibi agendo obtuli, *placita tibi* erunt, „& *meditatio cordis mei in conſpectu tuo eſt ſem*„*per*, *Domine adjutor meus & redemptor meus*, „quo opitulante a nemine adverſum me ſpiri„taliter bellante proſternar.

Pſalmus David XIX. In finem eorum, qui pro Davide orabant.

Oratio pro rege bellante.

v. 1. Precantes pro Davide ita orant: *Exaudiat te Dominus in die tribulationis* &c. & dum dicunt: *lætabimur in ſalutari tuo*, ad

„Meſ-

[m]eſſiam ex progenie David oriturum reſpi[ci]unt, in quo *magnificati* ſumus, & qui *ſa[nc]tis dextera in poteſtatibus*, ſignis, virtuti[b]us, & prodigiis beneficia ſua hominibus di[ſp]enſat: Quare nos non in curribus & equis, [se]d *in nomine ejus ſperamus*, in quo *ſurrexi[m]us & erecti ſumus*; qui etiam *ſalvum faciat [D]avid Regem, & exaudiat nos in die in qua vocaverimus eum.*

In finem victoriæ Pſalmus XX.

[2]. *Domine in virtute tua lætabitur* rex David & *ſuper ſalutare tuum* Chriſtum [Sal]vatorem *exultabit vehementer:* nam deſide[riu]m cordis ejus tribuiſti ei David, & *voluntate* [lab]*iorum ejus* ſeu promiſſionibus tuis *non frau[dast]i eum* &c. nam invenietur manus tua ini[mi]cis tuis eos proſternendo, & pones eos ſeu [ac]cendes *clibanum ignis*, *fructum eorum* filios, [&] falſa dogmata *perdes*, *quoniam declinaverunt, in te mala*, conſpirationes contra te & ſan[ct]os tuos conflando, & conſilia, quæ *non poterunt ſtabilire.* At tu illos pones dorſum [t]u confundes & in reliquiis tuis ſeu pænis [v]ultum eorum ad confuſionem præparabis. *Gratiarum actio pro Chriſti victoria.*

[Psa]lmus David XXI. In finem pro ſuſcep[t]ione matutina Paſſione & Reſurrectione Chriſti ac vocatione gentium.

[2]. *Deus Deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti, longe a ſalute mea verba [deli]ctorum meorum.* Ita orat Chriſtus, ubi loco *Prophetia de Chriſti paſſione &c.*

deli-

delictorum alii interpretes legunt *gemituum*, quos fruſtra ſe pro obduratis peccatoribus effundere Chriſtus queritur, licet etiam lectio delictorum non propriorum, ſed noſtrorum, quorum ſatisfactionem pro nobis ſuſcepit, optime congruat: pro his igitur *clamabo a te per* „*diem & non exaudies?* imo exaudire te, novi, „nam cum interrogationis ſigno legendum; „& bene *ſcio*, qua de cauſa *nocturnæ* calami„tates in paſſione mea me circumveniant. „Verum quia tu *cum ſanctis habitas*, merito *in* „*te ſperaverunt Patres noſtri*, *& non ſunt confuſi*, „*ego autem ſum vermis & non homo* ob vilita„tem infirmitatem & abjectionem paſſionis „meæ; vel quia inſtar vermis non hominum „ritu ex maſculi & fœminæ congreſſu ortum „habui. Unde *omnes videntes me deriſerunt me* „&c. quæ impleta ſunt paſſionis ſalutaris tem„pore, uti narrat Matthæus *c.* 27. *cap. v.* 46. Sicut etiam reliqua omnia quæ hic a verſu 12. usque ad 20 prophetantur. A verſu autem 21. reſurrectio Chriſti prædicitur, & omnes ad ejus laudem v. 24. & fidem invitantur, nam *edent pauperes & ſaturabuntur* pane vitæ æternæ, & poſtquam ad eum *univerſæ familiæ gentium converſæ* fuerint, *manducabunt* ſalutare corpus ejus, & *adorabunt eum cadentes in terram* & genua flectentes: & *ſemen* ejus ſeu filii per Baptismum regenerati *ſervient illi*, & *Domino futura* hæc *generatio* per Apoſtolos *annuntiabitur*, & annumerabitur.

Pſal-

Pſalmus David XXII.

v. 1. *Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit,* ita orat peccator ad Deum converſus *in loco paſcuæ,* ſacrorum Evangeliorum enutritus, *ſuper aquam refectionis* regenerationis per Baptismum educatus, & a morte *animæ revocatus.* Hunc *deduxit* Deus *ſuper ſemitas juſtitiæ propter nomen ſuum:* quare *ſi etiam ambulet in umbra ſeu* periculis *mortis, non timebit mala, quia Deus cum illo eſt,* imo etiam *virga & baculus Dei* ſeu caſtigationes *illi immiſſæ conſolantur eum,* quia ſcit Deum verberare filium, quem adoptavit, quin etiam *parat* illi *menſam* ſpiritualium gaudiorum, & ſpem tribuit, ut *miſericordia* ſua *ſubſequente inhabitet in domo* immortalitatis in æternum. *Dei cura erga electos.*

Pſalmus David XXIII.

v. 1. *Domini eſt terra & plenitudo ejus,* quæ Sapientem ejus *fundatorem* demonſtrat. Verum *quis aſcendet in montem* illius cæleſtem. Reſpondetur *innocens manibus & mundo corde* &c. *Hic accipiet benedictionem* a Chriſto, qui *portas* cælorum in ſuo aſcenſu aperuit, quas „omnes hic aperiri jubet, eorum ſcilicet cauſa, „qui cum eo regnum cælorum conſecuturi „erant, multas quippe ac diverſas ad regni „cælorum aditum portas aperuit, nam apud „Patrem manſiones multæ ſunt. *Chriſti dominium & aſcenſio.*

Pſalmus David XXIV.

v. 1. *Ad te Domine levavi animam meam* &c. Hæc ait David ab infimis rebus ab„ſtractus, & ad Deum elevatus, qui Deum ut *Affectus animæ Deo unita.*

„poſſeſſum a ſe bonum fidenter invocat dicens:
„*Deus meus in te confido*, & rogo ne ab inimi-
„cis meis *confundar* & *irridear:* quin potius
„*iniqua agentes*, inſtabiles & prævaricatores
„confundantur. Tu autem Domine *vias & ſe-*
„*mitas* providentiæ & gubernationis tuæ *de-*
„*monſtra*; & *doce me*, & in veritate tua confir-
„ma me contra falſas opiniones, nam a te edo-
„ctus, te non creatorem modo, ſed etiam ſer-
„vatorem eſſe meum, jure *te ſuſtinui tota die*,
„id eſt, per totum vitæ tempus, gnarus, quia
„*qui ſuſtinent te, non confundentur. Reminiſcere*
„*igitur miſerationum tuarum* &c. quia *dulcis &*
„*rectus es Domine*, qui *viam ſalutis delinquenti-*
„*bus oſtendis*, & *manſuetos in judicio dirigis*, &
„*mites vias tuas docebis.* Et licet *viæ tuæ mul-*
„*tæ* ſint, omnibus tamen præcurrit *miſericor-*
„*dia tua*, & veritas a *requirentibus Teſtamen-*
„*tum tuum* in S. Scriptura, & *teſtimonia tua* in
„Prophetis contenta. Audiat ergo quisquis
„*timet* Dominum, & in recta *via electa* incedit,
„quid ipſi eventurum ſit: Scilicet *anima ejus*
„*in bonis* cæleſtibus *demorabitur*, & *ſemen ejus*,
„ſeu homines ab eo ad Deum converſi, *hære-*
„*ditabit terram viventium*; *firmamentum erit illi*
„*Dominus*, *nota* illi erunt S. Scripturæ myſte-
„ria. Quia vero hæc omnia ſine Dei auxilio
„obtinere nequeo, ideo *oculi mei ſemper ad Do-*
„*minum* &c. & ſi laborem *meum videris & di-*
„*miſeris delicta mea* &c. *Innocentes & recti* in
„exemplo tolerantiæ & patientiæ *adhærebunt*
„*mihi*, quod ego non pro me ſolo, ſed pro uni-
„verſo populo rogo, ſcilicet: *Libera Deus Iſrael*
„*ex omnibus tribulationibus ſuis.*

Pſal-

Pſalmus David XXV.

v. 1. „Judica me Domine, quoniam ego in in-„nocentia mea, ſcilicet, in manſue- Poſtulatio pro auxilio Dei.
„tudine erga inimicos meos progreſſus ſum, ideo-„que in Domino ſperans non commovebor. Nam „proba me Domine &c. in dicta virtute, quia mi-„ſericordiam tuam ſemper præ oculis habens vi-„tam meam ita inſtitui, ut complacerem tibi in „veritate tua: nam non ſedi cum concilio homi-„num vana & iniqua maxime dogmata geren-„tium, & cum impiis Atheis & idololatris non „ſedebo. Lavabo inter innocentes manus meas, „& non ſolum altare tuum hymnis & ſacrificiis „circuibo, ſed totam quoque domum tuam, ma-„xime decorem ejus per inculpatam vitam dili-„gam, & in Eccleſiis Chriſti futuris per meos „Pſalmos benedicam te Domine.

Pſalmus David XXVI.

v. 1. „Dominus illuminatio mea & ſalus mea, Deus timendus & in eo ſperandum.
„quem timebo &c. docet hic pſal-„mus, quomodo oporteat hominem Deo ad-„dictum gratias agere, & qualia par ſit ab ipſo „poſtulare. Qui igitur mentis oculis a Deo „illuminatur, & novit eum eſſe protectorem vitæ „ſuæ, nullos adverſarios timet: & dum appro-„piant ſuper eum nocentes, adeo ut proximi car-„nibus ſuis inſtent, divina virtute infirmantur „& depelluntur; quoniam abſcondit me ait in „tabernaculo ſuo, ſcilicet in ſtatu animæ ſancti-„ficato, & a turbæ frequentia ſeparato & ab-„ſcondito: & hæc mihi obvenere, usque dum

„dies malorum perſeverarent, ſed cum me
„non ſemper occultari vellet, ſed aliis quoque
„fructum afferre, exacta die malorum *in pe-*
„*tra exaltavit caput meum ſuper inimicos meos.*
„Ut vero majori ſtudio divino cultui incum-
„bat, ſubjungit: *circuivi & immolavi in taber-*
„*naculo ejus hoſtiam jubilationis*, & in hymnis
„& gratiarum actionibus *cantabo & pſalmum*
„*dicam Domino. Exaudi igitur Domine vocem*
„*meam* &c. & *dum faciem tuam*, & viſionem bea-
„tificam *requiro*, *ne avertas faciem tuam a me*,
„quia *adjutor meus* ſolus es, *cum* etiam *pater*
„*meus & mater mea dereliquerint me*: ne autem
„hac gratia indignum me reddam, *legem pone*
„*mihi*, & per pacificam *viam* & *ſemitam* me
„tempore vitæ meæ deduc, quia non ſolum
„*inimici* ſed etiam falſi teſtes inſtant contra
„me; ſed tunc vere *ſibi mentietur iniquitas*,
„quando res illi non bene cedant, nec falſa te-
„ſtimonia prævaleant, dum interim ego *credo*
„*videre bona Domini*, ſeu vultum ejus, *in terra*
„*viventium.*

Ipſi David Pſalmus XXVII.

Deus adjutor in tribulatione.

v. 1. „*Ad te Domine clamabo* &c. Pſalmus hic
„ſupplicatio Davidis ad Deum eſt
„in certamine hujus vitæ conſtituti, qui ro-
„gat, ne Deus *ſileat* & *taceat* a ſe, elongando
„ſe a ſe, & orationem ſuam repellendo, *ne*
„*ſimilis fiat deſcententibus in lacum* mortis. Quis
„vero benignus Deus his deprecationibus ſe
„mox propitium exhibuit, ſupplices in gra-
„tiarum actiones ſe convertit, dicens: Bene-
„dictus

„dictus Deus, *quoniam exaudivit vocem depreca-*
„*tionis meæ*, & demum ex ſpe futuræ reſurre-
„ctionis ſubdit: *& refloruit caro mea*, ſive vo-
„luntarie *ſacrificabo ei; Dominus enim fortitudo*
„*plebis ſuæ* & *protector ſalvandorum* per *Chri-*
„*ſtum* eſt, qui *benedicet hæreditati ſuæ* juſtorum,
„*paſcet eos* ponendo animam ſuam pro illis, &
„*extollet illos* in regno cæleſti *usque in æternum.*

Pſalmus David XXVIII. In exitu Tabernaculi.

ỳ. 1. „*Afferte Domino Filii Dei, afferte Domino* *Deus laudandus.*
„*filios arietum*, id eſt, familias gen-
„tium qui ob rationis defectum filii arietum
„vocantur, hos afferri vult David per Chriſti
„diſcipulos: Item *Domino gloriam* per ſanam
„doctrinam, & bona opera & exempla, &
„*adorare eum omnes in aula ſancta ejus*, ſeu Ec-
„cleſia. Nam *vox Domini ſonuit ſuper aquas*
„maris rubri, & ſuper *aquas multas* diluvii vox
„Domini in *virtute & magnificentia*, quæ ſe in
„toto mundo manifeſtat, quæ *cedros Libani* ſeu
„viros fortes, & *vitulum Libani* Jeruſalem &
„*filium unicornium*, filios ſanctorum unum Deum
„colentium confringet, quæ *concutit deſertum*
„orbem cultu Dei vacuum: quæ præparat cer-
„vos Iſraelitas, quibus *condenſa revelabit* my-
„ſteria ſua, unde omnes in templo ejus ſeu
„Eccleſia *dicent gloriam, & dominus virtutem*
„*populo ſuo dabit* contra hoſtes ſuos, *& bene-*
„*dicet populo ſuo in pace.*

Pſalmus Cantici XXIX. In dedicatione domus David.

Gratiarum actio pro remiſſione peccatorum.

V. 1. „*Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti* „*me* &c. Pſalmus hic de domo ſeu „anima David eſt, qui Deo gratias agit, quod „delapſus in lacum peccati erutus a Deo fuerit: ideoque *omnes ſanctos ad pſallendum* & „gratias agendum invitat. Porro confitetur etiam, unde ſibi lapſus obvenerit, quia „nimirum virtuti ſuæ nimium confiſus *in* „*abundantia ſua dixit, non movebor in æternum*, cum tamen ſolus Deus *præſtet in voluntate ſua, decori virtutem*, qui proinde cum „*avertit faciem ſuam, factus* eſt David in peccatum lapſus *conturbatus*, ſed cum in malis eſſet dixit: *ad te Domine clamabo* &c. & cum „ita deprecarer, *audivit Dominus & miſertus eſt* „*mei, convertit planctum meum in gaudium* &c. „*ut cantet tibi gloria mea* beneficia tua celebrando *& non compungar* propoſitum meum mutando, ſed in æternum confitear & gratias „agam tibi.

In finem David Pſalmus XXX. pro extaſi.

Imploratio Div. auxilii in neceſſitatibus.

V. 1. „*In te Domine ſperavi, non confundar in* „*æternum* &c. Totus hic pſalmus Davidis ſupplicationem complectitur, qui ſe totum Deo concredidit, rogatque ut ne ſpe labatur; nam Deus *odit vanitates*, ego autem „non in illis, ſed *in Domino ſperavi* &c. qui „jam ſæpius *reſpexit humilitatem meam*, & *ſtatuit in loco ſpatioſo*, tuto *pedes meos*. Ideo ro-

„go,

„go, *miſerere mei Domine, conturbatus eſt in ira* „tua, quam in me per peccata mea concitavi, „*oculus meus*, ſeu mens mea, & *venter meus* me- „moria mea: *infirmata eſt in paupertate*, ſeu *af-* „*flictione* virtus mea, & *oſſa mea* ſeu faculta- „tes animæ meæ, *conturbata ſunt*, *ſuper omnes* „*inimicos meos factus ſum opprobrium* &c. quod „non ſolum ad Davidem, ſed etiam ad Chri- „ſtum in paſſione ſua refertur. Sed horum „omnium nulla ratione habita *ego in te ſpera-* „*vi* &c. nam *magna multitudo dulcedinis tuæ*, „quam cuſtodis *timentibus* te, quos *liberas a* „*conturbatione* hominum, & velut ſub tegmine „protegis a *contradictione linguarum*, ut nihil „lædantur: Quare ſit *benedictus Dominus*, qui „oſtendit mihi *miſericordiam ſuam quaſi in civi-* „*tate munita* me cuſtodiens, quia memetipſum „humiliavi in *exceſſu mentis meæ* quaſi *projectus* „*ab oculis tuis*, tu vero exaudiſti vocem oratio- „nis meæ &c.

Ipſi David Intellectus Pſalmus XXXI.

v. 1. „*Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates* „&c. Poſtquam in priori pſalmo pro „admiſſo ſcelere ſeſe David multum afflixerat, „de judicio Dei pro illis ſollicitus, gnarus etiam „de venia peccatoribus aliis concedenda, bea- „tos eos prædicat, quod Deus non ſolum re- „mittat, ſed etiam ita *tegat eorum peccata*, ut „ne veſtigium quidem eorum reſiduum ſit. „Quod quomodo fiat oſtendit, quia nimirum „peccata, quæ facta infecta fieri nequeunt, „*non imputantur* amplius illis, dummodo ſpi- *Innocentia per pœnitentiam recuperatur.*

„ritu puro ac ore veraci ſine *dolo* confeſſionem
„edant, vocesque proferant in lavacro rege-
„nerationis ſolitas. Ego vero, ait, poſtquam
„clamoribus & confeſſionibus multum labora-
„veram, defatigatus tacui; poſtquam enim *de-*
„*lictum meum cognitum feci* &c. *tu* Domine *re-*
„*miſiſti impietatem cordis mei.* Qua propter *om-*
„*nis ſanctus* meo exemplo fiducialiter *ad te ora-*
„*bit* in ſimilibus circumſtantiis, quem tu quo-
„que exaudies, ita ut nihil patiatur detrimen-
„ti, etiamſi *diluvium aquarum* in ipſum fera-
„tur. Hæc autem Davide orante Spiritus S.
„eum bene ſperare jubet, dicens: monſtran-
„dam ipſi eſſe viam ad Patrem per Chriſtum,
„quod quia David omnibus precatur, lætus
„exclamat: *lætamini in Domino, & exultate ju-*
„*ſti*, & *gloriamini* in illo, qui vobis virtutis
„omnis auctor fuit *omnes recti corde.*

Pſalmus David XXXII.

Ad Chriſtum converſi eum laudent.

v. 1. „*Exultate juſti in Domino* &c. Quæ in
„hoc pſalmo dicuntur, ad eos, qui
„poſt obtentam peccatorum remiſſionem in
„priori pſalmo beati dicuntur, referuntur, hi
„jubentur non in ſeipſis, ſed in Domino exul-
„tare, *rectos* enim, non vero peccatores *decet*
„*collaudatio. Confitemini ergo Domino in citha-*
„*ra* &c. imo potius puros inculpatosque ſen-
„ſus ſervando: *quia rectum eſt Verbum Domini*
„qui *diligit miſericordiam & juſtitiam* a nobis
„exercenda, cujus *Verbo cæli firmati ſunt*, &
„*Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*, angelis
„enim tranſitum ad exiſtentiam Verbum Crea-
„tor

„tur præbuit; univerſorum opifex, ſanctificationem vero eodem tempore Spiritus S. indidit: Ideo *timeat Dominum omnis terra, ab eo autem commoveantur* omnia idola per orbem & idololatræ, quos converſos ad Chriſtum perſecutores ſuos non timere præcipit, quia *Dominus diſſipat conſilia gentium* &c. *Unde beata gens, cujus eſt Dominus Deus ejus* &c.

Pſalmus David XXXIII. *Quando immutavit vultum ſuum coram Abimelech, & dimiſit eum & abiit.* 1 *Reg.* 21. *v.* 1. *ſqq.*

Deus pios protegens laudatur.

v. 1. „*Benedicam Dominum in omni tempore* &c. „gratias agit David, quod ſacerdotali cibo dignatus fuerit, & cum nullus ei eſſet opitulator, ſolum Deum auxiliatorem nactus ſit. Quare ait *magnificate Dominum mecum*, nam ego *iſte pauper clamavi, & Dominus exaudivit me,* & ſimiles mei pauperes exaudiet, unde *guſtate & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus*, præſertim in pane, qui de cælo deſcendit, cujus nos participes fecit, & cujus imago erat panis propoſitionis. *Timete ergo Dominum omnes ſancti ejus, quoniam non eſt inopia timentibus eum.*

Pſalmus Davidis XXXIV.

Chriſtus inimicis ſuis interitum prædicit.

v. 1. „*Judica Domine nocentes me . . . effunde frameam*, gladium, & *conclude*, viam adverſus eos, *qui perſequuntur me. Confundantur, & revereantur quærentes animam* &c. *quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui* &c. *veniat illi laqueus, quem ignorat* &c.

„*anima autem mea exultabit in Domino*, *&*
„*nia mea oſſa* ſeu animæ facultates *di*
„*Domine quis ſimilis tibi?* nam *eripi*
„*opem de manu fortiorum ejus*, qui *me in*
„*gabant* mala, *quæ ignorabam*, & *mala mih*
„*bonis retribuebant*, *ſterilitatem animæ mea*
„terimendo natos a me in ſana doctrina.
„*autem cum mihi moleſti eſſent* &c. Ha
„omnia præcedentia de Chriſto prophetic
„plicari poſſunt, qui ulterius ſuam triſti
„pro ſuis perſecutoribus deſcribit, qui ob
„malitiam impediebant, ut oratio Chriſt
„aures Patris ſui non pertingeret, ſed in
„ſinu converteretur. Illi quippe contra
„*convenerunt*, *flagellis* eum oneraverunt, *ſu*
„*naverunt*: rogat ergo Patrem: *reſtitue*
„*mam meam a malignitate eorum*, *&* *confi*
„*tibi in Eccleſia magna: non ſupergaudeant*
„hi inimici mei Scribæ & Phariſæi, qui
„*loſe* eum tentabant Matth. 22. v. 16. &
„dentes ejus paſſionem dixerunt: *Euge E*
„*viderunt oculi noſtri.* Tu autem Domine,
„hæc *vidiſti* & patienter tuliſti, *ne ſileas*,
„*diſcedas a me: Excurge & intende judicio*
„& hæc facinora ulciſcaris, *ne dicant in co*
„*bus ſuis: Euge Euge* prævaluit *anima no*
„nec dicant: *devoravimus eum*, quando re
„rectionem meam, & Eccleſiam late per
„bem propagatam conſpicient: ubi *erubeſca*
„*qui modo gratulantur* de *malis meis.* C
„econtra *exultabunt*, *qui volunt* & intellig
„*juſtitiam* ſeu innocentiam *meam*, quam & l
„dem tuam *lingua mea tota die*, infinita ac
„renni *meditabitur*, & deprædicabit.

In finem ſervo Domini David Pſalmus XXXV.

V. 1. „*Dixit injuſtus, ut delinquat in ſemetipſo, „non eſt timor Dei ante oculos ejus.* „David hic quosdam timore Dei vacuos coarguit, qui ſeipſos ita ſubvertunt, ut *iniquitas* „*eorum ad odium* manifeſta & execranda evaderet ac *inveniretur.* Hoc autem impius libere fecit, *quia noluit intelligere ut bene ageret,* ſed *iniquitatem meditatus eſt in cubiculo ſuo,* „etiam quietis & ſomni tempore. Poſt nequitiam hanc deſcriptam, patientiam Dei in tolerandis impiis David deprædicat dicens: *Domine in cœlo miſericordia tua,* ſed *& veritas tua* „*usque ad nubes* quæ ab Angelis & Prophetis „ad nos allata eſt. Ad hæc autem & *juſtitia* „*tua, ſicut montes Dei* excelſa & magna, *judicia* „*tua abyſſus multa,* ſeu incomprehenſibilia. Unde *homines & jumenta ſalvabis* ſeu conſervabis *Domine,* & ſic *multiplicaſti miſericordiam* „*tuam Deus,* ut non modo qui digni, ſed etiam „qui brutis moribus ſunt homines vita a te „data fruantur. Sed præter hoc *Filii hominum* „*in tegmine alarum tuarum* ſeu protectionis tuæ „*ſperabunt,* ideoque *inebriabuntur ab ubertate* „*domus tuæ* ſcilicet Eccleſiæ, cujus ubertas „ſunt divinitus inſpiratæ lectiones, & ebrietas utilitas ex lectione proveniens, *torrens* „item *voluptatis* Chriſtus eſt, ad quem eſt *fons* „*vitæ, in cujus lumine videbimus lumen,* cujus „*miſericordia extendit ſe ſuper timentibus eum,* „& *juſtitia* ſeu remuneratio ſequetur *rectos corde,* quos *manus* & geſta peccatorum non *movent,*

Clementia Dei erga impios & juſtos.

„*vent*, nec in éo loco ſunt, ubi commoti
„*dunt*, lapſi *expelluntur*, expulſi regredi
„poterunt.

Pſalmus Davidis XXXVI.

Juſti impiis felicitatem ſuam non invideant.

V. 1. „*Noli æmulari in malignantibus* &c.
„vid in hoc Pſalmo hortatur ad
„clinandos improborum mores, & non æ
„landa eorum opera, quia *tamquam ſoenum*
„*lociter areſcent* &c. Sed *ſpera*, ait, *in D*
„*no*, & *fac bonitatem* &c. Porro *noli æmu*
„hominem iniquitati deditum, qui in hac
„proſpere agere putatur, cum probe noris,
„repoſitam iram in die juſti judicii Dei, q
„re *deſine ab ira*, & *derelinque furorem* co
„illum, nam *qui malignantur*, *exterminabun*
„& ſoli *ſuſtinentes Dominum*, ſeu patientes
„*reditabunt terram* viventium; expecta e
„*puſillum* & *non erit peccator* &c. qui quic
„*obſervabit juſtum* & *ſtridebit ſuper eum dent*
„*ſuis*, *Dominus autem irridebit eum*: cum v
„peccator ad facinora proceſſerit & *glad*
„evaginaverit, ut *trucidet* eum; Dominus
„*tit gladium in cor ipſius*, & *arcum ejus conſ*
„*git*: cum econtra juſtus *modicam* & pau
„rem vitam agens contentus eſt *ſuper d*
„*tias peccatorum multas*, quorum *brachia*
„*terentur*, & divitiæ quaſi foenum areſc
„Novit quippe *Dominus vias immaculator*
„quorum *hæreditas* in cælo *in æternum* e
„imo vero ſtatuto tempore divino alime
„potiti *ſaturabuntur*, peccatores autem *f*
„rationabilis cibi *peribunt*, & inſuper *mox*
„*honorificati* & *exaltati fuerint*, *quemadmodum*

„

us deficient: & merito nam *peccator* a Deo
neficia *multo accipiens*, debitum *ſolvit*, &
era acceptis digna non exhibet, *juſtus vero*
ritiis & donis a Deo acceptis *miſeretur*, &
entibus *tribuit*, unde *benedicentes ei hæredi-*
bunt terram viventium, *maledicentes autem*
diſperibunt. Præterea Deus *greſſus juſti*
mplanat, ut vita ejus feliciter elabatur, &
etiam ceciderit, non collidetur quia Dominus
ſupponit manum ſuam: nam *junior fui, etenim*
ui, & non vidi juſtum derelictum, quia *tota*
miſeretur & commodat, cum talento acce-
o negotiando, unde *ſemen ejus*, ſeu ſpiri-
ales filii *benedictionibus* replebuntur. *De-*
na ergo non tantum *a malo*, ſed etiam *fac*
num; cumque hæc egeris, quieſces *in ſæ-*
lum in vita æterna, nam cum Dominus ju-
x ſit, *amat judicium & non derelinquet ſan-*
s ſuos: injuſti autem *punientur*, at *juſti hæ-*
litabunt terram viventium &c. Inſuper *os*
ti meditabitur ſapientiam &c. increatam,
usque ſermones, & diſciplinas, & *legem Dei*
usque myſteria *in corde* contemplabitur,
de *non ſupplantabuntur greſſus ejus*, quos
us dirigit, & ſiquando invidens peccator
erit mortificare eum, Deus non derelinquet
n, imo etiamſi *exaltatus fuerit ut Cedrus Li-*
ni, confeſtim evaneſcet, ita ut nequidem
us, in quo ſtetiſſe videbatur, *reperiri* poſſit.
apropter fuge impiorum mores, ablue om-
m malitiam, dilige viam rectam, manent
im *reliquiæ* ſpesque bona eum, qui *pacem*
nicitiamque Dei perſequitur, & ideo *homo*
cificus effectus eſt.

Pſal-

Pſalmus Davidi XXXVII. In remen rationem de Sabbato.

v. 1. „*Domine ne in furore tuo arguas me* (
„David hunc Pſalmum in coı
„nuam rememorationem delicti & pæniten
„ſuæ ſepoſuiſſe videtur, & Deo ſupplication
„emittit, qua iram Dei a ſe avertit, & e
„ſibi propitium facit, non rogans ne arg
„tur, ſed ne ſervetur ad diem iræ & reve
„tionis juſti judicii Dei, ſed in præſenti v
„peccata eluat, quia *ſagittæ tuæ* Domine, a
„a te mihi *immiſſæ*, ſeu conſcientiæ remorſ
„quæ iram & furorem tuum præverterunt,
„tis me caſtigant, ſed & *manus tua* per illa
„calamitates me contingit. Unde *non*
„*curatio in carne mea*, quam ob peccatum me
„ſuppliciis tradidi, & *non eſt pax oſſibus m*
„ſcilicet proximis meis ob bella & tentat
„nes *propter peccata mea*, quæ *ſupergreſſa ſ*
„*caput meum*, & *ſicut onus grave gravata ſ*
„*ſuper me*, ita ut *putruerint* in intimo anii
„meæ, unde *tota die contriſtatus ingrediebar*
„*illuſiones & pravos* motus: in quæ omnia
„cidi, quia tempore peccati mei *virtus mea*
„telligendi obſcurata eſt, & dereliquit me,
„*lumen oculorum meorum*, id eſt„ propheti
„ſpiritus non erat mecum: imo etiam *a*
„*mei & proximi* Angeli boni *de longe ſteteri*
„& mali angeli peccati auctores prope ſt
„tes *vim faciebant*, & animæ illudebant m
„& *locuti ſunt* mihi *vanitates*, malas cogitat
„nes ſuggerentes, imo etiam *doloſe* dem
„centes, dum in peccatum detraherent. *I*

„*autem tamquam ſurdus non audiebam* &c. quo-
„niam mihi pudore ſuffuſo nihil ſuppetebat,
„quod victus ab inimicis meis ad defenſionem
„meam dicerem, hinc *in te ſperavi Domine, &*
„*exaudies me*, obſecro enim, ut tuam curatio-
„nem mihi obtinere liceat, *ne quando ſupergau-*
„*deant mihi inimici mei*, qui jam ante *cum com-*
„*moverentur pedes mei, magna loquebantur.* Ve-
„rum ad te confugi, & non confundar, ne-
„que enim in talem ruinam delapſus ſum,
„in qualem illi, qui a te prorſus defecerunt.

In finem Idithum canticum David Pſalmus XXXVIII.

Miſeria & vanitas vitæ humanæ.

℣. 1. „*Dixi cuſtodiam vias meas* &c. Hic pſal-
„mus multam affinitatem habet cum
„iis, quæ in priori pſalmo leguntur, & fortaſſe
„Spiritus S. Idithumi miniſterio Davidem ad
„hæc dicendo erudivit, qui invadente ſe ten-
„tatione ad peccatum inquit: *dixi cuſtodiam*
„*vias meas, ut non delinquam in lingua mea, po-*
„*ſui ori meo cuſtodiam, quia ſilui* ſeu vacuus
„ſum a *bonis*, unde etiam *dolor meus* ob pec-
„catum meum *renovatus eſt*, cujus peccati me-
„mor animi deliquio *concaluit cor meum*, ceu
„igne a conſcientia incenſo combuſtum: quod
„ne diutiſſime ſuſtinere cogar, *notum fac mihi*
„*Domine finem* vitæ meæ &c. *menſurabiles* enim
„& tentationibus repletos *poſuiſti dies meos*, &
„*ſubſtantia* ſeu vita *mea tamquam nihilum ante*
„*te*: ſed & omnia hominum ſtudia *vanitas*, &
„*omnis homo vivens*, niſi illi ineſſet ſpes immor-
„talitatis & vitæ æternæ in cælo, nihil igi-
„tur

„tur mihi reſtat *Domine* niſi ut te *expectem*, (
„in te ſpem habeam, nam apud te eſt *ſu*
„*ſtantia animæ*. Quare *ab omnibus iniquitat*
„*bus meis erue me* ob quas *inſipientiæ tradit*
„*probroſus* effectus ſum: jure ergo peccatu
„meum agnoſcens *obmutui*, quoniam tim
„tui me percellens obmuteſcere me *fecit*:
„quoniam flagella tua ſat expertus fui, *amo*
„*a me plagas tuas*, nam a fortitudine manus tu
„ego defeci *in increpationibus*, quibus juſte n
„*propter iniquitatem meam corripuiſti*, & *tal*
„*ſcere feciſti ſicut araneam animam meam*, *veru*
„*tamen vane omnis homo*, conturbatur qui
„hujus vitæ ærumnis fruſtra verſatur. Exa
„di igitur orationem meam Domine, *remi*
„*mihi* delictum meum, *ut* meipſum *refriger*
„ac lachrymas meas, *priusquam abeam* e vi
„poſtquam non erit amplius pœnitentiæ loc

In finem Davidi Pſalmus XXXIX.

Auxilium nobis a Chriſto praſtitum.

v. 1. „*Expectans expectavi dominum* perſev
„rando in ſpe & obſecrationib
„& eduxit me de lacu miſeriæ peccati, & (
„luto fæcis, ſeu lutoſis corporis voluptatib
„*& ſtatuit ſuper petram* charitatis Chriſti *pe*
„*meos*, & præſtat, ut in ea incedam & curra
„ac proficiam *dirigendo greſſus meos*: unde
„meliora translatus cantico lugubri depoſi
„*novum canticum aſſumit*, quod Deus *in os ej*
„*immiſit*, quo exemplo multi peccatores *vi*
„*bunt, & timebunt*, & ad meliora converſi *ſp*
„*rabunt in Domino*: nam *beatus vir*, *cujus eſt n*
„*men Domini ſpes ejus*, *& non reſpexit in va*
„*ta*

„*tates & inſanias falſas* rerum temporanearum
„& futilium, ſed qui arripit *mirabilia* ſalutis
„media, quæ Dei gratia hominibus largita eſt,
„quæ pro dignitate & *multitudine* ſua *cogitari*
„ab hominibus non poſſunt: in iis tamen quæ
„annuntiari poſſunt, ait David, id deprehendi,
„te in præſenti tempore a Moyſe tradita ſa-
„crificia & oblationes noluiſſe, ſed eorum loco
„*aures meas* ad obſervanda *eloquia* tua *perfe-*
„*ciſſe*, ut pro ſacrificiis pro peccato meipſum
„tibi offerrem, unde dixi: *Ecce venio, ut faciam*
„*voluntatem tuam*, hoc enim *in capite libri* Scri-
„ptura Sacra ſecundum ſenſum ſpiritualem in
„medio cordis ſeu ventris mei, id eſt, intimo
„animæ meæ intellecta *ſcriptum eſt de me*: ideo
„*annuntiavi hoc in Eccleſia magna*, ſeu toto or-
„be cui Eccleſiæ tu Domine mihique *miſeri-*
„*cordiam & veritatem* tuam oſtendes, quæ im-
„piorum tempeſtatibus agitata, ea quæ con-
„tingunt, humiliter peccatis ſuis attribuit, di-
„cens: *circumdederunt me mala, quorum non eſt*
„*numerus* &c. Quare rogat, ut a Dei gratia
„& miſericordia cuſtodiatur, ſupplicans: *com-*
„*placeat tibi Domine, ut eruas me* &c. & ut ini-
„mici ſui *ferant confuſionem ſuam qui dicunt*
„*mihi: Euge Euge*, quæ eſt vox planctus eo-
„rum qui ſuperati ſunt, vel ſperant ſuperare.

In finem Pſalmus David XL.

v. 1. „*Beatus qui intelligit ſuper egenum & pau-* *Chriſti*
„*perem* &c. Quæ in hoc Pſalmo fe- *paſſio &c.*
„runtur, prophetice de Chriſto accipienda ſunt;
„& jure dicitur *beatus*, qui intelligere poteſt,

„qua de cauſa Chriſtus propter nos egeſtatem „ſuſceperit, ſcilicet propter ſalutem noſtram. „Vel alio modo: beatus, qui pauperi ſubvenit „nam *in die mala* tribulationis *liberabit eum* „*Dominus* &c. *Ego vero dixi Domine, miſerere* „*mei: Etenim homo pacis* meæ, ait Chriſtus, „Judas diſcipulus meus, *in quo ſperavi*, donis „multis eum afficiendo, qui *edebat panes meos* „non communes, ſed illos qui animam nu„triunt, *magnificavit ſuper me ſupplantationem* „calcitrando contra me: Tu autem propter „innocentiam me Pater ſuſcepiſti &c. ideo ſis „*benedictus Dominus Deus Iſrael a ſæculo & us*„*que in ſæculum, fiat, fiat.*

In finem ad intellectum filiis Core Pſalmus XLI.

Suſpirat anima devota ad cœlum.

v. 1. „*Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes* „*aquarum, ita deſiderat anima mea ad* „*te Deus.* Ita prophetant filii Core authores „hujus pſalmi, qui ſe Deum ipſum ſitire, & „deſiderio fontis vitæ teneri fatentur, unde „etiam inſtant: *ſitivit anima mea ad Deum for*„*tem vivum*, & cum ſe a viſione Dei procul „adhuc eſſe agnoſcerent, ſuſpirant: *quando ve*„*niam, & apparebo ante faciem Dei.* Quia vero „terrena omnia averſabantur, gemunt: *fuerunt* „*mihi lachrymæ panes die ac nocte*: quibus im„pii exprobrant: *ubi eſt Deus tuus?* quod cum „illi audirent, luctum augebant ſuum & ajunt: „*hæc recordatus ſum*, *& effudi in me animam* „*meam*, dolorem meum in eo occultando. Cum „vero probe noſſent, quoniam poſt hanc tri-

„ſtitiam

„ſtitiam *tranſirent in locum tabernaculi admirabilis* „*usque ad montem Dei, in voce exultationis & con*„*feſſionis ſoni epulantis*, merito ſibi ipſis mede„lam adhibent his verbis: *quare triſtis es ani*„*ma mea & quare conturbas me? ſpera in Deo* „&c. Equidem *anima mea conturbata* eſt, ſed „dum *memor ſum*, quomodo populus tuus „*mirabiliter Jordanem tranſiit*, & *montem* ipſi „vicinum *modicum Hermoniim*, cum *abyſſus abyſ*„*ſo* occurreret *cataractis* ſeu ſcaturiginibus in „altum evectis, etiamſi *omnes procellæ tuæ &* „*fluctus tui ſuper me tranſeant*, perſuaſum ta„men mihi habeo, nullum tempus eſſe, quo „non miſerearis, quare bona ſpe fretus, quod „*in die mandabit Deus miſericordiam ſuam*, nocte „*canticis ejus* aſſidue incumbo, & *orationem Deo* „*vitæ meæ* perſolvo, quia eſt *ſuſceptor meus*, „*Quare* ergo *oblitus es mei?* nimirum propter „malitiam meam. Verum, quia novi miſeri„cordias tuas, dum *affligit me inimicus*, *dum* „*confringuntur oſſa mea*, *dum exprobrant mihi* „*inimici mei*: *ubi eſt Deus tuus*, ego conſolabor „me dicens: *quare triſtis es anima mea: ſpera in* „*Deo* &c.

Pſalmus David XLII.

1. „*Judica me Deus*, *& diſcerne cauſam* „*meam* &c. Ita orat juſtus aliquis „e populo Judaico, qui rogat a *gente non ſan*„*cta* liberari, & a *viro iniquo & doloſo*, ut num„quam ipſe iniquus & doloſus evadat. Ro„gat autem Deum his verbis: Tu es fortitu„do mea, *quare me repuliſti*, me in medio talis *Deus ab inimicis liberat.*

P 2 „po-

„populi relinquens, & quia multitudo impio-
„rum eum premebat ſe hac de cauſa triſtem
„eſſe dicit: *Quare contriſtatus incedo, dum affli-
„git me inimicus. Emitte igitur lucem tuam & ve-
„ritatem tuam*, Chriſtum, ut recte *deducar in
„montem ſanctum tuum*, cæleſtem. & *tabernacu-
„la tua* ibidem poſita, ubi quaſi tibi ſacra ce-
„lebrans usque *ad altare* ſeu intima *ibo*, & ad
„te Deum veniam, *qui lætificas juventutem meam*
„ſpiritualem. Tunc *confitebor tibi in cithara*
„corporis & ſenſuum congruentem tibi *Deus*
„concentum emittentium. *Quare ergo triſtis es
„anima mea? Spera in Deo* &c. cum enim di-
„gnus habitus ero, qui coram Deo facie ad
„faciem conſiſtam, ac videam *ſalutare* illud,
„de quo multa in omnibus ſcripturis circum-
„feruntur, tunc ipſi confitebor *ut Deo meo &
„ſalutari meo.*

In finem filiis Core ad intellectum Pſalmus XLIII.

Populi judaici ruina deploratur.

V. 1. „*Deus auribus noſtris audivimus* &c. In
„hoc pſalmo ruinam populi Judai-
„ci filii Core prophetice vaticinantur, & poſt-
„quam *opus* & mirabilia quæ operatus eſt
„Deus, dum educeret filios Iſrael ex Ægypto
„in terram promiſſam memoraſſent, tu ajunt,
„adhuc *es rex noſter, & Deus noſter, qui man-
„das ſalutes Jacob, & in te ventilabimus, ſeu
„proſternemus inimicos noſtros cornu*, ſeu virtu-
„te tua, non autem in *arcu noſtro, Tu enim*
„ſolus *ſalvaſti nos de affligentibus nos*, unde *in
„Deo laudabimur* ſeu *gloriabimur tota die.* Por-
„ro

licet hæc omnia nobis olim præſtiteris omine, nunc tamen propter peccata populi *pulisti* & *confudisti nos* &c. & quamvis *hæc mnia venerint ſuper nos, nec tamen* chorus tibi deliter ſervientium Prophetarum *oblitus eſt i, & inique non egit in teſtamento tuo, & non ceſſit retro cor eorum* : Tu enim noſti, ſi tot alis *afflicti*, & *humiliati in loco afflictionis*, ac *erti umbra mortis obliti ſumus nomen tuum, manus noſtras extendimus ad Deum alienum,* æc tu *requires* Judex noſter, *qui noſti abſconta cordis* in quibus verſantes, quotidie pietis cauſa mortificamur nos ipſos pro popuſacrificantes *ſicut oves occiſionis*. Quoniam itur tanta perpeſſi ſumus, *quare obdormis Done, & ne repellas* populum tuum *in finem* ſeu perpetuum; ne quæſumus *obliviſcaris inopiæ ſtræ & tribulationis noſtræ*, quam tui cauſa rpeſſi ſumus; & quoniam *humiliata eſt in lvere anima noſtra, & adhæſit in terra venter ſter* ſeu præ nimia afflictione & ſiccitate emoria noſtra; ideo *exurge Domine adjuva s, & redime nos propter nomen tuum*.

finem pro iis, qui commutabantur filiis Core ad intellectum, canticum pro dilecto
Pſalmus XLIV.

„*Eructavit cor meum Verbum bonum* &c. „Qui in ſuperioribus tot lachryas effuderunt, jam cantica edunt, narntes auctorem hujus commutationis Dileum Dei eſſe, quem ideo laudibus efferant. nde etiam quidam arbitrati ſunt ex Perſo- *Canticum Chriſto cantatum & ejus excellentia.*

 „na

„na Patris pſalmum hunc pronuntiari de ver„bo, quod in principio erat apud Deum, quod„que ipſe ceu ex corde produxit; mihi vero „hæc ad propheticum chorum referenda vi„dentur, qui ait; Eructavit, cor meum ver„bum bonum, ſeu commotum eſt cor meum „verbo bono, *dico ego opera mea* ſeu etiam *Re„gi* Chriſto: *lingua mea calamus ſcribæ* Spiritus „Sancti inſtrumentum *velociter ſcribentis*. Hæc „prooemii loco dicta ſunt; exinde enim cho„rus propheticus canticum in Dilecti Chriſti „perſonam orditur, ſicque compellat ipſum; „*Speciosus* es *forma* o Dilecte! *ſuper filios homi„num* non ſolum corporis, ſed virtutis peccati „labem non admittentis, nam *diffuſa eſt gra„tia* imo plenitudo divinitatis etiam *in labiis „tuis* ſermone tuo peccata dimittens, dans Spi„ritum S. morbos ſanans. *Accingere igitur „gladio tuo* ſeu virtute tua ultrice contra ini„micos noſtros *potentiſſime*, & præter *ſpeciem „& pulchritudinem* tuam accepta armatura *in„tende* arma tua, & confixis inimicis tuis *pro„ſpere procede & regna*: nam *propter verita„tem & manſuetudinem & juſtitiam deducet te „mirabiliter dextera tua*. *Sagittæ tuæ acutæ „ſlent*, adverſus cor inimicorum tuorum, dein„de populi libertatem nacti cadent ad pedes „tuos: quippe tu non tantum dilectus Dei ſed „& Deus es, quia *thronus tuus in ſæculum ſæ„culi*, *virga* ſeu ſceptrum *rectitudinis virga re„gni tui* a ſæculo in ſæculum; *dilexiſti juſti„tiam & odiſti iniquitatem* ſeu injuſtos, *propte„rea unxit te Deus*, Verbum, quod erat apud „Deum, & Deus erat Verbum, *Deus* Pater ipſe

„*oleo*

„*oleo lætitiæ* ſeu gloriæ præſtantius quam alios „amicos & *conſortes* ſeu participes gratiæ tuæ. „*Myrrha & gutta & caſia* ſeu ſuaviſſimus vir„tutum & mortificationis odor *in veſtimentis* „ſeu humanitate tua, qui replet *domus ebur„neas*, ſeu tuam Eccleſiam, quæ *adſtat tibi* ve„lut *regina* maxime in cælo regnans *in veſtitu* „*deaurato* variarum virtutum, & incorruptio„nis: in terra vero adhuc militans, *gloria* „*ejus* eſt in *fimbriis aureis circumamicta varie„tatibus*, nam cognitio Dei, quæ ex parte eſt „aureum ornatum in varietatibus ipſi circum„ponit: ſed hæc Eccleſia non ſemper in terra „permanebit, ſed ſuo tempore *adducetur in* „*templum Regis* ſeu cæleſtem gloriam *in læti„tia & exultatione*, & in primo quidem gra„du per Angelos *adducentur virgines* corpore „& anima ac ſpiritu ſanctæ, deinde quæ poſt „illas honeſta vita illis *proximi* ſunt. Interim „dum adhuc Eccleſia in terra peregrinatur „non deficiet, ſed pro patribus decedentibus „naſcentur illi filii ex gentibus in aqua rege„nerati, quos proficientes ad Sacerdotale & „Apoſtolicum munus promotos *conſtituet prin„cipes ſuper omnem terram*, a quibus converſi „*populi confitebuntur tibi in æternum*, ita ut in „nomine tuo omne genu flectatur.

In finem pro filiis Core pro arcanis Pſalmus XLV.

v. 1. „*Deus refugium noſter & virtus* &c. hym„num gratiarum actionis emittit „Deo, qui cum olim dæmonum impietas re- *Eccleſia perſecutione liberata.*

„rum potiretur, *tribularet* & turbaret terram & in-
„ſtar *montium* ſe elevaret, jam quaſi *in mare pro-*
„*jecta* de medio ſublata ſit, cum econtra cæle-
„ſtis ſermo & prædicatio *lætificet* inſtar *flumi-*
„*nis civitatem Dei* ſeu Eccleſiam, in qua *ſan-*
„*ctificavit tabernaculum ſuum altiſſimus* inhabitan-
„do in hominibus ſanctis, in *quibus non com-*
„*movebitur*, *ſed adjuvabit eos* matutinas preces
„diluculo ei offerentes: & *conturbabit gentes,*
„*& inclinabit* regna contra Eccleſiam bellum
„moventia, & dum per prædicationem Apo-
„ſtolorum dabit vocem ſuam, terra idolorum
„*movebitur* & deſolabitur, quia *Dominus vir-*
„*tutum nobiſcum eſt*, *& ſuſceptor noſter Deus Ja-*
„*cob*, poſt cujus adventum *ablata* ſunt *bella*, &
„Romanum imperium & Evangelium ſalutare
„in omnes gentes pervaſit, & inviſibiles po-
„teſtates, ſimulacra, & impiæ cogitationes ab
„iis hominum mentibus inductæ deleta ſunt
„& *combuſta*. Parta igitur pace hac jure ad
„bonum uti, atque otium animæ ſalutare aſ-
„ſequi expetit, quare ait: *Vacate*, *& cogno-*
„*ſcite quoniam ego ſum Deus exaltandus* apud
„*omnes gentes*, neque enim poteſt quiſquam
„divinæ cognitionis particeps eſſe, niſi vacet
„ab eis, quæ ad contraria trahunt.

In finem pro filiis Core Pſalmus XLVI.

Jubilus de Chriſti regno.

V. 1. „*Omnes gentes plaudite manibus* &c. Poſt „ſupra dicta merito Spiritus S. uni„verſis gentibus præcipit, ut de Dilecto Chri„ſto lætitiæ Symbola conferant plaudendo „manibus, ac ſi nuptiæ ſponſi & ſponſæ ce-

„lebra-

„lebrarentur, utque *Deo jubilent* ob partam de „inimicis victoriam: *quoniam Dominus excelſus* „*terribilis* regnans quaſi olim in ſolis cæleſti- „bus dæmone occupante terram, nunc per „Chriſtum. *Rex eſt terribilis* expulſo numi- „num errore *ſuper omnem terram: ſubjecit* enim „*populos ſub pedibus*. Apoſtolorum Chriſto Ec- „cleſias conſtituentium, & *electam*, ex gentibus „*hæreditatem ſuam ſpeciem* ſeu gloriam eam præ- „dicentis *Jacob* illis diſtribuit, quin etiam „*principes populorum* idola colentes in unam „Eccleſiam *congregati*, & populi *Dei Abraham* „facti ſunt.

Canticum Pſalmi filii Core XLVII.

v. 1. „*Magnus Dominus & laudabilis valde* &c. „Filii Core in hoc cantico hym- „num pro Eccleſia emittunt ei, qui de inimi- „cis victoriam reportavit, & Eccleſiam ſuam „a dura ſervitute liberavit, unde *magnus Do-* „*minus* in omnibus ſuis perfectionibus & *lau-* „*dabilis valde in civitate Dei noſtri*, id eſt, Ec- „cleſia fundata *in monte ſancto*, ſcilicet Chri- „ſto, quæ etiam ad *latera Aquilonis*, quæ „olim idololatræ incolebant, *cum exultatione* „diffuſa, & ibidem *civitas Regis magni* Chriſti „*fundata eſt*. Atque in hac civitate & *in do-* „*mibus* ſeu Eccleſiis *ſuis* per diverſas regiones „Deus *cognoſcetur*, cum ſcilicet irrumpenti- „bus inimicis civitati huic & *domibus ſuis* pa- „trocinabitur, & *ſuſcipiet eas:* Et licet *reges* „contra Eccleſiam ad eam deſtruendam *con-* „*gregentur & conveniant*, *videntes* tamen quod

Canticum Chriſto victori.

„nihil damni illi inferre poſſint, *admirabun-*
„*tur*, & ut Dei adverſarii *conturbabuntur*, *com-*
„*movebuntur*, *tremor apprehendet eos*, *& dolo-*
„*res parturientis* patientur, & *in Spiritu vehe-*
„*menti naves* ſeu divitiæ & dominatus regum
„*Tharſis conterentur*. Quæ omnia modo im-
„pleta cernimus, & *ſicut audivimus*, per pro-
„phetas, *ſic vidimus*: nam *ſecundum nomen tuum*,
„*ſic & laus tua* exiit per prædicationem Evan-
„gelii *in fines* omnes *terræ* ſine acceptione
„perſonarum, *quia juſtitia plena eſt dextera tua*.
„*Lætetur* igitur *mons Sion* Chriſtus, *& exultent*
„*filiæ Sion* Apoſtolorum & Evangeliſtarum cho-
„rus *propter judicia tua Domine*, quorum mini-
„ſterio omnibus ſalutare Evangelium annun-
„tiatum eſt. Vos autem Angeli *circumdate*
„*& complectimini* ſeu defendite Eccleſiam, *nar-*
„*rate* ſeu numerate *turres* Præpoſitos ejus, &
„*diſtribuite domos ejus* cuſtodiendo Eccleſias il-
„lis commiſſas, *ut* virtutes Dei *enarretis in*
„*progenie altera*, *quoniam hic eſt Deus Deus no-*
„*ſter in æternum*, *ipſe reget nos in ſæcula*.

In finem filii Core Pſalmus XLVIII.

Severitas divini judicii.

v. 1. „ *Audite hæc omnes gentes* &c. Filii Core
„in hoc pſalmo de conſummatione
„præſentis vitæ, & divini judicii teſtimonium
„ferunt, & ad ad hæc audienda omnes *ter-*
„*rigenas pauperes & divites* invitant, nam *os*
„*meum*, ait chorus Prophetarum, *loquetur*
„*Sapientiam*, Chriſtum, & *parabolas* ab eo pro-
„poſitas *prudenter* explicabo, qui Chriſtus ju-
„dex erit in *die mala* judicii, quando *iniquitas*
„*cal-*

lentiæ ſeu operum noſtrorum *circumdabit* nos, & *frater fratrem non redimet*, quia ſinguli ercedem ſuam recipient, nec dabit quisuam pro ſe Deo *placationem* in illa die, nee *pretium*, deponet quaſi pro ſua *redemptione*; ſed qui bene *laborabit* in præſenti vita, in ternum *vivet*, nec videbit interitum, cum erit *inſipientes morientes & intereuntes*: hiim *relinquent alienis divitias ſuas*, & ex ternis poſſeſſionibus, nihil referent niſi ſepulrum; *Tabernacula* autem *eorum*, in quibus vi habitabant, ad alienos venient, & tra-ntur in *generationem & generationem*. Præterea impii, qui noluerunt bono paſtori ſubdi, *pecora* mortis erunt, quos abducet in gnem *æternum*, & auxilium ſeu *robur & gloriam eorum* infernus antiquabit. *Pii autem matutina* luce donati impiis dominabuntur, „nam *anima* juſtorum omni tempore *confitetur* „ſeu benedicit Deo, peccator autem tunc ſo„lum confitens benedicet Deo, cum quid *boni* „*ſibi a Deo obvenerit*.

Pſalmus Aſaph XLIX.

V. 1. „*Deus deorum Dominus locutus eſt* &c. *Adventus Chriſti ad judicium.*
„Aſaph in hoc pſalmo Iſraelis ab-
„jectionem, & in omnes gentes diſperſionem
„vaticinatur, & ait Deus *deorum Dominus lo-*
„*cutus eſt* per Evangelium ſuum, ad quod *vo-*
„*cavit* omnes, & obedientibus promiſit *ſpeciem*
„*decoris ex Sion* cæleſti, inobedientibus vero
„*manifeſte veniet*, & ſententiam damnationis in
„eos proferendo *non ſilebit* ſicut in primo ſuo
„ad-

„adventu, ſed *ignis in conſpectu ejus exardeſcet*
„& *cælum & terram* judicii ſui teſtes *advoca-*
„*bit*, dum juſte *diſcernit* & judicat *populum*
„*ſuum* per angelos ſuos *congregatum*, qui man-
„data Evangelica plus quam *ſacrificia* Judaica
„fecerunt: *numquid* enim, ait Deus, *mandu-*
„*cabo carnes taurorum* &c. imola mihi potius *ſa-*
„*crificium laudis*, & *redde altiſſimo vota tua. Pec-*
„*catori autem dixit Deus; quare tu enarras juſti-*
„*tias meas* &c. tu vero in malitia confidebas,
„& ſic affectus eras, ut putares, me geſta pro-
„bare tua, ac neminem eorum recordaturum:
„at ego te *arguens* omnia tibi ob oculos po-
„nam, ut his conſpectis pudore afficiaris.

In finem Pſalmus David L. cum venit ad eum Nathan Propheta, quando intravit ad Berſabee.

v. 1. „*Miſerere mei Deus* &c. *& amplius lava*
„*me ab iniquitate mea*, nam purga-
„tione legis præſtantior Baptiſmi virtus ani-
„mæ emundationem perficit. *Ecce enim in*
„*iniquitatibus conceptus ſum* non in iniquitatibus
„matris meæ, ſed ego in iniquitate natus
„ſum mortali indutus carne: & hæc dico,
„*quoniam veritatem dilexiſti. Aſperges me hyſ-*
„*ſopo & mundabor, lavabis me, & ſuper nivem*
„*dealbabor*. Hyſſopus vacuitatis affectuum ſym-
„bolum eſt, & ablutio cognitionem ſignificat:
„per vacuitatem affectuum mundamur, & per
„cognitionem dealbamur. *Averte faciem tuam*
„*a peccatis meis* &c. at non a meipſo, ſed quaſi
„ægrum curato. *Redde mihi lætitiam ſalutaris*
„*tui.*

„*tui.* Hebraice Jeſuach, quod manifeſte Sal„vatoris noſtri Jeſu nomen exprimit. *Sacrifi„cium Deo Spiritus contribulatus, cor contritum „& humiliatum* per pœnitentiam & confeſſio„nem *Deus non deſpiciet. Tunc acceptabis ſa„crificium juſtitiæ, oblationes & holocauſta, tunc „imponent ſuper altare tuum vitulos* ſcilicet juſti„tiæ, ſeu incruenta ſacrificia, quæ in Eccleſia „Dei per univerſum orbem offeruntur.

In finem intellectus David Pſalmus LI. cum venit Doec & nuntiavit Sauli: Venit David in domum Achimelech 1 *Reg.* 22.

v. 1. „*Quid gloriaris in malitia* &c. ita Da„vid Doec alloquitur, & poſtquam „illi in ſequentibus verſibus ſuam malitiam „exprobravit, denuntiat illi: *eradet te de taber„naculo tuo*, & juſti hoc videntes deridebunt „& dicent: *Ecce homo, qui non poſuit Deum vir„tutem ſuam, ſed ſperavit in multitudine divitia„rum ſuarum* &c. Quæ ad quemcunque in „malitia potentem dicta ſunt: cum econtra „juſtus in bonis operibus virens ſit velut oliva „fructifera in manu Dei per miſericordiam & hu„manitatem in omnes proximos: unde merito „*ſperat in miſericordia Dei in æternum, & in ſæcu„lum ſæculi* immortalitatem & vitam æternam, „quorum bonorum cauſam Deo adſcribit dicens: „*Confitebor tibi, quia feciſti* me olivam fructi„feram, abs te enim gratia; quare nunquam „finem faciam tibi gratias agendi & confiten„di, ſed *expectabo nomen tuum* & miſericor- *Peccatorum exitium.*

„diam

„diam tuam, quoniam *bonorum* auctor es *ſan-*
„*ctis tuis.*

In finem pro Maheleth intelligentiæ David LII.

Malitia hominum in adventu Chriſti deſtructa.

V. 1. *Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus.* Pſalmus hic prophetiam in finem, ſeu de futuro Meſſia continens pro Maheleth ſeu choro ſive chorea in adventu ipſius & intelligendo gaudio ab Eccleſia agendo inſcribitur, & inprimis deſcribit miſerrimum ſtatum hominum Atheorum, idololatrarum &c. ante Chriſti adventum, ita ut *Deus proſpiciens de cælo ſuper filios hominum, ut videret, ſi eſt intelligens aut requirens Deum, omnes de-*
„*clinantes & inutiles factos repererit, cum non*
„*fuerit, qui fecerit bonitatem usque ad unum.* Ju-
„re igitur iis comminatur qui ſeſe corrupe-
„rant, vel etiam contrariis poteſtatibus, qui
„devorant plebem ſuam commeſtione panis;
„nonne cognoſcent ultionem ipſis inferendam:
„ſane tempus erit, in quo *trepidabunt timore,*
„quando ovibus & fidelibus meis *nullus erit*
„*timor* in adventu meo, tunc diſſipabo *oſſa*
„ſeu vim *eorum, qui hominibus placent, confun-*
„*dentur, quoniam Deus reprobavit & ſprevit eos.*
„Porro *quis dabit ſalutare Iſrael,* & hæc omnia
„opere impleri ? ſcilicet Chriſtus, qui conver-
„tet captivitatem plebis ſuæ & tunc choreas
„agens *exultabit Jacob & lætabitur Iſrael.*

In

In finem in hymnis intellectus Davidi nunciaſſent Ziphæi Saul David abſconditus eſt apud nos LIII.

℣. 1. *Deus in nomine tuo ſalvum me fac* &c. David de manu Saulis divinitus ereptus in finem victoriæ hunc pſalmum de ſuo intellectu cecinit & ſalutem & opem petit in nomine Domini, ſi dignus judicetur a Deo. Addit autem *Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei* diſceptans quaſi de cauſa ſua coram Deo judice, & quidem ex hac ratione: *quoniam alieni* ſcilicet Ziphæi *inſurrexerunt adverſum me, & fortes,* Saul & comites, qui *Deum ſibi non propoſuerunt*, injuſte *quæſierunt animam meam.* Hæc oratio mox exaudita eſt: ecce enim, ait, *Deus adjuvat me* &c. avertet ſeu retribuet mala inimicis meis, *& in veritate ſua diſperdet illos.* Ideo *voluntarie ſacrificabo illi* . . *quoniam ex omni tribulatione eripuit me, & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.* *Oratio justi ad Deum in tribulatione.*

In finem in hymnis intellectus Davidi LIV.

℣. 1. „*Exaudi Deus orationem meam* &c. Dicta in hoc pſalmo Prophetica ſunt, „& in uno Salvatore noſtro in finem ſeu con„ſummatione ſæculi completa, & propter læ„tum finem paſſionis & redemptorum ſalu„tem in hymnis celebranda. Rogat ergo Da„vid Deum, ut ſe loquentem *exaudiat, obſecra„tioni* ſuæ *attendat*, nec eam *deſpiciat*, & oran- *Chriſti paſſio annuntiatur.*

„tis

„tis affectum conſideret, ſimulque vid
„quomodo *conturbatus*, & *exercitatus* ac an
„ſtiatus ſit ob facinora, *iniquitatem* & *con*
„*dictionem* contra Chriſtum commiſſa. (
„omnia ut propria ſibi adſcribens ait: *quon*
„*declinaverunt in me iniquitatem*, ſeu conſcri
„runt contra me impietatem, & *in ira* con
„rii *erant mihi*: ideo *cor meum conturbatun*
„*timor*, & *tremor venerunt ſuper me*, cum v
„rem, Chriſtum talia pati, & *tenebræ* ſeu l
„ror *contexerunt me*, a quibus ut me eriper
„*dixi*, *quis dabit mihi pennas ſicut columbæ*
„*avolem & fugiam* ab iis, qui talia in Chriſ
„auſi ſunt, & *maneam in ſolitudine*, ut *expe*
„*eum*, *qui ſalvum me facit a puſillanimitate*, (
„me invadebat, & *a tempeſtate*, quæ me in
„ceperat. Nam primam impietatem futu
„rum civitatis incolarum ex lingua eo
„profecturam video, quam in malo conſent
„tes exacuerunt contra Filium Dei: ſed tu
„mine *præcipita* ſeu diſſipa & *divide* in diſ
„diam *linguas eorum*, *quoniam vidi iniquit*
„& *contradictionem in civitate die ac nocte* per
„ſos teſtes contumelias coram Anna, Caip
„& Pilato illatas Chriſto, quem extra *m*
„in monte Golgotha, *in plateis* vero civit
„omni malorum genere *uſura & dolo* re
„bant, qui inſidias in Salvatorem ſtruxer
„inter quos peſſimus eſt Judas diſcipulus C
„ſti ejusque proditor, quoniam *ſi inimicus*
„*maledixiſſet mihi*, *ſuſtinuiſſem utique &c. Tu*
„*homo unanimis* cum talia contra Magiſt
„tuum egeris, id minime ferendum. Q
„merito ſuper perſecutores meos *veniet*

„ſpiritalis animæ *ſuper illos*, *&* *deſcendent in* „*infernum viventes* in notitia Chriſti peccantes, „*quoniam in habitationibus* conciliis & conver„ſatione eorum. Licet vero, ait Propheta ex „perſona Chriſti, me valde hæc contriſtent, „nihilominus *ad Deum clamabo*, *&* *Dominus* „*ſalvabit me: veſpere & mane & meridie narrabo* „ſalutarem finem eorum, *& exaudiet vocem* „*meam, & redimet in pace animam meam ab iis,* „*qui appropinquant mihi; non eſt illis commutatio* „ſeu reſipiſcentia, quia *non timuerunt Deum*: „Ipſe quidem extendit *manum ad retribuendum* „eis bona, ſed illi *contaminaverunt teſtamentum* „*ejus* Evangelicam legem reſpuentes, & *diviſi* „in omnes gentes ſunt *ab ira vultus ejus. Mol*„*liti ſunt ſermones* ejus Judæ Chriſtum oſculo „tradentis *ſuper oleum, ſed ipſi ſunt jacula.* Tu „vero, qui hæc auſcultas & bona facis, *jacta* „*ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet,* „nec patietur ut *fluctuationem* patiaris & deci„das: cum econtra perſecutores Chriſti *dedu*„*centur in puteum interitus*, & ne *dimidium* qui„dem *dierum ſuorum* exigent, cum interim *ego* „*ſperabo in te Domine*.

In finem pro populo, qui a ſanctis longe factus eſt. David in tituli inſcriptionem, quando eum tenuerunt Allophyli in Geth. 1 *Reg.* 27. *Pſalmus LV.*

V. 1. „*Miſerere mei Deus, quoniam conculcavit* „*me homo*, ſcilicet Saul, imo etiam „*conculcaverunt me inimici mei*, inviſibiles po„teſtates Saulem contra Davidem concitantes, „ſed *Oratio juſti pro auxilio Divino.*

„ſed *ego in te ſperabo in Deo laudabo,* ſeu canta„bo *ſermones* ſeu *hymnos meos, non timebo, quia* „*faciat mihi caro,* Saul. *Tota* quidem *die* inimic „mei *verba mea execrabantur,* loquendo & *co*„*gitando* de me *malum:* conveniebant etian „abſcondite, & calcaneum & veſtigia mea ob„ſervabant, *ſuſtinentes* ſeu expectantes animan „meam: Tu autem Domine ſpes mea me al „injuſta eorum conſpiratione *libera, & in in* „tua eorum ſuperbiam *confringe* & deprime „nam vitam meam & occulta mea omnia *an*„*nuntiavi tibi* & tu ſecundum *promiſſonem tuam* „*lachrymas meas* non repuliſti, & *cum invoca*„*vero te, inimici mei convertentur retrorſum,* qua„re *Deum meum celebrabo, in me* enim ſeu me„moria mea retineo *vota* ſeu promiſſa *mea,* qu„per *laudationes* meas *reddam* tibi, *quoniam eri*„*puiſti animam meam de morte* peccati, *& ped*„*a lapſu* inter idololatras, ut inter illos ti„*placito more* incederem, ductus a te & illu„ſtratus *lumine viventium,* quod recipientes fili„Dei efficiuntur.

In finem, ne diſperdas David in tituli inſcriptionem, cum fugeret a facie Saul in ſpeluncam. 1 *Reg.* 22. *Pſalmus LVI.*

Oratio Juſti ab impiis afflicti.

V. 1. „*Miſerere mei Deus, miſerere mei, quoniam* „*in te confidit anima mea* &c. it„orat David in ſpelunca Odollam, in *umbr*„*alarum* ſeu protectionis Dei *ſperans donec tra*„*ſeat iniquitas,* ſeu inſidiæ: *miſit* enim *de ſum*„*mo* Salvatorem *& ſalvabit me,* cum in *medi*„*catulorum leonum* Gethæorum *dormirem con*

„*tur-*

rbatar, quorum *dentes telum & ſagitta, &* *igua eorum gladius acutus* ob eorum calum- as & maledicta. *Exaltare* igitur *ſuper cæ-* Salvator mi, & *omnem terram* reple *gloria* *a*, ut ii qui *laqueum paraverunt pedibus meis,* *urvaverunt* ſeu afflixerunt *animam meam, &* *eam foderunt ante faciem meam, incidant in* *m.* Tu vero Domine vide *paratum cor meum* recipiendum Spiritum S. tuum, quo aſpi- nte, *cantabo & pſalmum dicam*, & propheta- . *Exurge* igitur *gloria mea*, ſeu prophetia; *rge pſalterium*, anima, *& cithara*, ſeu cor- s & ego *exurgam diluculo* luce divina illu- atus, & *confitebor tibi* in *omnibus gentibus*, *oniam magnificata eſt*, ſeu effuſa *ſuper cælos* omnes homines *miſericordia tua, & usque* *nubes veritas* ſeu providentia *tua*, *ideo ex-* *are ſuper cælos Deus, & ſuper omnem terram* *ria tua* eniteat.

finem, ne diſperdas David, in tituli in- *ſcriptionem Pſalmus LVII.*

„*Si vere utique juſtitiam loquimini, recta* „*judicate filii hominum.* Hortatur c pſalmus ſingulos, ut ne in finem diſper- nt, ſed fines ſuos obſervent, & ait, an ve- juſtitiam profiteamini, ex eo probabitur, od recta judicetis, ſi vero *in corde iniquita-* *operemini, injuſtitias manus veſtræ concinna-* *nt.* Verum ſcitote, quod Deum, nihil la- it, nam peccatores etiam antequam e *vulva* *utero* prodirent, novit Deus *falſa locuturos,* adinſtar *ſerpentis & aſpidis ſurdæ* ad verba

Objurgatio impiorum.

 „divi-

,,divina *aures obturaturos.* Verum *Deus con-*
,,*teret dentes eorum*, qui nihil prorſus *a leonibus*
,,diſcrepant, & ipſi *ad nihilum devenient tam-*
,,*quam aqua decurrens:* Inſuper *arcum ſuum*
,,Deus ulciſcens eouſque *intendet*, *donec infir-*
,,*mentur*, illi vero ignito telo confoſſi *ceræ in-*
,,*ſtar* ab igne liquefactæ *diſſolventur*, & ſicut
,,decidente igne ſoluta cera liqueſcit, ita illi
,,ab ingruente ira deſtruentur, ita ut nequi-
,,dem digni habeantur, qui *ſolem* juſtitiæ men-
,,tis oculis *perſpiciant*, ſed antequam *ſpinæ eo-*
,,*rum* accreſcant & *rhamnus* evadant, nuper
,,edita eorum ſpinea opera *ira* comprehendet
,,& *abſorbebit.* Juſtus econverſo *lætabitur in*
,,*juſta Dei vindicta*, & *manus ſuas lavabit*, ſed
,,impii caſtigatione *in ſanguine peccatoris* inno-
,,centiam ſuam conſervans, & *dicet*, *ſi utique eſt*
,,*fructus* ſeu merces *juſto*, *utique eſt Deus judi-*
,,*cans impios in terra.*

In finem, ne diſperdas David, in tituli in-ſcriptionem, quando miſit Saul, & cuſtodivit domum ejus, ut eum interficeret. 1 *Reg.* 19. *Pſalmus LVIII.*

Vindicta Dei in Chriſticidas.

v. 1. ,,*Eripe me de inimicis meis* &c. ita David
,,precatur a Saule & inviſibilibus ini-
,,micis Saulem contra ſe incitantibus in domo
,,ſua obſeſſus injuſte, nam ait, *neque iniquitas*
,,*mea, neque peccatum meum* hoc meruerunt, quia
,,*ſine iniquitate cucurri & direxi* greſſus meos
,,*Exurge* igitur *in occurſum* ſeu adjutorium *meum*
,,*& vide* afflictionem meam. *Et tu Domine*
,,*Deus virtutum Deus Iſrael intende ad viſitandas*

,,ſe

convertendas *omnes gentes, & non miſerea- omnibus, qui operantur iniquitatem*, maxime verſus Chriſtum Salvatorem; hi *converten-* tandem *ad veſperam* in conſummatione ſæ- li, & *famem patientur ut canes* pane vitæ vati, deinde vero *ex civitate* ſua Jeruſalem facinora ſua in Chriſtum patrata per Ro- nos exturbabuntur, & ſic eveniet illis od *ore ſuo locuti ſunt*, *ſanguis ejus ſuper* s Joan. 19. & *gladio oris ſui* configentur, et putaverint, quaſi Deus *non audiret* aut dicaret; verum tu Domine *deridebis eos & nihilum deduces omnes gentes*, Ego autem *titudinem meam a vel per te cuſtodiam, quia ceptor meus es;* tu oſtendes mihi ultionem er inimicos meos, nec tamen illos occi- s ut videant gloriam Eccleſiæ Chriſti; ſed *perge* illos in omnem terram ſine rege, ſa- dote, Propheta, & ita *depone* gloriam eo- n propter *delictum oris eorum, & ſermonem iorum ipſorum*, quo per falſos teſtes & ca- nnias Chriſti mortem a Pilato obtinue- it, ut ita *comprehendantur* in vel cum *ſu- bia ſua, & de execratione*, maledicto *& men- tio annuntientur* ſive redarguantur, *in ira ſummationis*, ſeu noviſſimo die, & poſthac n ſint priori apud Deum in honore & amo- : ita *ſcient quod Deus Chriſtus dominabitur cob, & finium terræ*, cum diſperſi in om- s gentes inſtar *canum* famelicorum *eſcam ærent* vivificam, *quam* non invenientes *mur- rabunt*, dum interim ego *cantabo fortitudi- m tuam* &c.

In finem ipſi David cum ſuccendit M
potamiam Syriæ. 2 Reg. 8. Pſalmus LIX.

Judæorum reprobatio & gentium converſio.

v. 1. „*Deus repuliſti nos & deſtruxiſti nos*
„David cum inimicos ſuos tri
„phaſſet, Spiritu Sancto repletus vatic
„tur ea, quæ in finem poſt adventum C
„ſti Judæi perfidi paſſuri ſint; ſcilicet, eos
„*repellendos & deſtruendos*, in *ira* ſua, licet
„ſine *miſericordia* avertendos, terram eo
„per Romanos *commovendam*, *dura illis oſten*
„*da*, & *potandos vino compunctionis* ſeu mor
„tis conſcientiæ & tribulationis, illis aut
„qui ad Chriſtum convertentur hæc anr
„tiat, quod *dabit* illis Deus *ſignum*, *ut fug*
„*a facie arcus* hoſtium ſuorum, & *libere*
„*dilecti ſui*, & *ſalvi fiant* per Chriſtum; q
„*Deus locutus eſt*, ſeu promiſit *in ſancto Ch*
„ſuo, ſcilicet, *exaltabor & dividam Sichim*
„ſeu Samariam, in qua multi in Chriſtum
„dentes, & poſtea plurimi ab Apoſtolis
„eum converſi Spiritum S. a Petro & Joa
„acceperunt, ſed etiam *convallem tabernac*
„*rum dimetiar*, id eſt Eccleſiis meis replebo
„filios *Manaſſis Galaad* incolentes, & *Ephr*
„*fortitudinem capitis* in Samaria principant
„*Judam*, & *Moab lebetem ſpei* meæ per aq
„regeneratum, *Idumæam* item & omnes
„*nigenas* Eccleſiæ meæ aggregabo. Hac
„inde Dei promiſſione perculſus David pr
„tur, ut & ipſe *in Idumæam* Chriſtianam
„Eccleſiam Chriſti tamquam *civitatem m*
„*tam*, & ſupra petram fundatam *deduca*
„quod cum nullus niſi *Deus*, *qui repulit perf*

„n

„*Judæos, nec cum eorum exercitibus egreditur*, „perficere poſſit, rogat: *da nobis auxilium in* „*tribulatione, quia vana ſalutis ſpes in homine* po„ſita, ſed *in Deo* ſolo *faciemus virtutem, ſeu* „fortiter, *qui ad nihilum deducet tribulantes nos.*

In finem in hymnis Davidi Pſalmus LX.

v. 1. „*Exaudi Deus deprecationem meam* &c. *Aſpirat ad regnum cæleſte.* „David hic quaſi extra corpus ſitus „ad regnum Chriſti aſpirat, & ulterius gemit, „*a finibus terræ* quaſi extra corporis ambitum „*ad te clamavi*, dum *anxiaretur cor meum, in* „*petra* Chriſto *exaltaſti me, quia factus es ſpes* „*mea*, ideoque *inhabitabo in tabernaculo tuo cæ*„*leſti in ſæcula, quoniam exaudiſti orationes meas*, „*& dediſti* promiſſam æternam *hæreditatem om*„*nibus timentibus nomen tuum*, ſiquidem *dies ſu*„*per dies regis* & fidelium tuorum *adjicies* &c. „Et quia *miſericordia & veritas tua* me ſemper „communiet, *pſalmum dicam nomini tuo, & vota* „ſeu promiſſa *mea* ſemper *reddam.*

In finem pro Idithum Pſalmus Davidi LXI.

v. 1. „*Nonne Deo ſubjecta erit anima mea* &c. *Exhortatio ad patientiam.* „David hunc pſalmum Idithum tra„didit ad meditandum, ut eo in calamitate „ad medelam uteretur, unde ei auctor eſt, ut „ſecum dicat, *nonne Deo ſubjecta erit anima* „*mea, ab ipſo enim ſalutare meum*: ſed quia „in tentationibus ſe aliquantum fractum ſen„ſit, ſtatim proponit: *non movebor amplius.* „Unde fruſtra veſtris tentationibus *in me* quaſi

„*in murum jam inclinatum & maceriam depul-*
„*ſam irruitis* ad interficiendum me & *pre-*
„*tium meum* ſeu bravium meum apud Deum,
„*cogitatis repellere*, ſeu auferre, ad quod *in ſiti*,
„*ſeu* vehementer *curro* & aſpiro, & fruſtra *ore*
„*veſtro benedicitis* ſeu adulamini mihi, & *cor-*
„*de veſtro mihi maledicitis*, nam *Deo ſubjecta eſt*
„*anima mea, quoniam ab ipſo patientia mea, non*
„*emigrabo*, id eſt, non fallar, *quia ipſe Deus*
„*meus* &c. & in hoc *ſperate omnis congregatio*
„*populi* &c. nam *vana eſt ſpes in filiis hominum*,
„qui *mendaces ſunt in ſtateris* juſte judicandis,
„ita *ut decipiant vanitatem* adminiſtrantes. Qua-
„re *nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite*
„*concupiſcere, divitiæ ſi affluant, nolite cor ap-*
„*ponere. Semel* quippe *Deus locutus* eſt, ſed
„ego *hæc duo audivi* per Prophetas & Apo-
„ſtolos, & ſermonem unum per vetus & no-
„vum Teſtamentum, ſcilicet, *quia poteſtas Dei*
„eſt ad adulciſcendum effrænes, & *miſericordia*
„ad ſalvandos ſperantes in ſe, *quia reddet uni-*
„*cuique juxta opera ſua*.

Pſalmus Davidi cum eſſet in deſerto Idu-mææ. 1 Reg. 23. v. 14. Pſalmus LXII.

Suſpirium animæ ad Deum. v. 1. „*Deus Deus meus ad te de luce vigilo*
„Cum David circumerraret in ſo-
„litudine Judææ, vel ut Græca legit, Idumææ,
„excitans ſuum erga Deum amorem, confite-
„tur ſe immortalitatis poculum ſitire, & qui-
„dem jam diluculo a nocturnis immunditiis
„mundus, unde ſubdit: *ſitivit tibi anima mea,*
„*quam ſimpliciter tibi caro mea, ſitit in terra in-*
„*via*

[illegible] & inaquoſa, ut appaream in ſanctuario tuo, [illegible] videam virtutem tuam & gloriam tuam, quo[illegible] melior eſt miſericordia tua in cœleſtibus [illegible]nis communicata ſuper vitas temporales [illegible] longos annos protracta. Quare totam [illegible] vitam, & omnia membra mea, & ſen[illegible] meos tibi conſecrabo, ſic labia mea lau[illegible]bunt te, & benedicam te in vita mea, ac [illegible]nus meas levabo ad te: animam vero meam [illegible]quam pinguiſſimam hoſtiam tibi dicabo [illegible] plenis labiis & ore gaudio repleto te cele[illegible]abo, quod tanto acceptius tibi erit, quia [illegible] & in matutinis meditabar de te, & prote[illegible] alis tuis anima mea adhæſit poſt te unus [illegible]aſi ſpiritus tecum effectus, & hoc per gra[illegible] tuam, quia dextera tua ſuſcepit me. Ini[illegible]ci interim mei in vanum quæſierunt animam [illegible], ideo introibunt in infernum, tradentur in [illegible]anus mortis, & præda vulpium infernalium [illegible] dæmonum erunt. Rex vero lætabitur in [illegible], quia in Deo ſpem ſuam poſuit, ac quis[illegible]uis hac de re juravit, ut bene prolato jura[illegible]ento laudabitur, quia obſtructum eſt os lo[illegible]entium iniqua.

In finem Pſalmus David LXIII.

1. „Exaudi Deus orationem meam cum de„precor &c. David hic contra ini[illegible]micos ſuos Dei opem implorat, & rogat ſe [illegible]rotegi a conventu malignantium, qui exacue[illegible]unt ut gladium linguas ſuas &c. firmaverunt [illegible] ſermonem nequam &c. Sed accedet homo [illegible]erfectus corde alto munitus & eos diſſipa„bit, *Oratio contra perſecutores.*

„bit, & *Deus in hoc exaltabitur, eorumque ſa-*
„*gittæ infirmæ, plagæ* eorum ſicut *parvulorum,*
„& *linguæ eorum infirmabuntur:* quod videntes
„in malitia & ſcientia inferiores, *conturbati*
„*ſunt, & annuntiaverunt opera Dei*, quæ homi-
„nibus juſtis præſtat, & *facta ejus* ac partam
„victoriam *intellexerunt*, cum interim *lætabitur*
„*juſtus in Domino* &c.

In finem Pſalmus Canticum David LXIV.

Bona per adventum Chriſti collata.

V. 1. „*Te decet hymnus Deus in Sion* &c. Pſal-
„mus hic prophetiam venturi Meſ-
„ſiæ complectitur, quem inprimis hic celebrari
„& celebrari *in Sion*, hoc eſt, in Eccleſia Dei
„vult, & *vota* ſeu bona opera promiſſa reddi;
„his enim redditis confidenter orare poſſumus:
„*exaudi orationem meam*, nam *ad te omnis caro*
„ſeu omnes homines relictis idolis venient,
„id eſt, *convertentur*. Equidem *verba iniquo-*
„*rum* idololatriæ auctorum *prævaluerunt ſuper*
„*nos*, ſed tu miſſo Chriſto Salvatore *impietati-*
„*bus noſtris propitiaberis*, & vere *beatus* eſt,
„*quem tu elegiſti & aſſumſiſti*; nam *habitabit in*
„*atriis tuis* in cælo, ubi *replebitur bonis domus*
„*tuæ*, *ſanctum* enim *eſt templum tuum* cæleſte
„*mirabile in æquitate*. *Exaudi igitur nos Deus*
„Salvator *noſter* &c. tu namque *accinctus po-*
„*tentia* montes ſeu malignas poteſtates *præ-*
„*paras* ad Supplicium, ab earum tyrannide
„homines liberans, & *profundum maris* & *ſo-*
„*num fluctuum ejus* turbam nationum *conturbas*
„ſeu compeſcis, unde *turbabuntur gentes*, & *ti-*

„*me-*

nebunt, qui habitant terminos terræ *a ſignis* *tuis*, inter quæ etiam ſunt ſequentia, ſcilicet quod ubique terrarum in Eccleſia Chriſti *matutinis & veſpertinis* horis *delectationes* ſeu laudes Deo vero decantentur, quod homines viſitatione tua dignatus es, qua infinita illis bona collata ſunt, uti *ubertas terræ* per *frugiferas pluvias* &c. maxime vero dona ſpiritualia *flumen Dei*, ſeu charismata S. Spiritus, *cibus* ſpiritualis animæ, ſeu Verbum Dei, *rivi* bonarum inſpirationum, quæ multa *germina* bonorum operum proferunt, *ſtillicidiis* gratiæ irrigata; præterea in *anno benignitatis* futuro, ſeu ſecundo Chriſti adventu *campi* ſeu fideles in inferiori vitæ gradu, *ubertate* replebuntur; *ſpecioſa deſerti*, ſeu animæ virtutibus florentes *pingueſcent*, *colles* denique ſublimioribus donis ornati *exultatione accingentur*: *Arietes* vero *ovium*, ſeu præpoſiti fidelium præſtantiſſimis virtutibus *induentur* ſeu ornabuntur, & ipſi etiam *valles* ſeu puſilli congruentes fructus dabunt, omnesque clamantes *hymnum* gratiarum actionis Deo *dicent*.

In finem Canticum Pſalmi LXV.

1. „*Jubilate Deo omnis terra* &c. Evangelicus hic pſalmus eſt, nam vocationem gentium complectitur, & præcipit omnibus terricolis, ut Deo *jubilent*, *pſalmum dicant nomini ejus*, *dent gloriam laudi ejus*, & dicant, *quam terribilia ſunt opera tua Domine*, de quibus *inimici tui* nihil dignum, nihil ſa- *Gratiarum actio pro vocatione gentium.*

„num,

„num, *nihil verum* efferre valent. Itaque *om-*
„*nis terra adoret te* &c. quin etiam omnes gen-
„tes *venite & videte opera Dei*, qui eſt *terribi-*
„*bilis in conſiliis pro filiis hominum*: ille nam-
„que *convertit mare in aridam* in mari rubro
„& Jordane, cujus aquas in Baptiſmo Chri-
„ſtus conſecravit, de quo merito *lætamur*.
„Ille *dominatur in virtute ſua in æternum*, &
„*oculi ejus* benigne ſuper ipſas etiam *gentes re-*
„*ſpiciunt*, dummodo non *exaltent ſemetipſas*.
„Quare *benedicite gentes Deum noſtrum, qui po-*
„*ſuit animam noſtram ad vitam, & non dedit la-*
„*bi pedes noſtros*. *Probavit* quidem Apoſtolos
„ſuos & Martyres, *igneque tribulationis eos pu-*
„rificavit, ſicut *purificatur argentum*, *induxit*
„*eos in laqueum* vincula & carceres, *poſuit tri-*
„*bulationes in dorſo eorum* per plagas & ver-
„bera, *impoſuit homines* perſecutores *ſuper ca-*
„*pita eorum*, ſed poſtquam hæc omnia permi-
„ſit Deus, & illi *per ignem & aquam tranſie-*
„*runt*, *induxit eos in refrigerium*, & quidem
„martyres conſummatos in requiem æternam,
„ſuperſtites vero in jucunda pace & libera-
„tione a perſecutione. Sic nimirum *introi-*
„*bunt Sancti in domum Dei in holocauſtis*, qui
„martyrium paſſi tanquam hoſtiæ Deo offe-
„rent, & *vota ſua* ſeu promiſſam in *tribulatio-*
„*ne* perſeverantiam Deo *reddent*, & alia *holo-*
„*cauſta medullata*, ſeu pinguia ſcilicet *ariete*.
„ſeu principes Eccleſiarum, *boves* animas in
„armentis Eccleſiæ conſtitutos, *hircos* in per-
„ſecutione lapſos ſuo exemplo ad martyrium
„excitatos ſecum Deo *offerent*. *Venite igitur*
„*audite & narrabo*, ait chorus electorum ad
„om-

omnes timentes Deum, quanta fecit animæ meæ: ipſum ore meo invocavi, & exaltata eſt confeſſio animæ meæ: iniquitatem omnem averſatus ſum; propterea exaudivit me Deus: pro quibus omnibus gratias agens dico, Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam, & miſericordiam ſuam a me.

In finem in hymnis Pſalmus Cantici LXVI.

V. 1. „*Deus miſereatur noſtri, & benedicat no„bis* &c. Chorus Apoſtolicus animadvertens magno ſibi opus eſſe ad fauſtum Evangelicæ prædicationis exitum Dei auxilio, quaſi ſibi accinendo precatur: *Deus miſereatur noſtri* &c. & ideo quidem, *ut cognoſcamus in terra*, omnibus ſcilicet hominibus *viam tuam* Evangelium & *ſalutare tuum* Chriſtum annuntiare. Præſta etiam ut *confiteantur tibi populi Deus* Judæi & *gentes*, per confeſſionem delicta & impietatem idololatriæ abſtergentes, ut purgati *lætentur & exultent, quoniam judicas* & regis *populos in æquitate, & gentes* in viam rectam *dirigis*. *Confiteantur* igitur & gratias agant tibi, quia *terra* ab Apoſtolis Evangelii ſemine conſperſa *dedit fructum ſuum* verum Deum agnoſcendo & colendo, qui proinde nos & eos *benedicat &* multiplicet & *metuant eum omnes fines terræ*.

Oratio pro felici ſucceſſu Evangelicæ prædicationis.

In

In finem Davidi Pſalmus Cantici LX

Triumphus & propagatio Eccleſiæ.

v. 1. „*Exurgat Deus & diſſipentur inimici*
„Hic pſalmus a Spiritu proph
„ex perſona Apoſtolorum pronuntiatus eſ
„quo orant, ut Evangelii curſum ſine
„perficiant, unde precantur: *exurgat Deu*
„*diſſipentur inimici ejus* maligni dæmones
„*fugiant*, *& ſicut fumus & cera a facie*
„*deficiant*, *juſti autem epulentur & exulte*
„*conſpectu Dei*, *cantent Deo*, *pſalmum dican*
„*mini ejus*, *& iter* faciant Chriſto, id eſt,
„manas animas præparent, illasque pura
„adventum ejus paratas efficiant, qui *aſc*
„*ſuper occaſum*, cum in carne ad homines t
„ſiit, & mortem vicit cujus *nomen* eſt *D*
„*nus*, ſive Ja cujus prima ſyllaba nomen
„indicat: In hujus *conſpectu exultandum*,
„eſt *pater orphanorum & Judex ac defenſo*
„*duarum*, & inſuper etiam *Deus in loco*
„*cto ſuo* habitans, a quo deſcendens pe
„ſumptam carnem ſequentia operatus eſt,
„inprimis *inhabitare fecit unius moris in d*
„quales ſunt, qui monaſticam caſtamque vi
„agunt, quorum primi fuerunt Salvatoris
„ſtri diſcipuli. Deinde *eduxit vinctos in f*
„*tudine*, ſcilicet eos, qui olim diabolicis
„culis falſorum deorum conſtringebantur,
„xit conceſſa peccatorum remiſſione,
„econtra inobedientes & ſe *exaſperantes in*
„peccatorum *ſepulchris* reliquerit. Item
„ipſe Deus, qui olim *egrediens in conſpectu*
„*puli ſui in deſerto diſtillavit* manna, aſcen
„ſuper occaſum *pluviam voluntariam* ſeu

„l

m Evangelicum *ſegregavit hæreditati* ſeu Ec-
ſiæ *ſuæ*, quæ ne *infirmaretur*, in immota
ei ſuæ petra *perfecta* & fundata eſt, in
ue *animalia ſua*, ſeu animas vita, quas
d ipſum eſt, donatas *habitare fecit*, &
, dona ſcilicet gratiæ ſacramenta &
rbum Dei *paravit*, quod *dedit evangelizan-*
s Rex virtutum Dilecti Dilecti ſeu dilectiſſi-
Unigeniti Filii Dei, qui Evangelizantes
mas adverſariis virtutibus ereptas tam-
m *ſpolia inter ſe diſtribuerunt*, ita ut Pe-
s has Paulus alias regiones obtinuerit,
quibus ſpoliis excellentiora donaria ad
iem domus Dei ſegregarunt. Atque his
s prædicatoribus Divinarum ſcripturarum
itas & intellectus promittitur, ſcilicet:
lormiatis inter medios cleros, ſeu ſi verſe-
i in lectione veteris & novi Teſtamenti,
e ſunt cleri ſeu ſortes Eccleſiæ, *pennas*
mæ deargentatæ ſeu verba Spiritus S.
occulta myſteria quaſi *poſteriora* & abſcon-
a *in pallore auri* reperietis, & cum *cæle-*
rex prædictam columbam iſtam, ſeu Spi-
m S. *regibus*, id eſt, Apoſtolis & aliis
is *diſcernet* ſeu donabit, adinſtar *nivis in*
te Selmon dealbabuntur ita ut nec *montes*
ulatos illi ſimiles *ſuſpicari liceat*, nam
ſolus mons, *in quo beneplacitum eſt Deo*
itare, & in quo Pater *habitabit in finem*
eternum, quia Pater in Filio & Filius in
re, & quia Filius eſt pax noſtra *mons Sel-*
, ſeu pax dicitur. Porro licet in mon-
ſto ſeu Filio omnis plenitudo paternæ
nitatis habitet, non eſt tamen ſola ejus
npoſ-

„poſſeſſio, ſed habet etiam alias ſibi ſubditas „virtutes numero infinito *decem multiplicia mil-* „*lia lætantium* & eum laudantium, quæ cur- „rui ſuo adjunxit, & inter quæ *Dominus in* „*Sina in ſancto* in terris & carne viſus quaſi „aurigans medius verſatur, qui poſtquam e „terris *aſcendit* in cælum *captivam duxit capti-* „*vitatem*, ſpolia illa, quam Apoſtoli ſui divi- „ſerant, & largiente Patre *dona accepit in ho-* „*minibus*, ex quibus Eccleſiam ſuam conſti- „tuit, in qua etiam inter quosdam *non cre-* „*dentes* & poſtea modo converſos *inhabitavit*.

„Pro his ergo beneficiis chorus Apoſtoli- „cus largitori eorum benedicit his verbis: „*Dominus Deus benedictus, benedictus Dominus* „*quotidie*, *proſperum iter* ad eum *faciet nobis* „*Deus ſalutarium noſtrorum* ſeu Salvatoris no- „ſtri Jeſu, *Deus noſter Deus* in Salutem, & „*Dominator mortis*, a qua *exitum* reſurgendo „aperuit. Atque hic *confringet capita inimico-* „*rum ſuorum* dæmonum *verticem* hominum ſu- „perborum perambulantium *in delictis ſuis*. „Præterea promittit Chriſtus: *ex Baſan* ſeu „per ignominiam paſſionis meæ *reverti faciam* „*ex profundo maris* iniquitatis animas illic de- „tentas, & cum inimicos meos conteram *in-* „*tingetur pes meus ſanguine* eorum, & *lingua* „*canum meorum* cuſtodum Eccleſiæ, ſeu ultri- „cium virtutum *lambent* quodammodo *eum*. „Hos ingreſſus Dei & Regis noſtri viderunt „in ſpiritu Prophetæ, eos prænuntiantes, an- „tequam Apoſtoli oculati eorum teſtes fierent; „quos *præveneruut Principes* quidam *conjuncti* „*pſal-*

ſtentibus, uti David, & alii hæc prophe-
ttes in medio juvencularum tympaniſtriarum,
icet ſynagogæ, nonniſi corporea inſtru-
nta uti tympana, & corporea legis præ-
ta demirantis. Quare in illis non quie-
ndum ſed de fontibus Iſrael & Propheticis
Chriſto teſtimoniis in ejus Eccleſiis expli-
is Dominus benedicendus eſt, in quibus
njamin adoleſcentulus in mentis exceſſu, ſeu
ulus junior cæteris Apoſtolis raptus in
tium cælum, item principes Juda, princi-
Zabulon, principes Nephtali, id eſt, alii
oſtoli ex his tribubus oriundi imperent:
Manda igitur virtuti tuæ Deus, ut his
is cooperetur, & confirma, quod operatus
in nobis & futurum prædixiſti, & fac ut
ſa perficiatur, ſcilicet, ut ad templum
m in Jeruſalem cæleſti tibi offerant reges
beati cum Chriſto ſummo ſacerdote mu-
a: Increpa feras arundinis malignos dæ-
nes, & vaccas populorum Judæos Evan-
ium perſequentes & a ſpe cælorum ex-
dentes ſanctos tribulationibus adinſtar ar-
ti probatos. Diſſipa etiam gentes bella &
ſecutiones fidelibus moventes, ita fiet ut
yptus & Æthiopia oriens & occidens ad
riſtum convertantur, & omnia regna illi can-
& pſallant, qui ad cælum cæli ad orientem
ndit, qui dabit voci ſuæ ſeu Evangelio effi-
iam, & virtutem, quæ & magnificentia ejus
nbibus, ſeu Apoſtolis & Evangelii præ-
ctoribus elucet, in quibus & ſanctis ſuis
abilis eſt, benedictus Deus.

In finem pro iis, qui commutabuntur David LXVIII.

Oratio Chriſti in ſua paſſione.

v. 1. „Salvum me fac Deus &c. Pſalmu
Prophetia eſt ex perſona Salva
„noſtri enarrantis ea, quæ ſibi contigerun
„prædictio eorum, quæ Judæis poſt ta
„auſus illata ſunt. Orditur itaque Chı
„orationem ad Patrem his verbis, Salvum
„fac Deus, quoniam aquæ intraverunt tent
„num & vexationum usque ad animam m
„infixus ſum in limo profundi afflictionum
„ſubſiſtere non poſſum &c. Laboravi vel
„fatus ſum clamans in cruce, & per diſcij
„meos ad omnes, raucæ factæ ſunt fauces
„perſeverando in clamore, defecerunt oculi
„dum ſpero a Deo opem contra inimicos n
„qui odientes me multiplicati ſunt ſuper ca
„capitis mei, confortati ſunt, qui perſecuti
„me injuſte, & quæ non rapui exſolvebam g
„ſine injuria ulli illata ſupplicium lu
„nam tu Deus ſcis inſipientiam meam, ſeu
„cem, quæ gentibus ſtultitia videbatu
„ſi quæ in me delicta eſſent cruce digna,
„non eſſent abſcondita. Quia ergo ſapie
„hujus ſæculi crucem meam deſpiciunt,
„qui eam venerantes ſuſcipiunt, nec me e
„ſcunt expectantes & ſperantes in te non con
„permittas, nam propter te, quia tu me pr
„lute hominum ſatisfacere voluiſti opprob
„crucis ſuſtinui, operuit ignominia faciem m
„extraneus factus ſum fratribus meis diſcij
„meis, qui me relicto fugerunt, & peregr
„filiis Judæis matris meæ Synagogæ, qui

„dæmonium habere, dixerunt: hæc autem „omnia ideo ſuſtinui, quia *Zelus domus tuæ* „*comedit me*, dum eos qui domum Dei do- „mum negotiationis faciebant e templo ejeci, „& *quia opprobria* Scribarum & Phariſæorum „mala ſua vita Deum offendentium coargui. „Cum videbam vero, eos nullo ſenſu moveri, „eorum perniciem deplorans *operui in jejunio* „*animam meam*, ſed *factum eſt in opprobrium* „*mihi*: cum vellem porro exemplum pœniten- „tiæ ipſis proponere, *ponebam veſtimentum cili-* „*cium*, at illi hæc deridentes pro *parabola* „me habebant, & ad *portas ſuas ſedentes ad-* „*verſum me loquebantur*, & *vino ebrii cantilenas* „in me edebant. *Ego vero orationem meam* „ad te fundebam dicens: *tempus beneplaciti* ſeu „reconciliationis nunc eſt, *in multitudine mi-* „*ſericordiæ tuæ exaudi me*, *in veritate ſalutis* „*tuæ* ſalva me: *Eripe me de luto* mortis vel „malorum, *ut non infigar. Libera me ab iis* „*qui oderunt* me, *non me demergat tempeſtas* „*aquæ* tribulationis, *neque abſorbeat me profun-* „*dum*, *neque urgeat* ſeu occludat *puteus* mortis „*os ſuum*, ne revertar.

„*Exaudi me Domine* &c. Chriſtus ulterius „Patrem rogat: *Tu enim*, ait, *ſcis improperium* „*meum* &c. *dederunt in eſcam meam fel*, & *in* „*ſiti mea potaverunt me aceto*, in paſſione mea „*Joan.* 19. *v.* 28. Et propter hæc ſcelera eo- „rum *fiet menſa eorum*, ſive lectio S. Scriptu- „ræ ipſis *in laqueum*, utpote quarum ſenſum „non intelligentes ad non credendum Chri- „ſto ſeducentur, & *in retributiones*, quia prop-

„terea juſtas pænas luent, *& in ſcandalum*, „quod de Chriſti paſſione ſument: *obſcurabun*-„*tur oculi eorum*, ne veritatem *videant*, *dorſum* „*eorum* a Romanis *ſemper incurvabitur*, quia „*Deus iram ſuam ſuper eos effundet*; *fiet habi*-„*tatio eorum* Jeruſalem *deſerta*, *& in tabernacu*-„*lis eorum non erit qui inhabitet*, quia funditus „exſcindentur, quia quem *Deus percuſſit*, & „pro peccatis noſtris tradidit, *perſecuti ſunt*, *&* „*ſuper dolorem vulnerum inflictorum* blaſphe-„mias *addiderunt*, unde *iniquitates ſuas* etiam „in filios ſuos propagarunt, & ſibi *appoſue*-„*runt*, *& non intrabunt in juſtitiam*, gratiam & „regnum tuum, ſed *delebuntur de libro viven*-„*tium*, *& cum juſtis non ſcribentur*. *Ego autem*, „pergit Chriſtus *ſum pauper*, *ſed ſalus tua Deus* „poſt mortem *exaltabit me*. Ideo *laudabo no*-„*men Dei cum cantico*, *& magnificabo eum in* „*laude* & gratiarum actione, quæ Deo magis „*placebit quam ſacrificium vituli novelli* pro pec-„cato. *Videant* ergo hæc omnia prædicta „*pauperes* mei diſcipuli *& lætentur*, *quærant* „*Deum & vivet anima eorum*, *quoniam exaudi*-„*vit pauperes Dominus*, quem proinde *laudent* „*cæli & terra* &c. *quoniam Deus ſalvam faciet* „*Sion* Eccleſiam ſuam, *& ædificabuntur civita*-„*tes Juda* per Evangelicam Chriſti doctrinam, „in iiſque *habitabunt hæredes* promiſſorum in „Divinis Scripturis, *& ſemen ſervorum*, diſci-„pulorum ejus Chriſti *poſſidebit eam*, *& qui di*-„*ligunt nomen ejus habitabunt in ea*. Vel etiam „per civitates Juda cæleſtis Sion intelligi po-„teſt, in qua multæ manſiones ab electis hæ-„reditabuntur.

In finem ipſi David in rememoratio- nem LXIX.

v. 1. „*Deus in adjutorium meum intende, Do- „mine ad adjuvandum me feſtina*: „ita orat David in rememoratione gravium „ſuarum ærumnarum, & Chriſtus in paſſione „ſua, & mox addit: *confundantur & reverean- „tur, qui quærunt animam meam* &c. Econtra „*exultent & lætentur ſuper te omnes* credentes „*& quærentes te, & dicant ſemper, magnificetur „Dominus, qui diligunt* Chriſtum *ſalutare tuum*, „*Ego vero egenus & pauper ſum, Deus adju- „va me* &c. *Oratio tribulati.*

Pſalmus LXX.

v. 1. „*In te Domine ſperavi, non confundar in „æternum* &c. Quæ in Pſalmo di- „cuntur, ex perſona Chriſti, ſive cujuslibet „juſti accipienda ſunt, & doctrinam comple- „ctuntur, quæ nos inſtituit, ut in uno Deo „ſpem noſtram ponamus, ita ut ſincero af- „fectu dicamus: *In te Domine ſperavi* &c. & „quia bonorum mihi conſcius ſum, in *juſtitia „tua libera me & eripe me* &c. Tu enim es „*protector, locus munitus, firmamentum* & *refu- „gium meum tantum eripe me de manu pecca- „toris*, ne illi ſimilis fiam, nam in te *confir- „matus ſum ex utero, & de te cantatio mea ſem- „per* nullo enim non tempore Chriſtus Pa- „trem laudavit, unde multi eum *prodigioſum* „habuerunt, maxime cum mortem crucis ſu- „biret, in qua *Deus illi adjutor* fuit. *Replea-* *Spes in ſolo Deo collocanda.*

„*tur* ergo *os meum laude*, *ut cantem gloriam*
„*tuam*, *tota die magnitudinem tuam;* nec me
„*deſeras in tempore ſenectutis*, *nec cum defecerit*
„*virtus mea*, quando *dicent inimici mei*, *perſe-*
„*quimini & comprehendite eum*, *tunc Deus ne*
„*elongeris a me* &c. Sed *deficiant detrahentes*
„*animæ meæ*, *ego autem ſemper ſperabo*, *& adi-*
„*iciam ſuper laudem tuam* novum Teſtamen-
„tum, *& annuntiabit os meum juſtitiam tuam*,
„ſeu legem Evangelicam, in qua non *littera-*
„*turam* ſeu litteram legis Moſaicæ *docebo* &
„ſectabor, ſed in *potentia Domini* ad Eccleſias
„in toto orbe omnes populos Judæos & bar-
„baros congregabo: quia ita *docuit* me *Pater*
„meus, *a juventute mea*, & in omnes *futuras*
„*generationes pronuntiabo mirabilia tua* &c. &
„licet mihi *oſtendas tribulationes multas & ma-*
„*las*, *converſus tamen vivificabis me*, *& de abyſ-*
„*ſis terræ & mortis reduces me*, *& multiplica-*
„*bis magnificentiam meam* per prædicationem
„nominis mei in omnibus gentibus. Ita *con-*
„*fitebor in vaſis pſalmi* per populos in tota Ec-
„cleſia pſalmos canentes *veritatem tuam;* ſed
„& *lingua mea*, ſeu prædicatores mei, *medita-*
„*bitur tota die juſtitiam tuam*, ſeu legem & S.
„Scripturam tuam, *cum confuſi & reveriti* ſeu
„pudore affecti *fuerint*, *qui quærunt mala mihi*.

In Salomonem LXXI.

*ropheti*a* *e regno* *hriſti.* v. 1. „*Deus judicium tuum regi da*, *& juſtitiam*
„*tuam filio regis*. Pſalmus hic Pro-
„phetia eſt de regno Chriſti in figura Salomo-
„nis deſcripto, ex quo Chriſtus ortus eſt, &
„tres

es perſonas declarat, Deum, cui oratio-
m emittit; Regem, videlicet Filium Dei,
iem in univerſa terra regnaturum promit-
: hominem ex ſemine David & Salomonis
ſciturum: precàtur itaque Propheta: *Deus*
dicium tuum Regi da, ſcilicet Unigenito Ver-
tuo, quia enim judicaſti, ut in terris vi-
retur & regnaret, hoc judicium ad ter-
inum deduceretur; *juſtitiam* item *filio regis*
avidis Chriſto concede, *judicare populum*
um in juſtitia & pauperes tuos in judicio, *ſu-*
piant montes pacem populo & colles juſtitiam,
eſt, Angelorum chorus & his ſuperiores
rtutes, quæ cum populo gentili inimicitias
ibebant, cum eo poſt adventum Chriſti
cem habebunt, ubi converſus fuerit, hos
iam pauperes Apoſtolorum pauperum ſpi-
uales *filios ſalvos in judicio ſuo faciet*, &
rſecutores eorum *humiliabit*, cum econtra
ctrina Chriſti *ſicut ſol & luna* totum orbem
que ad conſummationem ſæculi illumina-
t. *Deſcendet autem* Meſſias Chriſtus quiete
mine advertente *ſicut pluvia in vellus*, &
ut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram: Item
ietur in diebus Meſſiæ *juſtitia & abundan-*
pacis divinæ, *donec auferatur luna* in con-
mmatione ſæculi, & *dominabitur a mari*
que ad mare, & *a flumine* Jordane *uſque ad*
minos orbis terrarum in Eccleſia ſua, ita
etiam *Æthiopes coram illo procidant*, &
imici ejus terram & fædas voluptates *lin-*
nt, cum econtra *Reges Tharſis & reliqui*
adoraturi & munera oblaturi ſint: *quia*
erabit pauperes Apoſtolos *ab inimicis poten-*

 „tibus,

„*tibus*, *ex uſuris & iniquitate* per pretioſum „ſuum ſanguinem *redimet animas eorum*, *& honorabile nomen eorum ob martyrium* perpeſſum „*coram illo*, *& vivet & dabitur ei de auro arabiæ* a „tribus magis, *& adorabunt ipſum ſemper* : & „Eccleſia ejus fundabitur *in ſummis* Apoſtoli„cis prædicationibus, & *fructus ejus* ſeu fide„les *ſuperextolletur*, ſeu multiplicabuntur *ſuper* „*fructus Libani*, *& ſuper foenum terræ*, & ſic „*benedicetur nomen ejus* apud omnes gentes „*fiat*, *fiat*.

Pſalmus Aſaph LXXII.

Impiorum felicitas malo fine terminatur.

V. 1. „*Quam bonus Iſrael Deus* &c. Hic „pſalmus eſt Aſaphi Prophetæ „Davidi coætanei, & infauſtum impiorum exi„tum, & optimum piorum finem deſcribit. „Unde ait: *Quam bonus Deus*, ſed hoc ſolum „fideles & recti corde agnoſcunt, qui licet „ſubinde *turbentur*, ſi *pacem* & felicitatem im„piorum *videant*, ita ut nec horrenda *morte* „decedant, & ſi quando *plaga* vel morbo de„cumbant, *brevi curentur*; neque *ſint in labori„bus hominum*, labore victum ſibi quærendo, „nec uti cæteri *homines affligantur*, unde in „*ſuperbiam efferuntur* & *in impietate* ſemper cre„ſcunt, *affectus cordis ſui* ſequuntur, & blas„phema *in Deum* verba *loquuntur*. Hæc vi„dens juſtus ſubinde turbatur: verum recol„ligens ſe ab his utilitatem capit, convertit „*ſe ad Deum*, *& dies pleni bonis operibus in eo* „reperiuntur, & quanquam forte cogitet: *Quomodo ſcit Deus* &c. has tamen cogitationes

„nulli

„nulli *enarrat*, *ne generationem juſtorum repro-*
„*bare* videatur, ſed exiſtimat, hanc rem *labo-*
„*re humano cognoſci non poſſe*, ſed tunc demum,
„quando *intrabit in ſanctuaria Dei*, *ubi impio-*
„*rum noviſſima intelliget*. Cumque juſtus huic
„cogitationi acquieſcet, cognoſcet, quomo-
„do impios *propter dolos eorum* non diu po-
„ſtea *dejecturus ſit Deus*, poſtquam *in ſubli-*
„*me evecti* fuerant, & quomodo *velut ſomnium*
„*ſurgentium* felicitas eorum ad *nihilum redi-*
„*genda ſit in civitate cœleſti*. Atque ad hanc
„civitatem aſpirans juſtus dicit: *Inflammatum*
„*eſt cor meum*, *& renes mei* ſeu profunda &
„affectus animæ meæ *commoti ſunt*, & cum
„*quaſi ad nihilum redactus* & brutum *jumentum*
„providentiæ tuæ circa impios rationem at-
„tingere non valens fluctuarem, tu *Deus eras*
„*ſemper mecum tenuiſti manum dexteram meam*,
„ac poſt memoratas turbationes ſine periculo
„*deduxiſti*, & *cum gloria ſuſcepiſti me: Quid*
„*enim mihi eſt in cœlo*, *& a te quid volui ſuper*
„*terram* &c. Sciebam namque, quoniam *qui*
„*ſe elongant a te peribunt*, *& perdes omnes*, *qui*
„peccato conſentientes te animæ ſponſo reli-
„cto *fornicantur abs te: mihi autem tibi Deo ad-*
„*hærere bonum eſt*, *& ponere in te ſpem meam*,
„*ut annuntiem omnes* laudes *tuas*, cum ad *por-*
„*tas filiæ Sion* cæleſtis admiſſus fuero.

Intellectus Aſaph LXXIII.

v. 1. „*Ut quid Deus repuliſti in finem* &c. Aſaph *Jeroſolyma everſio prædicitur.*
„hic poſtremam Jeroſolymorum ob-
„ſidionem per Romanos prænuntiat & deſcri-

 „bit,

„bit, & in principio dicit: *Ut quid Deus re-
„puliſti* nos in perpetuum, *iratus eſt furor tuus
„ſuper oves paſcuæ tuæ* Judæis. Deinde pre-
„catur: *memor eſto Synagogæ tuæ, quam poſſedi-
„ſti ab initio* ſeu antiquo. Tu enim hanc *rede-
„miſti* ac dignam habuiſti, quæ *portio & vir-
„ga ceu* Sceptrum *hæreditatis tuæ in monte Sion*
„ædificato templo, *in quo* Deus *habitavit*, vo-
„caretur. Sed nunc prædicit, *quanta inimi-
„cus* Romanus *malignaturus ſit*, præterito pro
„futuro more Prophetarum poſito. Ait ita-
„que: *Et gloriati ſunt, qui oderunt te* Romani
„*in medio ſolemnitatis tuæ*, Paſchæ; *poſuerunt
„ſigna ſua* inſtrumenta bellica & vexilla ante
„*ingreſſum & exitum* urbis Jeruſalem, *quaſi in
„Silva lignorum ita ſecuribus exciderunt januas
„ejus; incenderunt igne ſanctuarium tuum, &
„dixerunt: quieſcere faciamus omnes dies feſtos
„Dei a terra*, Judæi autem *ſigna nulla* auxilii
„Divini *viderunt*, quia *non erat Propheta cum
„eis, & Deus* eos pro electo populo ſuo *non
„cognoſcet amplius*. Verum *usquequo Deus
„improperabit inimicus, & ut quid avertis ma-
„num tuam & dexteram tuam de medio ſinu tuo*,
„ſeu infinita bonitate tua *in finem* ſeu perpe-
„tuum. Licet enim hæc facta ſint vel fient,
„tu tamen *Deus rex noſter operaberis ſalutem*
„omnium terrigenarum, qui Chriſtum excita-
„ſti omnium Servatorem; nam tu jam olim
„*confirmaſti in virtute tua mare* rubrum, in tran-
„ſitu Iſraelitarum, *tu confregiſti capita draco-
„num* principum Ægyptiorum, & *draconis*
„Pharaonis, *dediſti eum eſcam* prædam *popu-
„lis Æthiopum*, ſeu eorum cadavera ad littus

„ejecta

jecta volatilibus, ſeu vicinis Æthiopibus. *Tu dirupiſti fontes & torrentes* ex petra per Moyſen percuſſa; *Tu ſiccaſti fluvios Etham*, ſeu fluvium Jordanem pro tranſitu Iſraelis. *Præterea tuus eſt dies & tua eſt nox* &c. quæ omnia pro nutu tuo mutare potes: horum mirabilium gratia ſupplicamus, quia *inimici noſtri tibi improperant, & populus inſipiens* idolorum cultor *incitavit nomen tuum, ne tradas beſtiis* & adverſariis poteſtatibus *animas confitentes tibi, ſed reſpice in teſtamentum* & pactum tuum, quo nos per Chriſtum ſalvare decreviſti, etſi enim quidam mente *obſcurati & iniquitatibus repleti* Chriſtum non recipiunt, tamen *populus fidelis pauper & inops laudabit nomen tuum.* Quare *exurge Deus, & judica cauſam tuam* &c.

In finem ne corrumpas Pſalmus Aſaph LXXIV.

v. 1. „*Confitebimur tibi Deus* &c. Pſalmus hic „de præmio juſtorum agit, qui ita incipiunt: *confitebimur tibi Deus & invocabimus nomen tuum*, & *narrabimus mirabilia judicia* tua; ais enim: cum *accepero tempus, ego juſtitias judicabo*, & omnibus gentibus quæ ſe converterint mirabilia & ſalutem prædicabo & impertiar: licet enim *liquefacta* & igni tradita ſit Judæorum regio ob peccata eorum, ego tamen *confirmavi columnas ejus* ſeu meos Apoſtolos, qui cum ex illa terra prodiiſſent, columnæ Eccleſiæ meæ facti ſunt, & per quos *iniquis dixi, nolite inique agere*. *Juſtorum & impiorum retributio.*

„nec

„nec *extollere in altum cornu veſtrum, nec loqui*
„*adverſus Deum iniquitatem*, quia ubique in
„*oriente & occidente judex eſt*, & pro merito
„*hunc humiliat, hunc exaltat, nam calix eſt in*
„*manu Domini* in quo ſingulorum fructum
„quaſi merum exprimit, & pro cujusque me-
„rito potum miſcens ipſis bibendum propina-
„bit, & inclinabit eum ex hoc ore in alte-
„rum, non enim mala ſolum, ſed & bona
„opera examinabit, & foecem *bibent omnes*
„*peccatores terræ*, cum econtra juſti in ſæcu-
„culum *cantabunt* Deo Jacob, *cornua peccato-*
„*rum* contra Deum elata *confringentur*, & *cor-*
„*nua juſti*, quia demiſſa erant, *exaltabuntur*.

In finem, in hymnis, Pſalmus ipſi Aſaph Canticum LXXV.

Deus verus in ſola Chriſti Eccleſia cognoſcitur.

v. 1. „*Notus in Judæa Deus* &c. Hic pſal-
„mus iterum de judicio Dei verba
„facit, & inprimis docet, quod in ſola Dei
„Eccleſia in toto orbe conſtituta, quæ hic con-
„gruenter *Judæa* dicitur, verus *Deus notus* eſt,
„& quod in tota divinitus inſpirata & Judai-
„ca Scriptura, quæ poſſeſſio veri *Iſraelis* ſeu
„populi fidelis nuncupari poteſt, vera Dei co-
„gnitio contineatur. In hac igitur Eccleſia &
„animabus omni bello liberis, & in *pace* de-
„gentibus & in Jeruſalem cæleſti ac Sion *fa-*
„*ctus eſt locus & habitatio Dei*, a qua ceu *æter-*
„*nis montibus* deitatis ſuæ radios ad terrigenas
„emittens dignos Spiritu S. *illuminat* indignos
„vero *& inſipientes corde conturbat*; qui poſt-
„quam *dormierunt* brevem hujus vitæ *ſomnum*
„ex

ex hac vita translati *nihil invenerunt in mani-* *us ſuis*, quia *viri divitiarum erant;* unde non immerito turbati ſunt *ab increpatione Dei Jacob* & juſti judicii ejus, *quia dormitave-* *unt conſcenſis equis ſuis* videlicet laſcivis cor-oribus. Quippe *Deus terribilis eſt*, & *quis eſiſtet illi*, & *ex tunc* poſtquam inſipientes lormierunt, *ira ejus* exardeſcit, *de cælo au-ditum fecit judicium* futurum, ſuperveniente utem juſti judicii Dei die *terra tremet & quieſcet*, nam *manſueti* ſalutem obtine-unt, impii iræ tradentur, & *cogitatio homi-is & reliquiæ ejus* ſeu ſana, & recta ſine pra-o affectu ratiocinatio *confitebitur & diem fe-um* laudis *agent* illi. *Vovete* ergo & *reddite Deo vota* & promiſſa *veſtra*, *omnes* enim in cir-uitu ejus *afferent ei munera* ſua, qui non ac-edentibus ad eum, nec munera illi offerenti-us *terribilis eſt*, qui etiam a *Principibus & Regibus* indignis *aufert Spiritum S.* ſuum, ut o privati promerito ſupplicio dedantur.

In finem pro Idithum Pſalmus Aſaph LXXVI.

1. „*Voce mea ad Dominum clamavi* &c. „Aſaph in hoc Pſalmo inſtruit Idi-hum, ut in tentationibus hujus vitæ Provi-lentiæ Divinæ ſe committat, & ad Deum ducialiter confugiat dicens: *voce mea ad Dominum clamavi*, & ſi forte me non ſtatim udiat, iterum, *voce mea ad Deum clamavi*, *& intendit mihi.* Sed & *in die tribulationis Deum exquiſivi* elevatis *manibus* etiam *de no-e ad eum* orans, *& non ſum deceptus. Re-*

Juſta Dei judicia.

„*nuit*

„*nuit* quidem *conſolari anima* mea, *ſed*
„*memor fui Dei*, licet cum *exercitarer* ve
„gerer *defecerit ſpiritus meus*, *delectatus*
„nam *dum anticiparent vigilias oculi mei*
„gitarem abjectionem perpetuam Judai
„puli, *turbatus ſum non tamen locutus*, ſed
„*tabam dies antiquos & æternos* ex S. Scri
„quoties videlicet, cum Judæos pecc
„Deus abjeciſſet, eos tamen reduxeri
„ita *ſcopebam* & explorabam *ſpiritum*
„num rationem invenire poſſem, cur eos
„in perpetuum *abjecerit* &c. Sed tande
„*pi* reſpirare, *& dixi*: *Hæc mutatio dexte*
„*celſi*, qui olim *mirabilia* quæ olim *popu*
„*oſtendit*, in iram mutavit, quam mutati
„videns ſtupens aio: *Deus in ſancto* ſe
„ctitate *via tua*, quæ humanam compreh
„nem ſuperat, *quis Deus magnus ſicut D*
„*ſter? tu es Deus, qui facis mirabilia*: nan
„*notam feciſti in gentibus fortitudinem*
„quando *redemiſti* e ſervitute Ægypti *p*
„*tuum*, ita cum facta eſt mutatio d
„tuæ in novo Teſtamento *viderunt aquæ &*
„dierunt voci Chriſti, vel perſecutores
„ſiæ conturbati ſunt, & *nubes* ſeu A
„dederunt per prædicationem *vocem*, qu
„luti *ſagittæ* cor transverberat, & ad
„*fulgura & coruſcationes* ſeu chariſmata S
„tus in rota ſeu toto orbe *illuxerunt*, &
„admodum olim *in manu Moyſi & Aaro*
„*oves populum tuum deduxiſti*, ita ubique
„rum *in mari* vitæ hujus, *& aquis* gentiu
„*mitæ tuæ* ſeu doctrina Evangelica inv
„virtute *quæ non cognoſcitur*, propagabitu

Intellectus Aſaph LXXVII.

„*Attendite popule meus legem meam* &c. „Hortatur hic Chriſtus populum um ex gentibus, ut *attendant legi ſuæ*, & *clinent aurem ſuam in verba ipſius*, quia, ait, *periam in parabolis os meum*, *loquar propoſi-nes* ſeu accuſationes & facinora prioris po-uli Iſraelitici, *quæ audivimus & cognovimus hiſtoria* S. Scripturæ, & *Patres noſtri nar-verunt nobis nec occultata ſunt a filiis eorum*, *narrarent laudes Domini & mirabilia ejus*, quod *in Jacob & Iſrael teſtimonia & præ-pta pro ſuis* etiam *filiis* obſervanda *poſue-t*, & *ut in Deo ſpem ſuam ponerent*, nec ea angrediendo *ſicut patres eorum* infideles per iololatriam *Deum exaſperarent*: Verum hoc lii eorum non obſervarunt, nam primi *filii phraim* idololatræ effecti *non cuſtodierunt le-m Domini*, ut in libris Judicum refertur. em cum coram patribus eorum Deus fe-ſſet mirabilia *in Ægypto*, ut in Moyſis Scri-ura narratur, tamen *tentaverunt Deum*, *ut terent eſcas carnes animabus* ſuis *Exod.* 16. et illis de *manna de cælo* depluente provi-rit, imo etiam *deſiderium carnium pluendo is volatilia* implevit, *Exod.* 16. Verum *omnibus* vel poſt hæc omnia *peccaverunt lhuc*, & licet a Deo caſtigati *eum quærerent*, men *dilexerunt* eum *tantum in ore ſuo*, & *igua ſua mentiti ſunt* ei, & licet *illis propi-us fuerit*, & maxima beneficia illis præſti-rit, quæ hic a verſu 43 usque ad 59 nar-ntur tamen *irritaverunt eum in collibus ſuis*,

Beneficia Judæis collata & eorum ingratitudo.

„*& in*

„*& in ſculptilibus ad æmulationem* & iram *il*
„*provocaverunt*, unde *repulit tabernaculum*
„*lom* quando arca virtus & pulchritudo Iſr
„litarum in captivitatem Philiſtinorum de
„nit 1 Reg. *juvenes eorum in bello ceciderunt*,
„*Sacerdotes eorum filii Heli in gladio cecider*
„&c. Verumtamen poſt hæc Deus erga
„pulum iterum providentiam ſuam oſten
„ſeipſum quaſi *a crapula* excitans, *perc*
„*enim inimicos ſuos in poſteriora* 1 *Reg.* 5.
„*repulit tabernaculum Joſeph* in Silo, ſed *el*
„*tribum Juda*, cui in *Davide* regnum conti
„& in *monte Sion ſanctificium ſuum ædificavi*

Pſalmus ipſi Aſaph LXXVIII.

Antiochi perſecutio prædicitur.

v. 1. „*Deus venerunt gentes in hæreditatem tu* „&c. Pſalmus hic eſt Prophetia „rum malorum, quæ ſub Antiocho Jud „eveniſſe narrantur. 1 *Machab.* 1. ubi ve „runt gentes, polluerunt templum &c. q „bus prænuntiatis Aſaph Deo ſupplicat: „*quequo Domine iraſceris in finem* &c. *Effu* „*iram tuam in gentes, quæ te non noverunt*, „reliqua usque ad finem, quæ ſatis perſpic „ſunt.

In finem pro iis, qui commutabuntur, t *ſtimonium Aſaph LXXIX.*

Captivitas Babylonica & adventus

v. 1. „*Qui regis Iſrael intende* &c. Aſaph „hoc Pſalmo Chriſti adventum, „captivitatem Babylonicam prænuntiat. „primo quidem Dei Verbo ſupplicat: *Qui*

„

r *Iſrael intende :* Tu enim, qui in facie *Chriſti* ohraim *Benjamin & Manaſſe* & reliquarum *prædici-* buum in deſerto anteire dignatus es, & *tur.* *les ſuper Cherubim* in propitiatorio, *excita tentiam tuam & veni, ut ſalvos facias nos.* eus *converte* nos . . . *Quousque iraſceris ob-* rdeſces ad *orationem populi tui* &c. : *Vineam* n plebem *tuam de Ægypto tranſtuliſti* &c. quid igitur nunc *deſtruxiſti maceriam* & ſe- m *ejus, & exterminavit eam aper de Sylva* abuchodonoſor, & *ſingularis ferus* Romanus *paſtus eſt eam.* Quapropter *Deus virtutum* *nvertere, reſpice de cælo & vide & viſita vi-* am *iſtam* per *Filium* tuum, quo advenien- *viro dexteræ tuæ* non amplius *diſcedemus* te, ſed vivificati gratia tua *nomen tuum in-* *cabimus,* & cum iis qui nondum converſi nt, ſi *eis faciem tuam oſtenderis, ſalvi erimus.*

finem pro torcularibus ipſi Aſaph LXXX.

„*Exultate Deo adjutori noſtro* &c. Pſal- *Vocatio* „mus hic vocationem gentium, & *gentium* uſam abjectionis Judæorum annuntiat ſic- *& cauſa* ie chorus Propheticus omnes compellat: *abjectio-* *xultate Deo adjutori noſtro jubilate Deo Ja-* *nis Ju-* *b* Chriſto ; *ſumite pſalmum* doctrinam & *dæorum.* erbum Dei, & *date tympanum,* illudque ope- : complete : *buccinate in Neomenia tuba* & mnibus hominibus evangelicum verbum, rædicate, quia ita *Deus Jacob* Chriſtus *præ-* *pit,* qui *præceptum* de tubis populo *poſuit,* *m exiret de Ægypto,* quando *linguam, quam* *on noverat audivit,* ſcilicet Decalogum obſer-

„vandum, & *ab oneribus & cophino* lut
„laterum, ſeu Ægyptiaca ſervitute libera
„& *in tribulatione*, & ad *aquas contradictionis*
„jutus eſt. Talia erant munera a me pop
„collata, ait Deus, ſed pro his *teſtificab*
„*non erit in te Deus recens, neque adorabis D*
„*alienum*, quod ſi feceris, *dilata os tuum* &
„bo corporali & ſpiritali *implebo illud*:
„rum *populus meus non audivit vocem me*
„*ideo dimiſi eos* ſecundum deſideria cordis
„rum, ibunt in adinventionibus, ſeu pra
„viis ſuis: cum econtra ſi Iſraël in
„meis ambulaſſet, pro nihilo vel in m
„mo inimicos eorum viciſſem, & ſuper
„bulantes eos miſiſſem manum meam ul
„cem. At populus hic, rebelleſque inin
„fidem nihilominus Domino mentiti ſunt,
„licet talia auſi ſint, attamen præſens ſæ
„lum obtinebunt & tempus eorum, hoc
„quo poſt tot ſcelera cibavit eos ex ad
„frumenti, corporeo non ſolum, ſed etiam
„leſti, cum ad ipſos Chriſtus venit, atque
„cibum ſeipſum dedit, & petra ſcilicet Ch
„ſto melle diſciplinæ ſuæ ſaturavit eos; u
„rejectio eorum juſtiſſima eſt.

Pſalmus ipſi Aſaph LXXXI.

Judices injuſti arguuntur.

V. 1. „*Deus ſtetit in Synagoga deorum* &
„Pſalmus hic præſides populi,
„cerdotes & principes, quos honoris ergo,
„ob poteſtatem a Deo acceptam deos voc
„arguit & *dijudicat* & Deus Verbum ſtans
„medio eorum, ita eos ad reſipiſcentiam
„cat: *Usquequo judicatis iniquitatem*, ſeu iniq

„*& j*

„*& facies*, ſeu perſonas *peccatorum* divitum *ac*„*cipitis*: *judicate* potius *egeno & pupillo*, *pau*„*perem & humilem juſtificate*, eum *de manu pec*„*catoris liberando*. Verum hoc perverſi illi ju„dices & *in tenebris ambulantes neſcierunt*, *&* „*non intellexerunt*, quod in univerſali Dei judi„cio, quando *movebuntur fundamenta terræ*, a „me Dei Verbo judicandi ſint, ubi dicet: *Ego* „quidem *dixi*, *dii eſtis*, & ego volui vos pe„rinde atque me in medio veſtrum ſtantem „Deum, *Altiſſimi filios* effici: vos autem quia „gratiam contemſiſtis, in veſtra humana ma„litia *ſicut homines moriemini*, & *ſicut unus de* „*principibus* ſcilicet Lucifer in cælis *cadetis*. „*Surge* itaque, concludit & optat Propheta, *&* „*veni* Meſſia, *judica* ipſe *terram*, quoniam tibi „Pater dedit in *omnibus gentibus judicium*.

Canticum Pſalmi ipſi Aſaph LXXXII.

v. 1. „*Deus quis ſimilis erit tibi?* &c. Prophe„ta in hoc Pſalmo proſpera populo „precatur, & Deo ſupplicans ait, Deo omnes „toleranti nemo ſimilis; ego vero homo infir„mitate mea ſuperatus tibi Deo ſupplicare au„deo, *ne taceas neque compeſcaris*, id eſt, ut „finem facias tolerantiæ, ac demum movea„ris adverſus Atheos & impios, *quoniam ecce* „*inimici tui ſonuerunt*, palam blasphemias „contra Deum proferentes, *& qui oderunt* „*te*, *extulerunt caput*, Dei homines depri„mentes: nam *ſuper populum tuum malignave*„*runt conſilium*, ut eum doloſe a Dei pietate „avertant, *& cogitaverunt* inſidias *adverſus* „*ſan-*

Oratio contra perſecutiones.

„*ſanctos tuos*, & dixerunt: *venite*, *&* *diſperda-*
„*mus eos de gente* &c. & ideo *cogitaverunt unani-*
„*miter contra te*, *&* *teſtamentum tuum*, id eſt,
„conſpirabunt in futura prima Aſſyriorum ir-
„ruptione Idumæi, Iſmaelitæ, &c. Sed tu
„*fac illis ſicut Jabin in torrente Ciſſon* &c. Jud.
„4. & ſqq. *pone illos* inſtabiles & volubiles *ut*
„*rotam* &c. & cum *impleveris facies eorum igno-*
„*minia*, *quærent nomen tuum* . . . & cogno-
„ſcent quod tu ſolus ſis Altiſſimus in omni
„terra.

In finem pro torcularibus filiis Core Pſalmus LXXXIII.

Aſpiratio ad Eccleſiam & cælum.

V. 1. „*Quam dilecta tabernacula tua Domine*
„*virtutum* &c. Pſalmus hic filio-
„rum Core de Chriſti adventu & propagatio-
„ne ejus Eccleſiæ tractat, & chorus Prophe-
„ticus tabernacula ſeu Eccleſias Chriſti per
„totum orbem conſtitutas adeo ſibi dilectas
„exclamat, ut ex eorum *concupiſcentia* ani-
„mam ex amore *deficere*, *&* *cor ſuum* *&* *car-*
„*nem in Deum* omnis vitæ fontem *exultare* fa-
„teatur. Et quomodo ait non æquum ſit,
„altaria tua dilecta fateri, ſiquidem in illis
„perſecutionis & tentationis diabolicæ tempo-
„re *paſſer* ſeu Dei homines huc illucque fu-
„gientes, ſeu qui monaſticam vitam amplexi
„ſunt, *inveniant ſibi domum* refugii, & *turtur*,
„ſeu illi, qui liberis dant operam, & reliquis
„vitæ negotiis & curis ſe dedunt, *inveniant*
„*nidum*, *ubi pullos* hos Deo offerre, & in al-
„taribus ceu *nido deponere* & conſecrare ju-
„ben-

„bentur. *Beati* igitur *qui habitant in domo tua*
„*Domine virtutum*, *Rex meus & Deus meus*, ex
„quo æterna vita comparatur, & habitantes
„ibi *in ſæcula ſæculorum laudabunt te*. *Beatus*
„item *vir*, qui *in valle lachrymarum* Dei auxilio
„dignatur, & *aſcenſiones* ſeu cogitationes bonas
„a Deo immiſſas *obtinet*, & fletibus *lachrymiſ*-
„*que* beatitudinem parientibus ſe macerat, qui-
„bus proinde mercedem & *benedictionem* Chri-
„ſtus *legislator dabit*, & ipſi *ibunt de virtute in*
„*virtutem*, donec *videant Deum deorum* Chri-
„ſtum in Sion, & in terras advenientem, cujus
„adventum maturari rogat, dicens: *Domine*
„*Deus exaudi orationem meam, & reſpice in fa-*
„*ciem Chriſti* tui, *quia melior eſt dies una in*
„*atriis tuis*, ſeu Eccleſia militante & trium-
„phante, *ſuper millia* aliorum dierum: ideo-
„que *elegi abjectus eſſe magis in domo* ſeu Ec-
„cleſia *Dei mei, quam habitare in* multis *taber-*
„*naculis peccatorum*, *quia miſericordiam & veri-*
„*tatem diligit Deus*, *gratiam & gloriam dabit*
„*Dominus*, *& non privabit bonis ſuis*, qui *am-*
„*bulant in innocentia*, *Domine virtutum beatus*
„*homo*, *qui ſperat in te*.

In finem filiis Core Pſalmus LXXXIV.

v. 1. „*Benedixiſti Domine terram tuam* &c. *Fructus incarnationis.*
„Poſtquam in præcedenti pſalmo
„Dei adventus prænuntiatus fuerat, in hoc
„ereptio à malis, captivitatis ſolutio, & ve-
„nia peccatorum prædicitur: unde ait: *Be-*
„*nedixiſti Domine terram* tuam, quando Ver-
„bum terrenum corpus aſſumpſit, *avertiſti ca-*

„*ptivitatem Jacob* ab idolorum & dæmonum „ſervitute. *Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ, ope-* „*ruiſti omnia peccata eorum*, quod nobis per ad- „ventum Salvatoris noſtri *mitigata ira tua* lar- „gitus es. Igitur *converte nos Deus ſalutaris* „ad te &c. *oſtende nobis Domine miſericordiam* „*tuam & ſalutare tuum* Chriſtum *da nobis*. Ve- „rum jam nunc *audiam quid loquetur in me Do-* „*minus* per Spiritum S. ſuum, *quoniam loquetur* „*pacem & proſpera in plebem ſuam.* Imo locu- „tus eſt mihi, quod nimirum *propter timentes* „*eum ſalutare ſuum* Chriſtus jamjam adventu- „turus ſit, qui cauſa erit, cur *gloriæ taberna-* „*cula* Deo per Evangelicam doctrinam figen- „da ſint: Tunc enim *juſtitiæ & paci miſericor-* „*dia & veritas amica conjugatione ſociabuntur*: „*Veritas enim de terra* per Evangelicam doctri- „nam a Chriſto propoſitam *orietur, juſtitia* ve- „ro ſanctificatio & redemptio *de cælo* cum „Chriſto *adveniet : etenim Dominus dabit beni-* „*gnitatem* gratiæ ſuæ, *& terra noſtra* ſeu Ec- „cleſia *dabit fructum juſtitiæ*, quæ *ante nos am-* „*bulabit, & ponet in via recta greſſus noſtros.*

Oratio ipſi David LXXXV.

Oratio pro auxilio divino. v. 1. „*Inclina Domine aurem tuam & exaudi* „*me* &c. David hic orat, ut Incar- „nationis Verbi fructus ad ſe perveniat, *quo-* „*niam inops & pauper ſum*, ait, & inſuper ro- „gat, ut *ſanctitatem* & virtutes ſibi a Deo col- „latas ipſe Deus *cuſtodire, ſe ſalvum facere, mi-* „*ſereri ſui, & vera lætitia animam ſuam lætifi-* „*care* dignetur per gratiam Dei, qui *ſuavis &*

„*mitis*

„mitis eſt, & multæ miſericordiæ omnibus invo-
„cantibus eum, qui nos in tribulatione clamantes
„ad ſe exaudit maxime per Chriſtum, cui non
„eſt ſimilis in diis, qui talia ſicut ille opera ſe-
„cit, & ad quem omnes gentes venient adoran-
„tes & glorificantes nomen ejus, utpote qui ma-
„gnus eſt, faciens mirabilia, & Deus ſolus pa-
„ternæ deitatis particeps, unigenitus Filius,
„Dei Verbum & Dei Sapientia, quo ductore,
„ait Propheta, deduc me Domine in via tua, &
„ingrediar in veritate tua . . . & confitebor tibi
„peccata mea & glorificabo nomen tuum, quia
„ſecundum magnam miſericordiam tuam erui-
„ſti animam meam ex inferno, ad quem peccata
„mea me detrahebant, quæ exinde etiam
„provenerunt, quoniam inviſibiles poteſtates in-
„ſurrexerunt in me quærentes animam meam, nec
„ponentes Deum ante oculos ſuos, ſed tu Domine
„dediſti ea, quæ inimici mei non expectabant,
„cum animam meam ex inferno liberaſti, quia
„patiens miſericors & verax es. Proinde ne ite-
„rum impugner ab his inimicis meis, da im-
„perium ſeu robur ſervo tuo, & filio ancillæ
„Eccleſiæ tuæ, & fac mecum ſignum bonitatis
„tuæ, quod videntes inimici mei confundan-
„tur, quoniam tu Domine adjuviſti me, & con-
„ſolatus es me.

Filiis Core, Pſalmus Cantici LXXXVI.

V. 1. „Fundamenta ejus in montibus ſanctis *Præconium Eccleſiæ.*
„Pſalmus hic Eccleſiæ Chriſti præ-
„conium continet, quod ex eo petitur primo,
„quia fundamenta ejus ſunt poſita in montibus
„ſanctis, ſuper fundamentum Apoſtolorum &

 „Pro

„Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide
„Chriſto Jeſu. Secundo, quia Dominus *por-*
„*tas ejus* ſeu ingreſſum per prædicationem &
„ſequelam Evangelii plus diligit, quam *omnia*
„*tabernacula Jacob*, ſeu legales Judaicas coe-
„remonias, & Moſaicum cultum corporalem.
„Tertio, quia *glorioſa de ea dicta ſunt* per Pro-
„phetas. Quarta, quia *omnes gentes Rahab,*
„*Babylonii, Tyrii & Æthiopes* ad eam vocati
„& regeneratione dignati ſunt. Quinto, quia
„ipſe Dominus Chriſtus, qui fundavit eam na-
„tus eſt in ea. Sexto, quia tanta erit fide-
„lium multitudo, ut ſolus Deus eam *enarrare*
„poſſit. Septimo, quia in ea lætantes fideles
„& Deum laudantes, in unum chorum & con-
„gregationem reducentur.

Canticum Pſalmi filiis Core in finem pro Maheleth ad reſpondendum intellectus Æman Esdraitæ LXXXVII.

Mors Chriſti & deſcenſus ad inferos.

V. 1. „*Domine Deus ſalutis meæ in die clama-*
„*vi, & nocte coram te.* Pſalmus
„hic ab Æman filio Zaræ pro Maheleth ſeu
„choro factus dicitur, & mortem Chriſti &
„deſcenſum ad inferos complectitur. Orat
„proinde hic Chriſtus: *Domine Deus ſalutis*
„*meæ* &c. *Quia repleta eſt malis anima mea, &*
„*vita mea inferno* ſeu morti *appropinquavit. Æſti-*
„*matus ſum cum deſcendentibus in lacum* ſeu ſepul-
„chri vel inferni, ſed *factus ſum ſine adjutorio,*
„& tamen *liber* & Servituti mortis non ſubje-
„ctus. Item factus ſum *ſicut vulnerati in ſe-*
„*pulchris, quorum non es memor amplius*, ſed
„tu

memor mei vita iterum me donaſti: *Po- ſuerunt me in lacu inferiori* &c. *Super me con- firmatus eſt furor tuus* &c. & reliqua, quæ ſenſum ſatis apertum habent.

Intellectus Æthan Ezraitæ LXXXVIII.

„*Miſericordias Domini in æternum can- „tabo.* Pſalmus hic Chriſti ex ſe- mine David generationem & regnum ejus vaticinatur, & dicit *Miſericordias Domini in æternum cantabo,* utpote quæ ab initio usque ad modo ſemper durat, & quaſi fabrica *ædifica- tur in generationem & generationem*, maxime quoniam *tu ipſe dixiſti, in æternum miſericor- dia ædificabitur in cælis*, & *præparabitur* ac confirmabitur *veritas* ſeu promiſſio *mea cum eis*, dicens: *diſpoſui teſtamentum* ſeu fœdus cum *electis meis* Abraham, Iſaac &c. & *juravi Da- vid ſervo meo, usque in æternum præparabo ſe- men tuum, & ædificabo in generationem & ge- nerationem ſedem* ſeu thronum tuum. Quia vero hæc in regno humana ratione conſide- rato futura non erant, promiſſorum com- plementum in cælos remittit, dicens: *confi- tebuntur cæli* ſeu cælites & intelligent *mira- bilia tua*, & *enarrabunt veritatem* ſeu fidelita- tem *tuam in Eccleſia ſanctorum*, fieri enim ne- quit, te mentiri; quis enim æqualis tibi erit, aut *quis ſimilis erit tibi* in eo, quod pro- miſſiones tuæ firmæ evadant: *Tu enim Deus glorificaris in conſilio ſanctorum* ſeu Ec- cleſia militante & triumphante; *tu magnus & terribilis es ſuper omnes Angelos, qui in cir- cuitu tuo ſunt*: Tu Chriſte es *Dominus Deus*

Chriſti or- tus ex ſe- mine Da- vid.

„*virtutum* . . . *Tui ſunt cæli* . . . *& T*
„*& Hermon* in tua transfiguratione *exultc*
„*Firmetur* igitur *manus tua*, ut tueatur
„nam *juſtitia & Judicium thronum tuum*
„nant & fundant, quam juſtitiam *miſeric*
„eam temperans, *& veritas præcurrit*,
„*beatus populus Chriſtianus*, *qui Chriſto jul*
„eumque vero cultu honorat, nam *in l*
„*vultus ejus ambulabit*, *& in nomine ejus*
„*ultabit*, *& in juſtitia creſcens exaltabitur*
„denique *gloria virtutis ejus erit ipſe*
„*minus*, in cujus *beneplacito cornu noſ*
„*Chriſtus exaltabitur* contra inimicos noſ
„*te ſancto Iſrael rege noſtro* hujus cornu, &
„tum procurante: ſic enim *Dominus lo*
„*eſt in viſione ſanctis Prophetis ſuis*, dicens:
„*ſui adjutorium in potente* . . . *& in no*
„*meo exaltabitur cornu ejus*, ſcilicet David,
„cujus ſemine cornu hoc Chriſtus naſcit
„eſt: de quo hæc adjicit: *Et ponam in*
„*manum ejus*, *& in fluminibus dexteram*,
„ubique terrarum doctrinam ſuam diffun
„& dominabitur, ille *patrem vocabit Deum*,
„pote qui tamquam filius Dei unigenitus
„copulatur, & ipſe *primogenitum ponet ill*
„ut etiam ſecundum carnem ex ſemine
„vid natus Filius Dei vocetur ob ſuam c
„Unigenito Dei conjunctionem: qui eti
„*excelſus præ regibus hoſtes* Eccleſiæ ſuæ c
„teret, cujus novum *teſtamentum fidele &*
„*mum in æternum manebit*, *& ſemen ejus* fideles
„in Eccleſia ejus regenerati *in ſæculum ſæ*
„*conſervabuntur*, & *thronus* Præſulum Eccle
„perpetua ſucceſſione *firmabitur*, quin eti

„ſi c

contigerit filios & ſucceſſores eorum *ſcelerate agere*, *viſitabuntur* quidem & caſtigabuntur *in virga peccata eorum*, *miſericordiam* *tamen meam non* auferam *a throno aut cornu* *ejus*, nec *profanabo*, vel violabo *novum teſtamentum ſeu* pactum meum, & *promiſſa mea* *non faciam irrita*, *ſemel* enim *juravi per ſanctum Filium meum*, *nec David mentior*, *ſemen* *ejus* ſucceſſio Chriſti fidelium in *æternum manebit*, & *thronus ejus* Eccleſiæ *erit ſicut ſol in perpetuum*. Quanquam vero hæc omnia gloriosa de Chriſto prædicta ſint, attamen tristia quæ illi in paſſione eventura erant, Spiritus S. etiam prædicere voluit, ſcilicet eum a Judæis *repulſum & deſpectum iri*. Sane hæc quæ ad *teſtamentum* datum ſpectabant, *diſſipata ſunt*, quando Apoſtoli illum abnegarunt, & *ſanctuarium* ejus, corpus ex S. Virgine acceptum in terra *profanatum eſt*, *ſepes ejus* ſeu Angeli eum ſtipantes *Deus abſtulit*, & Apoſtoli ejus *præ formidine fugerunt*, & ſic *factus eſt opprobrium vicinis ſuis*, *& exaltata eſt dextera tribulantium eum* &c. Verum his omnibus non obſtantibus Propheta Deum & Chriſtum precatur, ut cito adveniat, & non diutius occultando *ſe avertat*, *& ira ſua longius non exardeſcat*, quia *natura humana inops eſt*, ſed tamen *non vane* ſed ad imaginem Dei *creata* eſt, *licet ſit morti obnoxia*, ideoque rogat, ut *miſericordias ſuas ſibi juratas acceleret*, & *opprobria inimicorum* Dei, *quæ in ſinu ſuo a gentibus perfert*, qui commutationem ſeu paſſionem Chriſti nobis *exprobrant*, confundat, & promiſſiones ſuas im-

„pleat,

„pleat, pro quibus Deum *benedicens* orat: „*fiat*, *fiat*.

Oratio Moyſis LXXXIX.

Oratio pro tolerandis vitæ hujus malis.

v. 1. „*Domine refugium factus es nobis &c.* docemur hic divinum Numen, & „etiam Dei Verbum *antequam formaretur terra* „*& orbis* perpetuum eſſe, in quo *refugium noſtrum* ponere debemus & orare: *ne avertas* „*nos ad* extremam *ruinam & humilitatem*, tu „enim *dixiſti, convertimini filii hominum*, ideo„que ne nos averſeris, qui olim tui fuimus, „ſed cum tantillum temporis floruiſſemus, *tor„rentis inſtar tranſivimus*: nam *mille anni no„ſtri*, queis in Jeruſalem ſacro cultu bene erga „te rem geſſimus, *tranſierunt*, & in compara„tione æternitatis Dei *ſicut dies heſterna quæ* „*præteriit*, vel etiam *cuſtodia nocturna*, in qua „lex Moyſis ſplendebat, *effluxerunt*, & *pro ni„hilo habentur*, ita ſicut *mane* ſeu in juventute „humana natura inſtar herbæ teneræ *pullulat*, „in ætatis vigore *floret*, & in *ſenectutis limi„ne decidit*, ita res Judæorum olim florentes „etiam defecerunt, quia *in ira & furore Do„mini turbati* ſunt, nam poſt eorum in Chri„ſtum conſpirationem, *ſcelera eorum & iniqui„tates ſemper verſantur ante oculos Dei judicis*, „*anni eorum ſicut tela araneæ*, & vanæ eorum „traditiones & ſtudia tranſeunt, & *vita eorum* „*ſeptuaginta, vel octoginta annis* circumſcribi„tur, & hæc eorum ſpes eſt, poſt obitum enim „& *manſuetudinem* Dei neglectam quid illis „ſuperventurum ſit neſciunt explicare, *quis*

„*enim*

ı *novit poteſtatem iræ* Dei? quare precan- *cognitionem dexteræ illius*, ſeu Chriſti co- ıionem & mirabilium virtutum ejus, ut um notitia meliores evadant, & *mente liti ſapientiæ Dei, Chriſti, conſortes fiant.* ıique orant: *Convertere Domine usquequo, recabilis eſto ſuper ſervos tuos:* Satia nos *utina miſericordia tua*, ortu ſcilicet Sal- oris noſtri Chriſti, ut *lætemur omnibus die- noſtris: lætifica nos pro omnibus diebus, ıus nos afflixiſti, annis quibus vidimus mala. vice in ſervos tuos* &c.

Pſalmus XC.

„*Qui habitat in adjutorio Altiſſimi, in te- „gumento Dei cœli commorabitur.* lmus hic tentationes ejus, qui in Domi- conſummatur complectitur, imo etiam vatoris noſtri tentationes in deſerto præ- ıtiat & victoriam, & oſtendit, quanta a ɔ conferenda ſint in eum qui *habitat in ad- ırio Altiſſimi, & in eo ſperans* imperterrite ɔnat: ſcilicet: *liberabitur a laqueo venantium* monum, & ſi etiam mali *verbo aſpero tur- e* eum tentaverint, impietatis ſuæ virus gua evomentes, illæſus ſervabitur. Ac ardor malitiæ contra eum mala ſuccen- :, *in ſcapulis* & potentia Dei *obumbrabi-* , ſeu protegetur. Quodſi inimici *ignita* ı mendacium ſermonum, adverſus eum ja- lentur, *ſcuto veritatis circumdabitur*, ita ut c *nocturna* calamitatis, nec *diurna* pacata npora illi noceant: quin etiam *ſi millia &* „*decem*

Deus protector in tentationibus.

„*decem* *millia* viſibilium vel inviſibilium ho-
„ſtium contra Chriſti populum & Eccleſiam
„ejus inſurrexerint, omnes uno momento vir-
„tus ejus deſtruet, *ut nos ipſis oculis retributio-*
„*nem*, ſeu vindictam videamus: quia *Dominus*
„*ſpes ejus & refugium* eſt, ideoque *non acce-*
„*det ad eum malum*, quod ei noceat, *nec*
„*flagellum* ſeu plaga dæmoniaca *appropinqua-*
„*bit tabernaculo* Eccleſiæ Chriſti vel juſto;
„quoniam *ab Angelis ad* cuſtodiam ejus depu-
„tatis ſervabitur, qui etiam eum in *manibus*
„ſublimem *portabunt*, *ut ne pes ejus ad lapidem*
„*offendat*: quin etiam *ſuper aſpidem & baſiliſ-*
„*cum ambulabit*, mundi rectores, & ſpiritualia
„nequitiæ debellando, per protectionem &
„auxilium Dei, qui *glorificabit illum*, *& poſt*
„*longos dies exactos oſtendet illi divinam gloriam*
„*ſuam*.

Pſalmus Cantici in die Sabbati XCI.

Laus Dei bona.

v. 1. „*Bonum eſt confiteri Domino* peccata ſua
„ad obtinendam veniam, & dein-
„de *pſallere* ſeu gratias agere *Altiſſimo*, ac
„demum hæc aliis annuntiare *matutinis horis*,
„quaſi primitias actionum noſtrarum Deo di-
„cando & *veritatem ejus nocturnis horis reme-*
„*morando* & hoc quidem in *decachordo pſal-*
„*terio* ſpirituali per quinque corporis ſenſus
„& totidem animæ virtutes Deum colendo,
„qui nos *delectat* in contemplatione *operum &*
„*creaturarum*, ut proinde merito exclamemus:
„*Quam magnificata ſunt opera tua Domine*, *ni-*
„*mis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ*; quæ

„vir

ir *inſipiens non cognoſcet*, dum impios videt roſpere agere, *nec tamen intelligit*, quod *um exorti fuerint vel germinaverint peccatores* t apparuerint, *non diu poſt intereant in ſæ-culum ſæculi. Tu autem Domine in æternum* rmanes, *tu exaltabis cornu* ſeu ſpem meam egni tui obtinendo, & *animæ meæ ſenectus*, est, conſummatio ejus oleo ſupereffluenti ud te *miſericors Deus vivificabitur: Tunc lus meus ſuper peccatores contabeſcens*, eos nas debitas luere *videbit;* & *auris* animæ æ finem eorum audiet, qui *inſurgunt in malignantes:* cum econtra *Juſtus ut palma rebit, ſicut cedrus Libani* in ſuis imitatori-s *multiplicabitur*, qui etiam *plantati in domo omini* ſeu Eccleſia *florebunt*, imo etiam *hi rum multiplicabuntur & in ſenecta uberi* ſeu nſummatione patientiæ & certaminum ſuo-m præmia referent *quoniam rectus Dominus eus noſter, & non eſt iniquitas in eo.*

Laus Cantici ipſi David XCII.

„*Dominus regnavit decorem indutus eſt*, „verbum ſcilicet Divinum Chriſtus ædicitur regnaturus non ſolum viventibus, d & mortuis, cæleſtibus & terrenis, poſt-iam devicta morte *decorem* & gloriam *in-ut*, & cum *virtute* ſua propria ſe *præcinxe-t*, *firmabit orbem terræ* ut a pietate erga Deum on dimoveretur, Eccleſiam vero ſuam ſu-a petram ita firmavit, ut nec portæ inferi am commovere valeant, nam *parata eſt ſe-s* Chriſti Verbi divini, non *tunc* primum „quan-

Chriſti regnum & Eccleſiæ firmitas.

„quando in cælum aſcendit, ſed jam ol
„ante *omnia ſæcula*, quoniam ante omnia ſ
„cula exiſtit. Cæterum etiam nunc *flum*
„Prophetæ & Apoſtoli imo omnes fideles e
„vant ad prædicandam & celebrandam gl
„riam tuam vocem ſuam. *Elevaverunt* quid
„*flumina* ſeu ſapientes hujus ſæculi & ge
„les contra Eccleſiam *fluctus ſuos in voc*
„*aquarum* ſeu perſecutionum *multarum*: V
„rum Dominus, qui etiam in creatione *m*
„*& fluminum ſe mirabilem oſtendit* hæc om
„auferet, & divinarum ſcripturarum *teſtim*
„a veritate eventuum *credibilia fient*; *do*
„vero id eſt, Eccleſiam *Chriſti decet ſancti*
„quæ ſub cujus tutela perſeverat *in longit*
„*dierum*.

Pſalmus Davidi quarta Sabbatorum XC

Afflicti in hac vita non contriſtentur.

v. 1. „*Deus ultionum Dominus, Deus ultio*
„*libere egit.* Hic Pſalmus conſo
„tionem complectitur pro iis, qui in hac v
„pietatis cauſa vexantur. Ait igitur conſi
„edocti, vos *Deum ultionum* habere & vi
„cem eorum, qui læduntur: Sane *exaltab*
„ſuamque magnitudinem deitatis omnibus
„hibebit, ut vel ſero tandem peccatores fin
„faciant *gloriandi* de omnibus, quæ impro
„perpetrant: utpote quibus in ſe peccare n
„ſatis erat, ſed inſuper in *populum tuum* & E
„cleſiam tuam inſurrexerunt, alios *humilian*
„alios *vexantes*, alios *interficientes*, in ſe i
„impie cogitantes, & dicentes: *non videbit* D
„*minus, nec intelliget Deus Jacob.* Verum

„t

ligite inſipientes, & ſcitote, eum qui plantaurem in homine, longe prius, quæ dinetur auditurum eſſe, & qui oculos finxit hoibus, non modo geſta conſpecturum, ſed am cogitationes hominum intellecturum eſſe, od vanæ ſint. Quapropter ingruentibus in c vita calamitatibus non deſperandum, ſed tius illos beatos æſtimandos convenit, quod r illas erudiantur, qui enim a Domino eruur & docetur, a lege ejus conſolationem naus medelam accipit ad patientiam inſtitus, donec fodiatur peccatori fovea interitus; m econtra Dominus non repellet plebem ſuam, hæreditatem ſuam cuſtodiet, donec juſtitia i convertat ſe laborum præmia rectis corredditura, dum interim contra malignanconſurget & ſtabit mecum Deus adjutor meus, e quo pene in inferno habitaſſet anima mea, niſi miſericordia tua adjuviſſet me, pedes anie meæ a recta mandatorum tuorum via ti fuiſſent. Sed non ſolum pedibus meis ſericordia tua vires addidit, verum etiam o numero dolorum meorum ad ſingulos ſinlas mihi conſolationes admovit. & hoc jure erito, quia tibi Deo juſto & bono non adret ſedes iniquitatis, ſed omnia juſto judicio miniſtras, ideoque fingis laborem in præce), id eſt, præceptum tuum labores parit præmia, quæ ſtrenue decertantes exceura ſunt. Impii equidem tamdiu animam ſti venabuntur, donec ſanguinem innocentem ndemnantes, eam ad mortem deduxerint, l mihi Dominus in refugium & adjutorium i meæ factus eſt, qui in caput eorum ini-

„*quitatem* ipſorum retorquebit, & *malitiam* eo-
„rum adverſus eos juſti judicii tempore con-
„vertet, quando *diſperdet eos Dominus noſter*.

Pſalmus XCIV.

v. 1. „*Venite exultemus Domino* &c. Propheta
„ta hic Judæos eorum filios, qui
„in deſerto Deum exacerbarunt ad *exultandum*
„*& jubilandum* Deo & Salvatori noſtro Chriſto
„Dei verbo invitat, & *faciem* ſeu ſecundum ad-
„ventum ejus ad judicium per veram delictorum
„*confeſſionem*, & honeſtæ vitæ *jubilationem* præ-
„*occupare*: *quoniam magnus Dominus*, *& rex* ma-
„*gnus ſuper omnes fines terræ*, *& altitudines* mon-
„*tium ipſius ſunt*, qui terrena omnia & cæle-
„ſtia moderatur. Ipſius item *eſt mare &* ipſe
„*fecit illud*, & *aridam* ſeu terram *fundaverunt*
„*manus ejus*. *Venite* igitur *adoremus*, *& pro-*
„*damus & deploremus coram Domino* pecca-
„noſtra, *qui fecit nos*, *quia ipſe eſt Deus noſter*,
„*nos autem populus ejus*, *& oves paſcuæ* ejus.
„Caveamus autem ne præcepta Dei *hodie* au-
„*dientes* ac non obtemperantes *ipſum exacerba-*
„*mus obdurati corde* ſicut eum *tentaverunt* &
„*probaverunt Iſraelitæ in deſerto*, quibus offen-
„*ſus juravit*, quod non *intrarent in requiem* ſuam
„ſeu terram promiſſam.

Canticum ipſi David quando Domus ædi-ficabatur poſt captivitatem XCV.

Apoſtoli ad prædicandum gentibus vocantur.

v. 1. „*Cantate Domino canticum novum* &c.
„Pſalmus hic Apoſtolos ad prædi-
„candum gentibus Chriſti Evangelium invitat
„quo

„quod eſt *canticum novum omni terræ* & *omni-„bus gentibus annuntiandum*, una cum *ſalutari „noſtro Chriſto*, cujus *gloria* & *mirabilia omni-„nibus populis* prædicanda ſunt, quia hic eſt „*magnus Dominus & laudabilis nimis*, *terribilis „ſuper omnes deos*, quæ non ſint niſi *doemonia*, „quibus nulla ſanctimonia ineſt, ſed ſoli vero „Deo & Chriſto ejus, cui *confeſſio* laudis, *pul-„chritudo* mentis, *ſanctimonia & magnificentia „in* ſancto templo ejus debetur, & cui gentes „non ſolum ſeipſas immolare, atque illi ut-„pote Deo *gloriam & honorem adferre jubentur*, „ſed etiam *hoſtias* & ſacrificia illi offerre par „eſt, cujusmodi ſunt ſpiritualis cultus, bono-„rum operum fructus, oblationes gratiarum „actionis, & oblatio illa munda Mal. 1. v. 10. „Ita *regnabit Dominus inter gentes*, & firmabit „Eccleſiam ſuam, *quæ non commovebitur*, *& ju-„dicabit populos in æquitate*. Idcirco *lætabun-„tur cœli*, *& exultabit terra* &c. cum ſcilicet „Evangelica prædicatio *ipſa maria* & inſulas „in eo poſitas & *plenitudinem ejus* ſeu homi-„nes ipſas incolentes penetrabit, & *tunc ex-„ultabunt omnia ligna ſilvarum a facie Domini „quia venit* &c.

Ipſi David quando terra ejus reſtituta eſt XCVI.

v. 1. „*Dominus regnavit*, *exultet terra* &c. „Prophetia hæc eſt, & doctrina de „ſecundo Salvatoris noſtri adventu a Davide „pacatis rebus ſuis edita, tunc enim quando „Chriſtus in gloria regnans adveniet, *exultabit* *Prophetia de ſecundo Chriſti adventu.*

„*terra* ſeu corporea ſubſtantia in incorruptio„nem per reſurrectionem mutata & regn„cælorum donanda: *lætabuntur* etiam *inſul„multæ*, ſeu Eccleſiæ aut animæ juſtorum i„ærumnis non demerſæ. Ipſe porro Chri„ſtus, qui in primo ſuo adventu *nube & cali„gine* carnis humanæ Deitatem ſuam operuit„judicabit juſte cauſam noſtram, quam contr„diabolum habemus: in nos enim judicavi„Chriſtus, ut fide nos *juſtificaret*, & judici„humaniſſimo uſus judicavit nos ſecundun„miſericordiam ſuam, & per baptiſmum ſal„vos fecit, *correxit*, & diaboli regnum de„ſtruxit. Sed in ſecundo ejus adventu *igni„ante ipſum præcedet inimicos ejus* combure„& *inflammans*; *fulgura* autem a luce ejus„emiſſa loco ſolis orbem illuſtrabunt, qui jam„ante per prædicationem Evangelii illumina„tus fuit, & *ſculptilium & ſimulacrorum* cul„tus deſtructus; & tunc *Angeli adorabunt eum*„*& Sion* ſeu Eccleſia & *filiæ Judææ*, id eſt,„Apoſtolicæ animæ ex Judæis oriundæ *exul„tabunt*, *cum judicia Domini audierint*, ſupplicia„idololatris repoſita, & præmia gentibus con„verſis reſervata, & merito quidem gaude„bunt, *quia Dominus Altiſſimus exaltatus eſt ſu„per omnes deos*, idcirco *qui diligitis Dominum„odite malum*, tunc vobis continget *Dei cu„ſtodia* muniri, atque a *manu diaboli liberari*;„nam *lux* & proſperitas & *lætitia juſto & re„ctis corde oritur*: unde *lætamini juſti in Domi„no & confitemini memoriæ ſanctificationis ejus*.

Pſal-

Pſalmus ipſi David XCVII.

v. 1. „*Cantate Domino canticum novum &c.* „Hic Pſalmus utrumque Salvatoris adventum vaticinatur, & merito canticum novum, ſeu priſtinarum rerum mutationem per ſalutem nobis a Chriſto procuratam cantare nos jubet; Chriſtus enim *dextera Dei & brachium ejus* eos qui ad ſalutem electi ſunt, *ſalvos* cuſtodit. *Notum* enim *fecit Dominus ſalutare ſuum* Chriſtum Salvatorem noſtrum, *recordatus miſericordiæ ſuæ & veritatem ſuam*, ſeu promiſſionem Iſraeli factam, implevit. Quare *viderunt omnes termini terræ ſalutare Dei noſtri*, ſcilicet Chriſtum, Evangelio in univerſo terrarum orbe prædicato. Ideo *jubilate Deo omnis terra*, *pſallite Domino in cithara*, id eſt, corporis cum anima concentu, & *in tubis ductilibus*, *& voce tubæ corneæ*, per quas Apoſtolorum prædicationes intelligi poſſunt. *Prophetia de adventu Chriſti.*

Pſalmus ipſi David XCVIII.

v. 1. „*Dominus regnavit, iraſcantur populi &c.* „Pſalmus hic Chriſti regnum annuntiat, cui Judæi & infideles *iraſcuntur*, imo dæmones *commoventur*, quod doctrina ejus, & Eccleſia latiſſime propagetur. Verum erit tempus, quo ipſi quoque perſecutores ejus *confitebuntur* nomini Jeſu *magno & terribili*: quia hic ipſe Deus eſt, qui Judæis *judicium & juſtitiam præcepit*, & *paravit directiones* retributionis tempore illis redden- *Prophetia de regno Chriſti.*

 „das,

„das, *qui judicium & juſtitiam cuſtodierint.* Sa-
„ne non alius Dominus tamquam Deus præ-
„dicatur, quam quem *Moyſes Aaron & alii*
„*Prophetæ invocabant*, & hic erat ipſum Dei
„Verbum excelſum, quod *illos* olim *exaudie-*
„*bat, & ad eos in columna nubis loquebatur*, ne-
„que alio modo memorati viri tantam digni-
„tatem nacti ſunt, niſi *quia teſtimonia ejus &*
„*præceptum, quod dedit illis, cuſtodiebant*, & li-
„cet in quasdam infirmitates laberentur, uti
„Moyſes in incredulitatem circa aquam &
„Aaron in conflationem vituli, ille tamen *pro-*
„*pitius erat illis, & ulciſcens adinventiones* eo-
„rum. Igitur jubemur pro collata hac nobis
„cognitione ejus, *exaltare & adorare ſanctum*
„*Dominum Deum noſtrum.*

Pſalmus in Confeſſionem XCIX.

Gentes ad fidem invitantur. v. 1. „*Jubilate Deo omnis terra*, id eſt, gen-
„tes, quæ ad confeſſionem pecca-
„torum ſuorum evocantur, in quibus, quan-
„do idolorum cultui deditæ erant, volutaban-
„tur, quibus abjectis *ſervite Domino in lætitia*,
„ipſius jugo vos ſubmittentes: *introite in con-*
„*ſpectu ejus in exultatione.* Et *ſcitote quoniam*
„*Dominus ipſe Deus, ipſe fecit nos, & non ipſi*
„*nos, nos autem populus ejus* ut regis, *& oves*
„*paſcuæ ejus*, ut paſtoris. Quare priſtinarum
„iniquitatum *confeſſione*, ceu aſpergillo uſi *in-*
„*gredimini portas ejus* cum fiducia, & *laudate*
„*nomen ejus, quoniam ſuavis eſt Dominus* &c.

Pſal-

Pſalmus ipſi David C.

v. 1. „*Miſericordiam & judicium cantabo tibi* „*Domine*. Cum miſericordiam & „judicium erga proximum exerceam, & *vias* „*meas immaculatas cuſtodiam* audeo tibi pſallere & expectare *quod venturus ſis ad me* paratum excipere te, nam *perambulavi in in*„*nocentia cordis mei*, nullas malas cogitationes „fovens: *non adhæſit mihi cor pravum*, prava „diaboli conſilia reſpuendo: *declinantem a me* „*malignum non cognoſcebam*, ſeu non curabam, „*detrahentem ſecreto proximo ſuo perſequebar*, *cum* „*ſuperbo & avaro* non edebam, ſed cum pro„bis fidelibus converſabar, *non habitabat in do*„*mo mea* famulus *arroganter ſe gerens*, *& ini*„*qua loquens*, denique matutinis precibus *in*„*terficiebam* ſeu caſtigabam *omnes peccatores*, „ſeu pravas cogitationes, ut *diſperderem de ci*„*vitate Domini* id eſt, corde meo *omnes ope*„*rantes & provocantes ad iniquitatem*. Vel etiam „interficiebam in matutino ſeu diligenter ma„lefactores, quo iniquitas immanitatem ſup„plicii conſpicata e medio tolleretur.

Officium pii principis.

Oratio pauperis, cum anxius fuerit, & in conſpectu Domini effuderit precem ſuam CI.

v. 1. „*Domine exaudi orationem meam* &c. ita „orat pauper & afflictus, & petit, „ut *in quacunque die invocaverit Deum velociter* „*illum exaudiat*, quia, ait, *defecerunt ſicut fu*„*mus dies mei*, & *oſſa mea ſicut cremium*, ſeu

Oratio afflicti & pœnitenti ad Deum

„aridum lignum & *ſicut fœnum* propter rigida je-
„junia *aruerint*, & *a voce gemitus mei os meum*
„ex defectu humiditatis *agglutinatum eſt carni*
„*meæ*. *Similis factus ſum Pellicano in ſolitudine*
„*degenti*, qui etiam pullos ſuos ſerpentis ve-
„neno interfectos ſanguine ſuo pennis latera
„ſua quatientibus elicito & ſuper capita pullo-
„rum deſtillante vivificare denuo dicitur, un-
„de etiam Chriſtus pellicano comparatur. *Et*
„*ſicut nycticorax in domicilio vigilavi* mærens
„& orans tota nocte ſedens *ſicut paſſer ſolita-*
„*rius in tecto*. Ad hæc *tota die exprobrabant*
„vel deridebant me *inimici mei*, & *qui* olim
„*laudabant me*, *adverſum me jurabant*, utpote
„qui Deum adjutorem non haberem, *quia*
„nimirum *cinerem tamquam panem manducabam*,
„*& potum meum cum fletu miſcebam*, quia tu
„Domine *iram & indignationem tuam* contra
„me olim *elevatum* & nunc dejectum *alliſiſti*:
„*ideó dies mei ſicut umbra declinaverunt* &c.
„*Tu autem Domine in æternum permanes*, & *me-*
„*moriale* tuum, quod promiſiſti, *in æternum*
„permanet, *tu exurgens* per adventum tuum
„in carne *miſereberis* Sion, eam ad pietatis in-
„ſtitutum reformando, *quia tempus miſericor-*
„*diæ hoc poſtulat*, ut quoniam *lapides* prioris
„Sion populo tibi fideliter ſervienti placue-
„runt, ex ejus pulvere nova Eccleſia *ædifice-*
„*tur*, ad quam *omnes gentes & regna* congre-
„gentur, & *nomen & gloriam tuam videant* &
„revereantur. Ita *reſpicies in orationem humi-*
„*lium*, *& in altera generatione populus qui crea-*
„*bitur*, ſeu per Baptiſmum renaſcetur, *lauda-*
„*bit Dominum*, qui *de cælo* miſit nobis Chri-
„ſtum

„ſtum Salvatorem noſtrum, qui *audiens gemi-*
„*tus compeditorum ſolvit* vincula captivorum
„diaboli, ut *annuntient in Sion* ſeu Eccleſia *no-*
„*men Domini & laudem ejus in Jeruſalem* ſeu
„cætu fidelium, cum *convenient in unitatem*
„*fidei & reges, ut ſerviant Domino.* Rogo igi-
„tur *paucitatem dierum meorum nuntia mihi, &*
„*ne revoces me in dimidio annorum meorum,* ut
„*viam virtutis tuæ* ſeu ſalutarem adventum
„tuum videre, merear, quem tu ſolus viven-
„do attinges, utpote *cujus anni ſunt in genera-*
„*tionem & generationem,* cum *tu ab initio ter-*
„*ram fundaveris, & opera manuum tuarum ſint*
„*cæli,* qui *peribunt & velut opertorium muta-*
„*buntur,* cum tamen *idem ipſe Tu maneas, &*
„*anni tui non deficiant* ſed & *filii ſervorum tuo-*
„*rum* in cælis tecum *habitabunt,* & *ſemen illo-*
„*rum* ibi *in ſæculum dirigetur* & firmabitur.

Ipſi David CII.

v. 1. „*Benedic anima mea Domino* &c. Om- *Gratiarum actio pro collatis a Chriſto beneficiis.*
„nes animæ facultates Divinus Spi-
„ritus hortatur, ut benedicant Domino ob *re-*
„*tributiones.* ſeu gratias nobis a Deo conceſſas,
„quæ ſunt primo, *propitiatio pro peccatis noſtris*
„per Chriſtum. Secundo, *curatio ab infirmi-*
„*tatibus* animæ per ſpiritualia in S. Scriptura
„contenta remedia. Tertio, *liberatio vitæ a mor-*
„*te* perpetua per mortem Chriſti. Quarto,
„*gratiæ corona in miſericordia* & gloriæ *in mi-*
„*ſerationibus,* ubi *replebitur in bonis deſiderium*
„*tuum,* & inſtar *aquilæ* ad ſumma volantis *ju-*
„*ventus tua renovabitur,* ita ut numquam in

„corruptionem abeat. Et hæc omnia
„bit nobis *miſerator & miſericors Domi*
„qui quemadmodum a tenebris ignor
„peccatis inductæ ad lucem cognitio
„nos tranſtulit, hæcque fecit ut *bon*
„inſanientes *filios miſeratus*, ac erga
„male adfectos majorem comiſeration
„ſumens, ita nos *miſeratus eſt*, ac ex a
„timore carentibus pios ac *ſe timentes*
„fecit: nam *miſericordia ejus ab ætern*
„*que in æternum ſuper timentes eum*, *&*
„merces, his qui *ſervant mandata eju*
„bus *Dominus in cœlo regnum ſuum* p
„eſt. Ideoque *benedicite Domino omnes*
„*ejus* &c.

Pſalmus CIII.

Laus divinæ providentiæ in creaturis.

v. 1. „*Benedic anima mea Domino* &c.
„turarum magnitudine, p
„tia, & varietate docetur anima ga
„fiduciam ſumere, ita ut in eo glorie
„affectu dicens: *Domine Deus meus m*
„*tus es vehementer* &c. *rigans montes*
„*rioribus ſuis*, ſcilicet pluviis, ſeu ſpi
„viros rigans & implens donis Spi
„de quorum & maxime Jeſu operib
„ſeu homines ſatiantur. *Producit fa*
„*mentis* omnibus, & *herbam* animalibu
„num uſui *ſervientibus*. Vel per foe
„tera & per herbam Spiritus S. Scrip
„telligi poteſt, ſicut etiam illud, *ut ed*
„*nem de terra* &c. Cum porro fructi
„cenſuiſſet, neceſſario etiam fructu

morat, utpote quæ hominibus ad uſum ceſſaria ſunt, quæ ideo Domini eſſe dicit, pote non manu culta, ſed divino verbo minantia: ſcilicet: *Cedri Libani, quas taſti illic paſſeres nidificabunt, Erodii* ſeu is primo nidificans ſeu ciconia, *domus dux torum*, nam hæ arbores alium hominibus, lium avibus uſum præbent. Porro *fecit lu- in tempora* diſtinguenda, ſcilicet menſes, les, æſtatem &c. *Sol cognovit occaſum ſuum*, adveniente nocte & tenebris manſueta animalia ſecedant, *feræ autem ad quærendum ci- exeant*, uti *catuli leonum rugientes ut ra- nt, & quærant eſcam* ſibi a Deo præparam, cum interim *homo de die exeat ad opus um, & ad operationem ſuam usque ad veſpe-*. Sicut autem terra multa animantium nera producit & alit, ita & *mare magnum ſpatioſum reptilia, quorum non eſt numerus, animalia puſilla cum magnis* producit & trit, absque eo quod puſilla a magnis derata ob multitudinem ſuam funditus abmantur. Præterea mare *navibus tranſitum* æbet pro hominis utilitate. Omnia igir etiam *Draco* ſeu cetus in mari ludens *Deo expectant, ut det illis cibum in tempore* c. qui *ſi ſubtrahat* illis manum ſuam *tur- buntur*, & *ſi auferat Spiritum eorum, defi- nt, & in pulverem ſuum revertentur*, ſi autem ittat *ſpiritum ſuum* per reſurrectionem, iterum *creabuntur* & in priſtinum ſtatum reſtientur, & *renovabitur* ſeu liberabitur a corruptione *pulchritudo terræ*. Qui verſiculi iam de regeneratione populi Chriſtiani per

„baptiſ-

„baptismum intelligi poſſunt. Cum ergo ha
„ita ſint ſit *gloria Domini in ſæculum* &c. (
„*ego cantabo Domino in vita mea, & pſallam D*
„*meo quamdiu ſum;* & ſi *jucundum ſit ei eloquiu*
„*meum*, ſeu oratio mea, *ego delectabor in D*
„*mino*, id eſt, in cultu, adoratione & præc
„ptis ejus; *peccatores* autem, id eſt, peccatu
„a *terra deficiet*, ut non amplius committatu
„& ſic *anima mea benedicet* ſemper *Domino*.

Alleluja CIV.

Invitatio ad laudanda mirabilia Dei.

v. 1. „Confitemini Domino, & invocate nom „ejus &c. Cum in pſalmodia n „men *Alleluja* ſeu laudate Deum inſcriptu „reperitur, tunc intelligendum eſt, id quo „ſubjungitur ad laudem Dei provocare. I „hoc ergo pſalmo Spiritus S. Apoſtolis pr „cipit, ut omnia mirabilia a Deo Judæis „gentibus ad Chriſtum converſis exhibita „corda eorum pietatis ſtudio inflammand „annuntient, unde ſtatim ſubdit: *annuntia* „*inter gentes opera ejus*. Hæc laus compendi „narrat hiſtoriam ab Abrahami tempore, u „que ad exitum filiorum Iſrael ex Ægypto „prout in libris Moyſis continetur.

Alleluja CV.

Invitatio ad laudem miſericordiæ Dei.

v. 1. „*Confitemini Domino, quoniam bonus* & „Hic item pſalmus laudem Dei co „tinet, & ſtatim ab initio peccatoribus pr „cipit, ut ad Dei Filium peccata ſua conf „tentes accedant, ac priora delicta deflea „non verbis tantum, ſed animo & operibus

„*qui*

unium in ſæculum miſericordia ejus, quam
iam patribus noſtris, antiquis peccantibus
ſtibuit; nam licet eum irritaverint aſcenden-
in mare rubrum, cum ad Moyſen dicerent:
inam mortui eſſemus in Ægypto Exod. 14.
11. tamen bonus Deus rurſus ſalvavit eos
opter nomen ſuum, ut notam faceret poten-
um ſuam, ne impii dicerent, ubi eſt Deus
rum, & deduxit eos &c. & tunc crediderunt
rbis eis, & cantaverunt laudem ejus. Verum
o obliti ſunt, & concupierunt concupiſcentiam
a carnes in deſerto & tentaverunt Deum in
quoſo Exod. 17. & dedit eis petitionem ipſo-
m Num. 11. v. 31. Et irritaverunt Moyſen
caſtris. Num. 16. v. 32. Tunc aperta eſt ter-
, & deglutivit eos, non oportebat enim fa-
ulos ejus contemni. Deinde fecerunt vitu-
n in Choreb, & adoraverunt ſculptile Exod.
. Sed Moyſes interceſſit, ne diſperderet eos.
urſus initiati ſunt Beelphegor, ſed ob Phineæ
o Deo Zelum, quaſſatio ſeu plaga eis im-
iſſa ceſſavit Num. 25. v. 7. Rurſus irrita-
runt eum ad aquas contradictionis Num. 20.
: diſtinxit, id eſt, reprehendit eos in labiis,
ia non diſperdiderunt gentes, quas dixit, illis,
commiſti ſunt inter gentes &c. prout in libro
dicum narratur. Sed vidit Dominus cum
bularentur . . . & dedit eos in miſericordias,
as hodie adhuc Judæi etiam indigni ex-
riuntur: cum econtra gentes ad Eccleſiam
gregatæ confiteantur nomini ſancto Chriſti,
centes: Benedictus Dominus Deus Iſrael, a
culo usque in ſæculum, fiat, fiat.

Alle-

Alleluja CVI.

Vocatio gentium prædicitur.

V. 1. „*Confitemini Domino, quoniam bonus* &c.
„Gentium vocatio hic prænuntia-
„tur, quæ *redemptæ ſunt* a Chriſto, *& de regio-*
„*nibus* in Eccleſiam *congregatæ a ſolis ortu &*
„*occaſu, ab Aquilone & mari*, cum antea *er-*
„*raverint in ſolitudine & infrugifera, idololatri-*
„*vita*, nec *veram ſalutis viam* ſine duce *invene-*
„*rint fame & ſiti deficientes*, eoquod rationa-
„bili, & cæleſti *cibo potuque* ſpirituali priva-
„eſſent. Cum vero ad *Dominum clamarent, de-*
„*duxit eos Dominus in viam rectam*, ſeu Evan-
„gelicam veritatem, quæ ſola ad cæleſte
„nos deducit civitatem, in qua conſtituti ha-
„bitaculum noſtrum reperiemus, confitent-
„& omnibus filiis hominum, mirabilia *ejus*,
„*quibus nos ſedentes in idololatriæ tenebris reple-*
„*vit bonis, & miſit* Divinum *Verbum ſuum, &*
„*ſanavit, & eripuit de interitionibus* peccatoru
„remiſſione conceſſa, & *portas æreas, & vectes*
„*ferreos confregit;* & præterea *miſit* Apoſtolo
„ſuos qui Evangelium & *opera ejus annuntia-*
„*rent in exultatione*, cum econtra Judæi exu-
„gente contra eos ira Dei adinſtar agitato-
„rum *in mari turbati ſunt, ſapientia eorum de-*
„*vorata eſt*, & Deus in Eccleſia ſua *exaltatus*
„*& a veris ſapientibus* prædicatus fuerit, qu
„*poſuit deſertum idolorum cultum in ſtagna aqua-*
„*rum* &c. & *adjuvit pauperem* ex gentibus con-
„verſum populum de inopia, quod videntes
„*recti lætabuntur*, & omnis idololatrarum *ini-*
„*quitas obturabit os ſuum:* quod ſapiens *conſi-*
„*derans intelliget miſericordias Domini.*

Cum

Canticum Pſalmi ipſi David CVII.

v. 1. „*Paratum cor meum Deus* &c. Propheta „cum per bona opera rem Deo gratam exhibuiſſet, eorum largitori Deo gratias „agens dicit: *Cantabo & pſallam in gloria mea*, „ſeu prophetandi gratia. Obſecro igitur, cito adeſſe gratiam, qua *gloria tua per omnem* „*terram* manifeſta reddatur, quo facto *dilecti* „*tui* a dura ſervitute eruentur; & *exaltabitur* „Chriſtus, qui *dividet Sichimam & convallem* „*tabernaculorum dimetietur*, id eſt per univerſum Eccleſias ſuas diſtribuet, & in omnibus „locis *Galaad & tribubus Manaſſis*, *Ephraim &* „*Juda* & reliquis gentibus Evangelium propagabit.

Gratiarum actio pro vocatione gentium.

In finem Pſalmus ipſi David CVIII.

v. 1. „*Deus laudem meam ne tacueris* &c. præſens Pſalmus ad perſonam Chriſti refertur, utpote qui paſſiones ejus complectitur, & maledictiones in Judam & Judæos intendit. Salvator igitur precatur Patrem, ne *laudem ſuam taceri* ſinat, quæ in „honorem ipſius concinnatur, *quia os peccatoris & doloſi ſuper me apertum eſt*, ſcilicet „Scribarum, Phariſæorum & Judæ, qui *locuti* „*ſunt adverſus eum lingua doloſa &c. & pro* „*eo, ut eum diligerent, detrahebant illi.* Quare „*conſtitues ſuper eum* Judam & Judæos *peccatorem*, *& diabolus ſtet a dextris ejus* &c. quæ „omnia ſecundum litteram in Juda & Judæis „impleta eſſe veriſimile eſt. Præterea *foene-*

Prophetia in Judam & Judæos perſequentes Chriſtum.

„*rator*,

„rator, ſeu exactores Romanorum Impe-
„rum vectigai exigentes omnia *Judæoru*-
„*na ſcrutantes diripuerunt*, nec *eorum* filiis
„*cebant*, & poſt quadraginta annos Judæo
„populus internecione deletus eſt. Porro
„omnia a Judæis admiſſa ſcelera etiam *pat*
„*eorum & matris eorum Jeruſalem* Deus ſem
„intueatur, nulla eos venia dignabitur,
„*memoria eorum de terra* cum internecione
„*lebitur*, quia Judas & Judæi *non ſunt record*
„*facere miſericordiam* &c. ideo *veniet illis m*
„*ledictio* &c. quod hodie adhuc in eis impl
„cernimus. Quia vero Chriſtus inimicoru
„ſuorum ruinæ condolet, *miſericordiam D*
„pro illis implorat, & inſuper rogat, ut lic
„*ille opprobrium illis factus fuerit*, Eccleſia t
„men ejus per totum orbem confuſis & ſic
„*diploide* ſeu pallio toto corpore confuſio
„opertis adverſariis ſuis, multiplicetur, & *a*
„*gloria promoveatur*, pro quo beneficio in ui
„verſo mundo *laudes & gratiarum* action
„Deo, qui eam *a perſecutionibus ſalvam fa*
„perſolventur.

Pſalmus ipſi David CIX.

v. 1. „*Dixit Dominus Domino meo* &c. Pſ
„mus hic de divinitate, huma
„tate, regno & ſacerdotio Chriſti agit, &
„lud quidem: *dixit Dominus Domino me*
„communicationem Chriſti cum Patre; ill
„*a dextris*, eum Patris munerum eſſe parti
„pem oſtendit, *inimici* autem *ſcabellum ped*
„*ejus ponendi* Judæi & adverſariæ virtutes
„cu

tur. Quia vero Chriſtus Eccleſias ſuas
mediis urbibus & gentibus inter inimicos
hoſtes conſtituit, neceſſario dictum eſt:
gam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion
. Per illa autem verba: *ex utero ante lu-*
rum genui te, generationis ejus carnalis
conomia ex utero intemeratæ virginis Ma-
æ declaratur. Denique per illud, *Jura-*
Dominus . . . . *Tu es ſacerdos in æternum*
. declaratur, quod in æternum Deo &
tri ſacerdos manſurus ſit, ſiquidem id de-
itum & a Patre cum juramenti affirmatio-
pronuntiatum eſt.

Alleluja CX.

„*Confitebor tibi Domine in toto corde meo*
„&c. Ita orat Chriſtus Patri ſuo de
nte omnibus hominibus conceſſa gratias
ens in conſilio juſtorum & Eccleſia ſua in
o orbe fundata: in qua *magna opera Do-*
ni . . . *& initium ſapientiæ timor Domini*:
tiatio per timorem, conſummatio per di-
tionem efficitur, talis autem fuerit, quis-
is ex toto corde, anima & virtute Do-
num Deum diligit. *Intellectus bonus om-*
us facientibus eum, tunc enim bona eſt in-
ligentia, quando operibus completur: *lau-*
io ejus manet in ſæculum ſæculi: finis enim
itorum eſt, ut apud Deum ſint, & ipſi
iiſtant, ſolique ejus theologiæ & laudi
ent.

Gratiarum actio progentium converſione.

Alleluja CXI.

Beatitudo viri Deum timentis. V. 1. „*Beatus vir qui timet Dominum* &c. „hoc pſalmo non alius eſt populi „qui beatus prædicatur, quam qui ex gen „bus ad Deum acceſſit; quem appellat tim „tem Dominum: neque ille tamen ſtatim b „tus, niſi quæ ſequuntur fecerit: id eſt, „*mandata ejus valde cupiat*, *ac voluntatem* „*niter teneat*, nec coactus *mandata cuſtodi* „ſed libens & cum alacritate complectat „Item beatus proprium *lumen* non deſerit, „ctrinam ſuam non omnibus ſed *rectis exor* „*facit*; non occludit viſcera ſua, ſed bona „*egentibus impertit & commodat*, talis enim „cadet, *nec commovebitur*; non *ab auditio* „*mala* ſeu verbis mendacii *ſiniſtri quid pa* „*tur*, quia *paratum eſt cor ejus ſperare in* „*mino*, ideo non modo *inimicos ſuos non ti* „*bit*, verum etiam eorum cladem ob ſpem „Domino poſitam expectat: & licet Judæi „gentiles de profectu converſorum ad Ch „ſtum *dentibus fremant*, utrique tamen ta „ſcent, & deſiderium eorum peribit.

Alleluja Aggæi & Zachariæ CXII.

Laus Dei ob ejus miſericordiam. V. 1. „*Laudate pueri*, id eſt, quoad perfecti „nem & animæ ætatem juvene „*Dominum*: Sed quomodo? ſcilicet: *ſit nom* „*Domini benedictum*, *& ex hoc nunc & uſque* „*ſæculum* nobiſcum maneat. *A ſolis ortu* „*que ad occaſum laudabile nomen Domini* „quod poſt adventum Chriſti impletum

„Q

nis enim *ſicut Dominus Deus noſter, qui in* *tis habitat, & humilia reſpicit in cælo & in* *rra,* quæ ejus inſpectione lætatur, & de ia *ſuſcitat pauperem* opibus, in *ſtercore* vel ojectione jacentem ad imperium; vel genlem populum de ſtercore idololatriæ, & dere facit cum principibus vel Apoſtolis is: vel Chriſtus intelligi poteſt, qui egeum naturam noſtram e ſtercore vel vilitate a extulit, & in altiſſimo cælo ſedere fecit.

Alleluja CXIII.

„*In exitu Iſrael de Ægypto* &c. hic pſal„mus hymnus eſt, qui beneficia a eo Judæis collata commemorat, idolorumie imbecillitatem deridet, & ſimul gentiis converſis gratiam ſibi exhibitam oſtenit, quarum fides non *in Judæa* ſolum ſed i toto orbe diffuſa & nomen Chriſti *ſanctificatum* eſt, nam cum vocatio gentium & Dei ratia in univerſum orbem effundenda eſſet, eceſſe erat ſimulacra gentium *commotionem ti*, & doemones ab eis *fugere*. Unde meto gentes orant, ut Deus *nominis ſui gloam* ubique *propaget*, ne dicant gentes, *ubi Deus eorum*, ſed agnoſcant, *ſimulacra ſua e opera hominum, quæ os habent, & non loentur* &c. cum econtra illi, qui Deum vem adorant, *benedicti ſint a Domino.* *Beneficia Judæis & gentibus converſis exhibita.*

Alleluja CXIV.

„*Dilexi, quoniam exaudiet Dominus* &c. „Qui olim Dominum timebat, a tiore ad dilectionem progreſſus jure dixerit: *Gemitus ad vitam æternam.*

U 2 „dile-

„*dilexi:* ſcilicet Deum ex toto corde, ita ut „propter ipſum, quodvis periculum alacriter „pro Dei amore ſubeat; & licet *eum circum-* „*dent dolores mortis* &c. ſuſpirat: *Placebo Do-* „*mino in regione viventium*, in qua neque nox, „neque ſomnus, neque cibus, neque potus, „nec quidquam eorum, quæ extrinſecus mo- „leſtiam creant, ſed regio viventium eſt in „Chriſto Jeſu.

Alleluja CXV.

Fides & ſpes in Deo ponenda.

v. 1. „*Credidi propter quod locutus ſum* &c. „cum futuræ vitæ & animæ re- „quiei, nec non regioni viventium fidem ha- „beam, & *locutus ſim*: placebo Domino in re- „gione viventium, quia credebam; ne ſpe „mea fruſtratus evadam, memetipſum valde „*humiliavi*, & non ut homo locutus ſum, alias „enim *mentitus* eſſem, ſed Dei verbis ac pol- „licitationibus, *in exceſſu* ſeu firma mea fide „credidi. Ego quippe ſum *filius ancillæ* ſeu „Eccleſiæ tuæ, & tu *Domine dirupiſti vincula* „peccatorum meorum: *ideo ſacrificabo tibi* „*hoſtiam laudis*, id eſt, corpori & ſanguini „communicabo, & in horum communione „*nomen tuum invocabo* ac *vota* gratiarum actio- „nis *tibi Domino* intus in medio veræ Jeruſa- „lem & *in conſpectu omnis populi reddam*, nec „non promiſſiones, quas aliquando feceram.

Alleluja CXVI.

Gentes ad laudem Dei invitantur.

v. 1. „*Laudate Dominum omnes gentes* &c. Hic „ſermo gentes omnes alienigenas, „ad laudem Dei provocat, deinde a gentibus

„popu-

opulos diſtinguens, ait: *laudent eum omnes opuli*: quamdiu enim gentes erant, nondum tant populus ejus, per lavacrum autem regenerationis myſteriorum Dei participes effe- e ejus populus evadunt, & Deum hymnis ique celebrant per Salvatoris virtutem, & iſericordiam, cujus *veritas manet in æternum*.

Alleluja CXVII.

„*Confitemini Domino, quoniam bonus* &c. „Effuſa in omnes gentes Evangeli- gratia judæos & gentes ad gratias agen- s hic Pſalmus invitat: nam etiamſi ad- erſa Judæi paſſi fuerint, tamen *eos ſe invo- ntes exaudivit Dominus*, & impii *exarſerunt* el *extincti ſunt, ſicut ignis in ſpinis*, vexatio- es autem eorum cedunt vexatis in bonum, uia *caſtigans caſtigat* eos Dominus, & cum *ortas juſtitiæ* ſeu virtutum prætergreſſi fue- nt, *portam Domini* ad viſionem ejus bea- ficam ingredientur: ubi dicent: *Hæc dies uam fecit Dominus* &c. *Gratiarum actio pro beneficio vocationis.*

Alleluja CXVIII.

„*Beati immaculati* ſeu perfecti *in via* man- „datorum Dei progredientes: qua- & ego *non obliviſcar ſermones tuos*, quia inde magnam utilitatem haurio: Et licet *ntemnant* me inimici mei & etiam *principes*, o *exercebor in tuis juſtificationibus*, animum is adhibens, iisque pro *conſiliariis* utens. *ormitavit* quidem *anima mea præ tædio*, dum itium peccandi facit, ſed tu oculos meos *Divinæ legis laus & cuſtodia.*

„tuo lumine perfunde *ad intelligendam le-*
„*gem tuam*, ut omnis *via iniquitatis amovea-*
„*tur a me:* nam *viam veritatis* ad ſola ſempi-
„terna tendendo *elegi*, *& judicia tua* præ ocu-
„lis ſemper habens *non ſum oblitus. Adhæſi*
„enim *teſtimoniis tuis Domine* ſcripto traditis,
„ideo *non confundar*, quia *viam mandatorum*
„*tuorum cucurri* ea omnia opere adimplendo.
„Tu ergo Domine *legem pone mihi viam juſti-*
„*ficationum tuarum*, *& ego exquiram eam ſem-*
„*per:* ſed *da mihi intellectum ut* congruenti at-
„tentione *perquiram illam* & *cuſtodiam*, & me-
„diter & contempler, ut accuratius eam exe-
„quar: *Portio* enim *mea cuſtodire legem tuam*
„Domine cujus *miſericordia plena eſt terra*, quæ
„mihi *humiliationem* ad correctionem meam
„ſubmiſit, hinc quanto magis *multiplicatur ſu-*
„*per me iniquitas ſuperborum* tanto magis *ſcru-*
„*tabor mandata tua*, ut faciam ea, & quando
„magis *coagulatur* ſeu impinguatur *cor eorum*
„delitiis vanis, tanto diligentius ego *legem*
„*tuam meditabor:* & ſi *veniant mihi miſera-*
„*tiones tuæ*, *vivam*, & ſi *cor meum imma-*
„*culatum fuerit*, non verebitur, ne *confun-*
„*datur*, nam *verbum tuum* ſeu promiſſio tua
„*& veritas* aſſiſtendo mihi *permanet in æter-*
„*num*, & adverſariis meis me impugnantibus
„mihi *in humiliatione pereundum fuiſſet*, *niſi lex*
„*tua meditatio mea* & fulcrum mihi *fuiſſet*:
„quam & *juſtificationes tuas non obliviſcar in*
„*æternum*, *quia in ipſis vivificaſti me*, & ideo
„*juravi & ſtatui cuſtodire judicia juſtitiæ tuæ*,
„nec pericula mortis & *laqueos mihi a pecca-*
„*toribus poſitos* pertimeſco, Deus enim *adju-*
„*vat*

„*vat me, & ſalvus ero* nec *tradet me calumnian-*
„*tibus me, ſed ſuſcipiet me ſervum ſuum in bonum,*
„*redimet* me *a calumniis hominum: faciem ſuam*
„*illuminabit ſuper me: videbit humilitatem & af-*
„*flictionem meam, & eripiet me; judicabit cau-*
„*ſam meam & redimet me:* & *ſepties* in *die* præ-
„ter tempus ante ſolis ortum hora prima, ter-
„tia, ſexta, nona, duodecima veſpera ad le-
„ctum accedens *laudabo te*; & *appropinquabit*
„*deprecatio mea in conſpectu tuo, & fiet manus*
„*tua, ut ſalvet me; vivet anima mea & laudabit:*
„*te: quære ergo ſervum tuum, quia mandata tua*
„*non ſum oblitus.* Hucusque commentarii Eu-
„ſebii in Pſalmos, reliqua enim necdum re-
„perire licuit.

EUSEBII COMMENTARII IN HESAIAM.

§. I.

Monitum.

Commentarium Euſebii in Heſaiam Doctiſſimus D. Montfauconius in collectione nova Patrum & Scriptorum Græcorum Tomo II. Pariſiis edidit ex Codice Ebroicenſi, qui ſexdecim capita complectitur; deinde ex Codice Regio commentarios a capite 28 usque ad caput 41 mutuatus eſt, reliqua vero ex catenis regiis manuſcriptis ſupplevit. Eos eſſe genuinum Euſebii partum oſtendit S. Hieronymus in Prologo ad Heſaiam, ubi etiam notat

tat Euſebium hiſtoricam interpretationem
dem ſequi, ſed ſæpe etiam ad allego
tranſire: & quia Euſebius ad caput 13
Chronica ſua laudat, commentarius hic
illa & annum 324. editus fuit.

§. II.

ANALYSIS
CAPUT I.

Judæorum Chriſtum non ſuſcipientium pœna.

v. 1. „*Viſio, quam vidit Heſaias filius A*
„&c. v. 3. *Cognovit bos poſſeſſ*
„*ſuum* &c. his arbitror prophetice ſubindi
„fore, ut Judæi illum, qui Chriſtus Dei
„ipſe Dominus, quique apud illos præ
„omnibus gentibus homo peregrinatus eſt,
„ſuſciperent, nec mente intelligerent. I
„que v. 4. ſqq. Propheta eos miſeros pr
„cat, quia Chriſtum *dereliquerunt & irrit*
„*runt* animæ ſuæ medicum, qui ſolus om
„eorum morbum *vulnus*, *& plagam* curare
„terat: ideo ſequentia merito patiuntur:
„licet, *terra veſtra deſerta* &c. v. 7. ſqq.
„Iſraeliticum populum derelictum iri in
„minatur, imo eorum principes *Sodomo*
„*principes*, & populum Dei *populum Gomo*
„vocat ob venturum illis excidium, nec j
„bit eos, quod *ſacrificiis*, *libaminibus*, aliis
„ſecundum legem corporeis miniſteriis pl
„re ſtudeant Deum v. 11. ſqq. quia *manu*
„*rum ſanguine plenæ* fuerunt ob cædem C
„ſti, quam poſt ſexcentos interemptos I
„phetas perpetrarunt.

2. „

„Nihilominus tamen in ſpem bonam eos *Poeniten-*
it, ſi malitiam deponentes *laventur, mun-* *tiæ fru-*
ur &c. v. 16. ſqq. tunc enim, ait, *ſi fue-* *ctus.*
peccata veſtra ut purpura, quaſi nivem deal-
&c. v, 18, *quodſi nolueritis, gladius* Ro-
iorum *vos devorabit* &c. quia *facta eſt me-*
ix *civitas fidelis Sion* &c. *argentum tuum*
probatum, ſeu divinas ſcripturas doctores
male interpretantur, *caupones tui vinum*
miſcent, vel iidem doctores puram Scri-
rarum mentem per commentitias ſuas
teroſes fædant: *Principes tui* Deo *non ob-*
verant &c. *Propterea hæc dicit Dominus* . . .
mmabo te ad purum, ſcoriam tuam abjicien-
: & poſt hæc *vocaberis civitas juſtitiæ* ſci-
t erecta in univerſa terra Chriſti Eccle-
cum ſalvabitur captivitas, id eſt, animæ
errore ad veram Dei cognitionem muta-
tur. *Et conterentur iniqui* nequitiæ do-
es, *quia confundentur ſuper idola ſua*, &
undentur ſuper hortos ſuos, ſeu fæda geſta
, *quos concupierunt: erunt enim ſicut tere-*
hus deſluentibus foliis in S. Scriptura para-
m bonis omnibus repletum invenientes,
ſine aqua ſaliente in vitam æternam,
icet animato Verbo Dei: quod quia non
oſcunt, *erit fortitudo eorum ut calamus*
pæ, libertate & regno amiſſo, *& combu-*
ur iniqui, Metropoli eorum a Romanis
i tradita, & impii homines in ea commo-
tes *ignem inextinguibilem* & æternum ſu-
unt.

CAPUT II.

Vocatio gentium. v. 1. „*Verbum quod factum eſt a Domino a*
„*Heſaiam* &c. *judicabit inter gentes,*
„*& arguet populum multum ipſe.* Lex quipp
„Evangelica in medio gentium dijudican
„multum populum coarguit, ſive iis, qui i
„ſe crediderint, de priori errore convictis,
„ſive iis, qui non crediderunt, & ſuapte c
„pa pereuntibus, confutatis. *Et confring*
„*gladios ſuos in aratra* &c. v. 4. Qui Do
„num noſtrum Jeſum Chriſtum ſuſceperu
„omni præliandi ſtudio exempti, in pace v
„ſantur, ita ut non ulterius ab adverſariis p
„teſtatibus oppugnentur, neque dæmonib
„amplius ſubditi ſint. *Venite* ergo *domus J*
„*cob, & ambulemus in lumine Domini*, ſeu l
„novi Teſtamenti ex Sion prodeunte & ſa
„tari Evangelicoque verbo. *Dimiſit enim p*
„*pulum ſuum domum Iſrael, quia repleta eſt*
„*a principio terra eorum vaticiniis . . . & ad*
„*raverunt ea, quæ fecerunt digiti eorum.* H
„omnia gentes ſignificant alienigenas, quæ
„Jeruſalem & Judæa poſt Chriſti adventum h
„bitaturæ erant. *Et non dimittam eos, & i*
„*gredimini in petras, & abſcondimini in terr*
„*facie timoris Domini &c. v.* 10. *ſqq.* Q
„puto de die judicii prolata fuiſſe & omnib
„hominibus prædicta, & de everſione ido
„latriæ, & Domino exaltando, depreſſa o
„contra Dei cognitionem inſurgente celſitu
„ne. *Nam in die illa ejiciet homo abomi*
„*tiones ſuas argenteas . . . ut ingrediatur*
„*foramina duræ petræ . . . a facie timoris D*
„ni

ni . . . cum ſurrexerit ad conterendam ter-
m, id quod in Babyloniorum bello imple-
m eſt.

CAPUT III.

„*Ecce Dominus Sabaoth auferet a Judæa*, *Pœnæ Judæorum Chriſticidarum.*
„*& a Jeruſalem* ob inſidias Chriſto
illis ſtructas, *robuſtum*, *& robuſtum*, id
, homines ſancta vita exornatos, qui pro
ſtentaculo totius populi haberi poterant,
bur panis & robur aquæ, ſcilicet ſacras ſcri-
uras animæ cibum & potum, & quidem
n ſecundum ſolam litteram ſed ſpiritum
tellectas; vel robur panis de cælo ſcilicet
hriſtum ſive corpus ejus, quod dat vitam
undo: & robur aquæ, gratiam ſacri ba-
iſmi ſignificat, quibus bonis Judæi privan-
r. *Et principem ſuper quinquaginta*, . . *&*
nſtituam pueros non corporea ſtatura, ſed
entis imperfectione *principes eorum* &c. *v.* 3.
q. & in tantam mentis indigentiam ve-
ent, ut neque *panem* neque *veſtimentum* ha-
ant, nec corporaliter nec ſpiritualiter, qui-
us animam ornent & nutriant. Et linguæ
rum iniquæ . . . *Popule meus*, *exactores ve-*
i demetent vos, exigentes primitias & deci-
as, & *qui beatos vos prædicant*, non arguen-
s peccata veſtra, & a Chriſto vos aver-
ntes, *decipiunt vos*, *& ſemitam pedum veſtro-*
m ad Chriſtum ducentem *turbant*. *Sed*
nc conſtituetur in judicium Chriſtus in ſe-
undo adventu ſuo: *& humiliabit Dominus*
eus principatum agentes filias Sion, *& Domi-*
s revelabit habitum earum confundens eas.

CA-

CAPUT IV.

Eccleſiæ fundatio.

V. I. „*Et apprehendent ſeptem mulieres h*
„*nem unum dicentes . . . nomen*
„*vocetur ſuper nos*, ut patronum habere vid
„tur. *In die illa illucebit Deus in conſilio*
„*gloria ſuper terram, ad exaltandum & gl*
„*candum, quod derelictum eſt ex Iſrael* &c.
„modo opere perſpicere, quomodo prim
„Iſrael, qui in Chriſtum crediderunt Apo
„gloria affecti ſint, & tanquam ſancti ſc
„in libro *vitæ* cæleſtis *Jeruſalem. Quia a*
„*Dominus ſordes filiorum & filiarum Sion*,
„ad Chriſtum convertentium per Baptism
„*& ſanguinem Jeruſalem purgabit ex medi*
„*rum in ſpiritu judicii, & in ſpiritu combuſti*
„Id eſt ſanguinem & cædem Chriſti Jeroſ
„mæ combuſtione, vel in converſis bapti
„purgabit.

CAPUT V.

Beneficia Judæis exhibita.

V. I. „*Cantabo dilecto canticum dilecti mei, v*
„*meæ.* In hoc cantico, quæ in v
„ſua Jeroſolyma operatus eſt enumerat, vi
„que improbitatem coarguit, ac futura va
„natur. Dicitur igitur *in cornu* eſſe, quia J
„ſolyma metropolis conſiſtit: *ſepem* circ
„poſuit ei, Angelis eam muniendo: vall
„eam Prophetis & ſanctis viris: *plantavi*
„*neam Sorec* id eſt electam per divinam S
„pturam, & *protorcular fodit in ea*, altare
„licet poſitum ante templum. *Et expect*
„*ut faceret uvas, & fecit ſpinas . . . Et n*
„*bus* ſeu Prophetis *mandabo, ne pluant ſ*

n pluviam, ſermonem cæleſtem. *Ubi arant*
cem juga boum, faciet laguncalam unam: ra-
s, qui apud ipſos ſalute digni reperientur,
bindicat. *Væ illis, qui mane ſurgunt, &*
ram perſequuntur v. 11. *ſqq. Igitur capti-*
populus meus factus eſt ſub Veſpaſiano &
driano: radix eorum pulvis erit &c.

CAPUT VI.

„*Et factum eſt in anno, quo mortuus eſt* *Viſio Dei*
„*Ozias, vidi Dominum ſedentem ſu-* *in throno*
thronum excelſum &c. jure quo anno le- *ſuo.*
ſus Ozias vitam obierat, & vir Deo pla-
us Joatham regnum exceperat, gloria Do-
ni ſuper domum reverſa eſt. Eſt autem
Dominus Unigenitus filius, cujus gloriam
corporis ſed mentis oculis a Spiritu S.
ſtratis Propheta conſpexit. *Et Seraphim*
n duo tantum ſed *ſtabant* plures *in circuitu*
s, ſex alæ uni, & ſex alæ alteri, id eſt ſubli-
s & mirabilium effectrices virtutes: *dua-*
tegebant faciem ſuam, quia nemo novit
ium niſi Pater: *duabus autem velabant pe-*
, ut actiones ſuas inumbrarent, ne nudis
libus regi ſuo adſtarent. *Et clamabant alter*
alterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus &c. omnes
ul hanc vocem proferebant, ſed alter ad
erum admirationem ſuam exhibentes ob
cenſum Dei Verbi ex celſiſſimis ad humi-
, cujus notitia & *gloria omnis terra repleta*
poſtquam *ſublatum ſuperliminare templi*
aici, *illudque* igni traditum *fumo repletum*
Et dixi: o miſer ego! quia compunctus

„*ſum,*

„*ſum, quia cum homo ſim, & impura labia*
„*beam, in medio populi impura labia hab*
„*ego habito. . . . Et miſſus eſt ad me unu*
„*Seraphim & in manu ſua habebat carbonem i*
„. . . *& tetigit labia mea,* ut doceret, n
„nem niſi per divinum ignem remiſſionem p
„catorum conſequi, qua obtenta voce ſe
„tis in throno dignatur : *Quem mittam .*
„*Et dixi : ecce ego mitte me. Et dixit: v*
„*& dic populo huic: auditu audietis, & non*
„*telligetis* &c. id eſt: quem tu intueris Do
„num o Propheta, hunc & hic populus
„quando videbit, ſed & vocem, quam tu
„præſenti audiviſti, & ipſe quodam tem
„re audiet, neque tamen intelliget, vel
„gnoſcet, neque gratiam ejus ſuſcipere vo
„His autem aperte ſuum ad homines adv
„tum indicabat. *Aggravatum eſt enim cor*
„*puli hujus* &c. eo quod oculos ſuos clau
„rent, ut non viderent; quod impletum e
„bibus ſuo tempore præcipiam, ut *ſtillent* non
„aquam ſenſilem, ſed *juſtitiam*, Chriſtum, in
„quo meæ providentiæ nullus contradicere
„poteſt, nam quando caſtigatione opus erat,
„Jeruſalem quaſi teſtam contrivi, ſed poſt pœ-
„nam contritam ceu lutum *figuli* ad melio-
„rem formam reduxi, unde nullus meæ pro-
„videntiæ rationem culpare poteſt. *Ego* enim
„*excitavi eum cum juſtitia regem* Cyrum vel Zo-
„robabel, *hic ædificabit civitatem meam, & capti-*
„*vitatem populi mei reducet*, vel Chriſtus anima-
„rum captivitatem diſſolvet *non pretio neque*
„*muneribus*, quia gratia ſalvi facti ſumus, qui
„etiam *Ægyptum* & alias gentes Eccleſiæ ſuæ
„ſubjiciet, & perſecutores & *adverſarios ejus*
„*confundet*. *Quippe Iſrael* fidelis *ſalvatur a Do-*
„*mino ſalute æterna*, *non* enim *in abſcondito lo-*
„*cutus ſum*, quia Evangelium in toto orbe
„prædicatur. *Congregamini* igitur *& venite*
„omnes gentes, *per memetipſum juro*, *ſi non*
„*egrediatur de ore meo juſtitia*, *ſermones mei non*
„*avertentur*, dum ſalutem vobis pœnitentibus
„promiſi, *quia mihi curvabitur omne genu*, *&*
„*jurabit omnis lingua per Deum*.

CAPUT XLVI.

Idolorum deſtructio prædicitur.

v. 1. *Cecidit Bel*, quem Græci Saturnum vocant, „quem veteres humanis victimis cole-
„bant: *contritus eſt Dagon*, ſimulacrum Aſca-
„lonitarum: *facta ſunt ſculptilia eorum in be-*
„*ſtias & jumenta*, quæ apud Ægyptios pro diis

„co-

olebantur; videte, excogitate, qui erratis,
x *auro & argento idola* fabricantes, quæ ſe
ouere non poſſunt, neque vos a malis libe-
are. *Pœnitentiam agite, quia ego ſum Deus,*
nne conſilium meum ſtabit, & omnia, quæ de-
iberavi faciam: . . . dedi in Sion ſalutem Iſraeli
i gloriam, fidelibus meis in Eccleſia.

CAPUT XLVII.

1. *Deſcende ſede ſuper terram virgo filia Ba-* *Babylonis*
„*bylonis* ornamentis tuis ſuperbiens: *dejectio.*
ccipe molam & mole farinam inſtar ancillæ
iolæ ſervientis. *Iratus ſum contra populum*
ieum, contaminaſti hæreditatem meam. Ego
edi eos in manum tuam, tu vero dediſti eis mi-
ricordiam. Hæc quippe erat diſciplina tua,
ua erudiebaris a principio temporis & a ju-
entute tua.

CAPUT XLVIII.

1. *Audite hæc domus Jacob . . . Annun-* *Solus*
„*tiavi tibi vetera, antequam veniant in* *Deus fu-*
e, ne forte dicas, ſculptilia & conflatilia man- *tura præ-*
laverunt mihi . . . ne dicas, etiam cognoſco *ſcit.*
a: neque noviſti, neque ſciviſti, unde enim
ibi hæc notitia, niſi quando *aperui tibi aures.*
Propter nomen meum, ſeu clementiam meam
ſtendi tibi iram meam, & pernitiem inimico-
um tuorum, *ut non deſtruam te*, ſalutem tuam
uærens. Inimicis autem *non argenti gratia*
endidi te, ſed propter peccata tua, attamen
terum ex *mendicitatis fornace* Babylonis re-
imam te. Accepta autem ad propria rever-

„tendi poteſtate *egredere* alacriter *fugiens a*
„*Chaldæis*, nam occurret tibi vox jucundita-
„tis, & omnes cum lætitia *dicent*, *liberavit*
„*Dominus ſervum ſuum Jacob.*

CAPUT XLIX.

Chriſtus dux gentium.

V. 1. *Audite me inſulæ & attendite gentes*; id
„eſt, Eccleſiæ Dei in medio gentium
„poſitæ: *ex utero matris meæ vocavit nomen*
„*meum*, *& poſuit os meum ut gladium acutum* ad
„ſecernendos eos qui Deo digni ſunt ab indi-
„gnis: *& ſub tegumento manus ſuæ* carnis a me
„*aſſumptæ abſcondit me*, *poſuit me quaſi ſagittam*
„*electam*, ut ferirem amoris jaculo dignos, *&*
„*in pharetra ſua* ſeu carne aſſumpta *abſcondit*
„*me*, dicens: *ſervus meus es tu Iſrael*, *& in te*
„*gloriabor*, id eſt, ex ſemine Iſrael ortus for-
„mam ſervi accepiſti, ſed tamen in te gloria-
„bor, licet enim *in vanum* videaris *laboraſſe*,
„*ut congregares Jacob* ſeu Judæos ad me, ex-
„plevisti tamen voluntatem meam *gloriam* ta-
„men meam & *fortitudinem* meam per ſtupen-
„da opera manifeſtaſti, & *magnum eſt tibi*,
„*quod voceris puer meus* in accepta forma ſervi,
„*ut ſtatueres tribus Jacob*, *& diſperſiones Iſrael*
„*converteres.* Qui quoniam gratiam accepta-
„runt, gentes eum *ſanctificarunt*, & qui ob
„crucis mortem *abominationi* fuit infidelibus,
„eum *reges videbunt*, & *conſurgent principes*
„*& adorabunt eum propter Dominum quia fidelis*
„*eſt*, & ille promiſit: *tempore accepto exaudivi*
„*te*, *& in die ſalutis* reſurrectionis *adjuvi te*, *ut*
„*poſſideres hæreditates* gentium *deſertas*, & di-
„ceres

„*ceres iis, qui vincti ſunt, exite . . . in omnibus*
„*viis paſcentur* ſalutari Dei verbo: *non eſurient,*
„*neque ſitient, non percutiet eos æſtus neque ſol,*
„ſeu humanæ miſeriæ ardor, dum *per fontes*
„*aquarum* veteris & novi Teſtamenti *ducet* &
„erudiet *eos, & ponet omnes montes in viam*
„difficilia allevianda. Unde etiam *hi de longe*
„*venient, hi ab Aquilone & mari, alii de terra*
„*Perſarum* omnes *lætantes, quia miſertus eſt*
„*Dominus populi ſui,* cujus ſicut *mulier partus*
„*uteri ſui non obliviſcetur:* nam *ſuper manus ſuas*
„*depinxit* & fundavit Eccleſiam ſuam, quæ
„*in conſpectu ejus eſt ſemper,* & *cito* ab Apoſto-
„lis *ædificabitur, & quæ ceciderunt* cum Syna-
„goga, *nunc anguſtiora fient præ habitatoribus*
„gentibus converſis, *& longe arcebuntur ab ea,*
„*qui abſorbent eam. Dicent enim ad aures filii*
„Eccleſiæ: *anguſtus mihi locus eſt . . . nam ad-*
„*ducent filios ſuos in ſinu . . . Et erunt reges*
„*nutritii* ſeu protectores *ejus . . . Super faciem*
„*terræ adorabunt eam, & ſciet, quia ego ſum*
„*Dominus* qui *a gigante* diabolo *ſpolia* eripui,
„& *comedent* perſecutores Eccleſiæ *carnes ſuas*
„&c. *& ſentiet omnis caro, quia ego Dominus,*
„*qui erui te* &c.

CAPUT L.

v. 1. *Sic dicit Dominus, qualis hic liber repudii* **Synagoga**
„*matris veſtræ, quo dimiſi eam? . . .* **juſte re-**
„*in iniquitatibus veſtris dimiſi veſtram, ſcilicet* **pudiata.**
„Synagogam, *quia dixi veni, & non erat, qui*
„*obediret . . . dorſum meum dedi ad flagella,*
„*& genas meas ad alapas, faciem autem meam*

„*non averti a probro ſputorum.* Quæ om
„Chriſtus ſine cauſa a Synagoga paſſus
„quare merito eam repudiavit, dicens:
„*Dominus Dominus auxiliabitur mihi, quis*
„*det me: ecce vos omnes tamquam veſtimen*
„*veteraſcetis, & tinea malæ conſcientiæ com*
„*vos.* Siquis vero *in vobis timeat Domin*
„*audiat vocem pueri ejus,* alias enim *vos on*
„*accenditis ignem, & corroboratis flammam æ*
„*ni* ſupplicii, *& in mærore dormietis.*

CAPUT LI.

Hoſtium Eccleſiæ dejectio.

V. 1. *Audite, qui perſequimini quod juſtum* „& *qui quæritis Dominum. Conf*
„*in Domino: reſpicite in firmam petram* Cl
„ſtum, ſeu petram in qua Salvatoris mo
„corpus fuit repoſitum, *quam* o Judæi *exc*
„*ſis, & in foveam lacus,* ſeu latus corp
„Chriſti vulneratum, ex quo ſanguis & a
„pro ſalute veſtra fluxerunt, *quam effod*
„*reſpicite in Abraham patrem veſtrum, quem n*
„*tiplicavi. Et te nunc conſolabor Sion, & co*
„*latus ſum omnia deſerta ejus,* gentes, *quia*
„*a me egredietur, & judicium meum in lu*
„*gentium. Ne timeatis opprobrium hominum*
„perſequentium: *juſtitia mea in ſæculum*
„*Exurge igitur brachium Domini* &c.

CAPUT LII.

Chriſtus redemptor noſter.

V. 1. *Excitare excitare Sion . . . gratis ven* „*dati eſtis, & ſine argento,* ſed
„tioſo Chriſti ſanguine *redimemini:* & *aud*

„*faciam ſalutem tuam* per prædicatores Evan-
„gelicos. Quare *erumpant ſimul in lætitiam de-*
„*ſerta Jeruſalem*, quia *videbunt omnes fines ter-*
„*ræ ſalutem*, *quæ eſt a Deo noſtro*, Chriſto Do-
„mino, cujus fideles a Judæorum incredulitate
„*ſe ſeparantes* portabunt *vaſa Domini*, corpora
„ſua munda, vel novi Teſtamenti Evangelia:
„nec Apoſtoli *cum tumultu*, & quaſi compulſi
„exibunt, ad prædicandum, ſed cum omni
„alacritate, & voluntatis affectu, quos *præce-*
„*det & congregabit Dominus*, qui per reſur-
„rectionem, aſcenſionem, & exaltationem
„ſuam *valde glorificabitur*, ita ut ad reges &
„remotiſſimas gentes Evangelicum verbum
„perveniat.

CAPUT LIII.

ṿ. 1. *Domine quis credidit auditui noſtro*, & *bra-* *Chriſti paſſio.*
„*chium Domini cui revelatum eſt?* ita
„mirantur Prophetæ incredulitatem Judæo-
„rum, & converſionem gentilium, quibus
„brachium Domini, ſeu unigenitus Dei Fi-
„lius revelatus eſt: qui *aſcendet quaſi parvulus*
„*ſicut radix in terra ſitienti*, ſeu invia ex virgi-
„gine ſine *ſpecie*, *decore & gloria*. *Homo in*
„*plaga exiſtens*, & reliqua quæ in paſſione
„manifeſte impleta ſunt.

CAPUT LIV.

ṿ. 1. *Lætare ſterilis*, *quæ non paris* &c. His *Eccleſiæ fœcunditas.*
„Eccleſiæ a ſe per totum orbem con-
„ſtitutæ fœcunditatem liberorum ſpiritualium
„frequentiam promittit, & dicit: *dilata locum*

„*tabernaculi tui*, *nam ſemen tuum*, ſeu Evange-
„licus ſermo & doctrina Apoſtolorum *poſſidebit*
„*gentes*. *Ecce ego præparo tibi carbunculum*, &
„*præparabo propugnacula tua jaſpin*, doctores
„ſermone potentes, & *portas tuas lapides cry-*
„*ſtalli* fidei ſplendore fulgentes, & *muros tuos*
„*lapides electos*, qui per orationes ſuas te tu-
„tantur.

CAPUT LV.

Invitatio ad fidem.

v. 1. *Sitientes venite ad aquas.* Omnes ad
„fidem invitat, & promittit illis do-
„norum ſpiritualium abundantiam. Impios
„etiam revocat ad pœnitentiam, & de pro-
„greſſu Evangelii & felicitate credentium
„agit.

CAPUT LVI.

Præcepta & domus Dei & Sabbata colenda.

v. 1. *Hæc dicit Dominus : cuſtodite judicium*
„&c. *nam quicunque cuſtodierint Sab-*
„*bata mea*, & *elegerint*, *quæ ego volo*, *dabo eis*
„*in domo mea locum nominatum*, & *qui obſervant*
„*teſtamentum meum*, *inducam eos in montem ſan-*
„*ctum meum* : & *lætificabo eos in domo orationis*
„*meæ*, *nam domus mea domus orationis vocabi-*
„*tur cunctis gentibus*. *Omnes* ergo *feræ beſtiæ*
„*adeſte*, ſeu gentes. Vos vero Judæorum
„principes earum ſaluti invigilate, nec ſitis
„*canes muti non valentes latrare*, *ſomniantes cu-*
„*bile*, commoditates & lucra veſtra unice
„quærentes.

CAPUT

CAPUT LVII.

v. 1. *Videte quomodo juſtus periit* &c. hæc „Chriſto & diſcipulis ejus competunt „a Judæis vexatis, & per illa verba: *ſublata* „*eſt de medio ſepultura ejus*, reſurrectio Chriſti „oſtenditur. Deinde cum impiis & idololatris „Deus expoſtulat, & *pacem quæ non eſt cum im-* „*piis*, piis promittit. *Idololatria perſtringitur.*

CAPUT LVIII.

v. 1. *Clama cum fortitudine & annuntia populo* „*meo peccata eorum*, & inprimis hypo- „criſin *jejuniis* non recte celebratis, quæ quo- „modo ſervanda & Sabbata ſancte celebranda, „& propria voluntas abneganda ſit, hic doce- „tur. *Judæorum hypocriſis culpatur.*

CAPUT LIX.

v. 1. *An non poteſt manus Domini ſalvare* &c. „oſtenditur hic quod Deus potens & „benignus ſit ad ſalvandos Judæos, verum „iniquitates eorum, ſcilicet *manus* Chriſti ab „eis occiſi *ſanguine pollutæ*, & labia eum blas- „phemantia, ſcriptura ſacra vanis eorum tra- „ditionibus velut *telis aranearum* corrupta, im- „pediunt, ne exaudiantur & ſalventur. *Deus ſalvare potens.*

CAPUT LX.

v. 1. *Illuminare Illuminare Jeruſalem, quia ve-* „*nit lumen tuum* Chriſtus: *leva Eccleſia* „*in circuitu oculos tuos & vide congregatos* ex „omnibus gentibus etiam divitibus auro & „thure, *filios tuos*, qui *ut nubes ad te volant*, *Gratulatio Eccleſiæ de ſua propagatione.*

„& per doctrinam ſuam circumvallabunt „& *aperientur portæ tuæ ſemper* etiam *potenti* „*&* *regibus:* gloria Libani, eruditi & ſapi „tes ſæculi a te venient *&* *ibunt ad te time* „*filii* perſecutorum tuorum *pro ære afferam* „*aurum* &c. legis Evangelicæ &c.

CAPUT LXI.

Chriſti Salvatoris officium.

V. 1. *Spiritus Domini ſuper me* &c. Chriſti S „vatoris officium & humani gen „reparatio explicatur, & prædicatione A „ſtolorum gentes convertendæ prædicunt „In quæ nullæ nobis notæ Euſebii ſup „ſunt.

CAPUT LXII.

Eccleſia ſponſa Chriſti.

V. 1. *Propter Sion non tacebo* &c. Hic ru „piam religionem apud Judæos „gentem ſignificat, nam vere Chriſti *co* „ſunt bona per eum operantes, & *diadema* „*gni ejus* ſancti Martyres, qui in Eccl „ſponſa Chriſti lætantur cum Chriſto, qui „cuſtodiendam tradidit cuſtodibus Ange „ita ut inimici ei amplius nocere non poſſ „& tandem in cœlum eam transferant.

CAPUT LXIII.

Chriſti de hoſtibus ſuis triumphus.

V. 1. *Quis eſt iſte, qui venit de Edom, r* „*veſtimentorum de Boſor?* Chr „ſcilicet de hoſtibus ſuis & Eccleſiæ tri „phans, eosque *conculcans* quoniam *dies r* „*butionis* & ultionis *venit* eis, *&* *annus re* „*ptionis* electorum *adeſt*, quos *filios* ſuos vo

ignatus eſt, & *factus eſt ipſis in ſalutem.* Sed
uia Judæi *non crediderunt, & exacerbave-
unt ſpiritum ſanctum ejus, facti ſunt ſicut ab
itio* ſine Propheta ſacerdote & rege.

CAPUT LXIV.

1. Si aperias cœlum, tremor apprehen- *Deus ul-*
„det a te montes &c. Quo modo pe- *tor inimi-*
it Propheta, ut Deus nomen ſuum & po- *corum*
ntiam inimicis nota faciat, luget populi *ſuorum.*
ui iniquitates & exilium & pro liberatione
um deprecatur.

CAPUT LXV.

1. *Apparui non rogantibus me* gentibus, cum *Judæo-*
„econtra Judæi mihi non obtempera- *rum re-*
ent, qui proinde ob ſcelera & idololatriam *probatio.*
me projicientur, gentiles vero & qui ſer-
iunt mihi omnibus bonis replebuntur.

CAPUT LXVI.

1. *Sic dicit Dominus: cœlum thronus meus* *Vocatio*
„&c. *parturivit & peperit Sion* Eccleſia *gentium.*
parvulos ſuos, & quidem *die una* id eſt, con-
ertim. Quare *lætare* Eccleſia, quia his
parvulis tuis *lac* utriusque Teſtamenti para-
tum eſt, illi *humeris* doctorum *portabantur*,
gaudebit cor eorum, & oſſa eorum in ſecundo
Chriſti adventu *quaſi herba germinabunt*, cum
econtra incredulis *Dominus quaſi ignis ve-
niet, ut reddat in furore ultionem, & increpa-
tionem ſuam in flamma ignis. Et venio, ut
congregem omnes gentes, & emittam ex illis eos*

„*qui*

„*qui ſalvati fuerint* Apoſtolos *ad gentes in Thar-*
„*ſis* &c. *& annuntiabunt gloriam meam in gen-*
„*tibus*, *donum Domino* in cæleſti Jeruſalem,
„*cum equis & curribus*, ſcilicet angelicis virtu-
„tibus: ubi in cœlo novo erit *menſis ex menſe*
„*& ſabbatum ex ſabbato* omnia in novum mu-
„tata: & exibunt, & videbunt membra ho-
„minum, qui prævaricati ſunt in me in infer-
„no: *Vermis enim eorum non morietur*, *& ign*
„*eorum non extinguetur*, & erunt in *conſpect*
„ſeu *abominationem omni carni* quæ ſupplici
„non addicenda, ſed cæleſti contemplation
„donanda eſt.

EUSEBII PAMPHILI
DE FIDE ADVERSUS SABELLIUM
LIBER I.

§. I.
Monitum.

Jacobus Sirmondus ex antiquis Codicibus Herivallenſis & Compendienſis monaſteri quatuordecim Opuſcula edidit anno 1643 Pa-riſiis impreſſa, quæ Gallandius novæ ſuæ Bi-bliothecæ inſeruit, eaque tamquam vere Eu-ſebiana agnoſcunt Valeſius *de vit Euſ.* Cote-lerius *Monum. Eccl. Græc. tom.* 2. Fabricius *Bibl. Græc. tom.* 6. & alii: ut propterea meri-to redarguere Caveum videatur Oudinus *de Spirit. Eccl. tom.* 1. qui eadem Euſebio Emi-ſeno adſcribenda exiſtimabat.

§. II

§. II.

ANALYSIS.

'uſebius in hoc & ſequenti libro agit con- *Filius*
' tra hæreſin Sabellii, & Verbum eſſe *a Patre*
›nam a Patre diſtinctam probat primo: *diſtinctus.*
Matth. 3. *v.* 17. Pater dicit: „*Hic eſt Fi-*
meus, non vox mea aut cogitatus meus,
Filius meus. *Secundo:* Joannes vox di-
ı non interimit hominem, ergo etiam Fi-
Verbum dictus non intercipit Deum.
tio: Verbum non tunc modo erat Filius,
ndo apparuit, non cum nobiscum, tunc
ıpud Deum, ſed in principio erat, ante
ula erat, quæ per ipſum facta ſunt; erat,
:, ſemper erat *Joan.* 1. *Quarto:* bonus
Pater, & non eſt diviſus generans filium:
ens eſt, & non erat illi impoſſibile, implere
n bonitatem: Confitere ergo Patrem non
ım, & alium non natum quærere noli,
ı nec invenies: confitere & Filium uni-
itum, natum a Patre, & alium Filium
quæras, nihil enim æquale eſt unigeni-
non eſt unus ex his, quæ per ipſum
:, non eſt ex hoc mundo, ſed mundus
ipſum, omnia per ipſum ſunt, & nihil
ipſo: non eſt unus ex prophetis Filius,
per quem omnes prophetæ: non unus ex
bus, ſed per quem omnes reges: non
s ex Juſtis, ſed ipſe juſtitia.

. „*Quinto* Verbum ſeu Filius Dei non *Verbum*
ı apparuit, tunc venit, ſed erat latens, *ante In-*
aruit, qui erat latens, nam juxta Evan- *carnatio-*
„ge- *nem erat.*

„geliſtam *in mundo erat*, ut autem non e
„contemtus, dixit, quia etiam ante mund
„erat, cum mundus per ipſum factus
„Aderat ergo & antequam adveniret, a
„etiam poſtquam perrexit, & poſtquam
„ſumpſit corpus, non ut recluderetur, aſſi
„pſit, ſalvare enim venit, non tamen ami
„re, quod habebat, facit bene ipſe mane
„in quo erat, non natura excidens ſua,.
„miſericordia utitur Patris, qui, quia v
„eſt Pater, eſt & Filius vere, eſt & Spiri
„ſanctus, non vacua verba, ſed natura ve
„Pater non natus, & ſolus non natus: &
„lius unigenitus, & ſolus unigenitus eſt; S
„ritus ſanctus, qui a Filio ſecundum volu
„tem Patris mittitur.

Diſtinctio trium Perſonarum.

3. „Vis autem edoceri, quia hæc vere
„cuntur? venit Dominus ad Baptism
„Joannis, & videbis, qui eſt, qui dicit:
„*eſt Filius meus dilectiſſimus* &c. Quis d
„hæc? utique Pater de Deo, qui videbatu
„homo. Qui dicit ergo, Pater eſt, de
„teſtimonium erat, Filius eſt; ſpiritus in
„cie columbæ: & qui ut homo apparebat
„qui in homine habitabat, teſtabatur:
„*pedit vobis, ut ego vadam, ſi enim ego non*
„*Spiritus non veniet, cum ego iero, rogabo*
„*trem meum. Joan.* 16. *v.* 7. Qui vadit,
„qui rogatur, & qui mittitur, non dii di
„tur, unus eſt enim Deus, ſed unus D
„non natus, & unus unigenitus Dominus
„tus a Deo eſt, qui non vocem genuit,
„Filium, non ſermonem, ſed vitam, non
„ct

um, ſed Deum; apud Deum enim, non
ore Dei; ad dextram Dei, non tamen,
i in voce eſt: verum lumen, non autem
e, quale quod nos: nihil accipiamus viſi-
e ad exhibitionem inviſibilis.

4. „Neque paſſiones oportet adjungi im- *Generatio Filii Dei inenarrabilis.*
ſibili Patri, quia non dividitur, ſed manet
generat, noli vero dicere, quemadmo-
m? neque quæras generationem illam,
am nullus enarrat, nullus novit, ſed con-
re infirmitatem tuam. Adora unum non
tum, ut unum unigenitum, ne ſpernas
um Spiritum. Adora Patrem, & ſalva-
te: adora Filium, & ſuſcipiet te per eum
ter: Confitere Spiritum, & impertit tibi
ius Spiritum. Hæc dicantur, hæc cogi-
tur, iſta eſt enim æterna vita, & finis
monis iſte ſit: Gloria uni non nato Deo
unum unigenitum Deum Filium Dei, in
o Spiritu ſancto & nunc & ſemper, & per
nia ſæcula ſæculorum Amen.

LIBER II.

ummum, & præcipuum, & primum fun- *Tres divinæ perſonæ.*
„damentum, & radix omnium operum,
e fiunt, fides eſt vera. Ipſe Dominus
dens cauſam ſui adventus in mundo, di-
: quia ideo natus ſum, & ideo veni in
ndo, ut teſter veritati *Joan.* 18. *v.* 37.
Petrus beatus dicitur non ob jejunium,
ue ob aliud opus, ſed quia Pater ei reve-
t Filium. Unus ergo eſt non natus Deus,

„ob-

„obſerva non natus cum Patre, & non habe
„bis in anima confuſionem: obſerva unigeni
„tus cum Filio, & non turbaberis, nequ
„jam eris incertus, quemadmodum Deus &
„Deus, & non dii, quia enim retines unu
„Deus non natus, & unus Deus unigenitus
„ideo non dii, quia neque non nati, nequ
„unigeniti: Pater non ſibi adſcribit Patrem
„Filius unus ſibi adſcribit Patrem. Pa
„ter a nullo eſt, Filius ab uno eſt Patre
„Quia vero Judæi non confitentur Filium
„non ideo non eſt Filius. Et quia quidam no
„vum iſtud ſacrilegium introduxerunt dicen
„tes, eumdem ipſum eſſe Patrem, quem &
„Filium, neque Patrem Patrem dicent, ne
„que Filium Filium, ſed ſecundum eorum Sa
„crilegium nihil prorſus. Si enim Pater no
„eſt Pater, quia ipſe eſt Filius, & Filius no
„Filius, quia ipſe eſt Pater, prope eſt, ut d
„cant, neque Patrem eſſe, neque Filium
„quis enim poterit audire, ipſum ſe ſibi eſ
„Patrem, & Patrem ipſum ſe ſibi eſſe F
„lium?

Divinitas Verbi. 2. „Sed calumniantur *Joan.* 10. *v.* 30. d
„citur: *Ego & Pater unum ſumus.* Veru
„*Ego & Pater* diſtinctionem Perſonarum, *unu*
„unitatem in eſſentia indicat. Sicut eni
„Pater ſupra omnem naturam eſt, quod e
„non natus, ita & Filius habetur ſupra omn
„in eo, quod eſt progenies vera Deus apu
„Deum, Deus ad dexteram Dei, Deus forti
„Deus quem unxit Deus *Pſ.* 44. *v.* 8. nam
„fortis dictus eſt ab Iſaia *c.* 5. *v.* 6. & De
„nobiscum cum ex Virgine. Non ergo cu

„

x Virgine, tunc Deus, ſed nobiscum tunc ion primum ex Virgine, ſed primum ex)eo: ex Virgine enim propter diſpenſatio-em, ex Deo autem propter naturam: ex /irgine in noviſſimis temporibus, ex Deo inte ſæcula: ex Virgine cum hominibus, ex)eo ante omnes.

3. „Calumniantur vero ulterius: Quia Deus ipſe ſibi eſt Pater, ipſe eſt & Filius, & non eſt Filius: ſi enim Pater ipſe ſibi eſt Pater, non eſt Pater, quia ipſe ſibi & filius eſt ut ajunt: ludimus in divinis, irrationabilia enim iſta nequidem parvi ſuſcipiunt: interroga namque infantem & dicito: Pater tuus ubi eſt? & eum qui ſe genuit oſtendit. Cum autem benedictus Filius tenens panem levat manus, ut tuam mentem ad eum, qui ſe genuit, extollat, noſce Patrem & ceſſa negare Filium *Joann.* 11. *v.* 41. nam an ſemetipſum genuit Pater? an ſemetipſum miſit? num ſemetipſum orat? & ſibimet ipſi gratias agit? & ipſe ſibi eſt Filius, Pontifex, Agnus, via, janua. Ipſe igitur Deus pacis, qui non pepercit unigenito ſuo Filio, & miſit eum ad ſalutem noſtram ipſe omnium veſtrum animas ad unam conſenſionem, ad unam concordiam, ad unam pacem & charitatem adunet per unigenitum ſuum Filium, per quem eſt non nato Patri gloria, honor, imperium, majeſtas in ſpiritu ſancto, & nunc & ſemper, & per omnia ſæcula ſæculorum Amen. *Pater alius a Filio.*

EUSEBII PAMPHILI
DE RESURRECTIONE.
LIBER I.

Dei providentia & juſtitia. I. In hoc libro ſeu potius homilia Euſebi agit de reſurrectione, & antequam illa probet, prius Providentiam & Juſtitiam Di nam aſſerit, ex qua deinde, item ex fiduc Abrahami Filium ſacrificare volentis reſur ctionem probat, & Phariſæorum ſententi denique impugnat. „Et inprimis obſerv „nihil eſſe tam exiguum, in quo providen „divina non reluceat: Cur enim formican „ſalvatur genus in ſimilitudine? cur apium „operationes in commune redduntur? Quis „cit mel? utique qui conſtituit medicina „Quid non plenum eſt providentia? Quid n „clamat proviſorem Deum? nonne herb „quæ utilitatem præbent medelis, piſces, „pides, ſol, & omnia creata ſuam præſt „utilitatem. Porro confeſſa providentia c „ſequens eſt, adeſſe reſurrectionem: nam n „ſine cauſa juſtitiam colit juſtus, pudiciti „pudicus &c. nec ſimiliter moritur juſtus „impius, nec qui aliena rapit, fruitus eſt q „diripuit, qui autem ſua amiſit, abiit gem „non habens ſpem. Sane non eſt iniqu „apud Deum: ſi enim non eſt ſpes reſurrec „nis illis, qui iſtic nocentur, & merces l „qui ſua hic ſpargunt, magna iniquitas „apud juſtum, & ſi æqua redduntur omni

„j

junanti & ebrioſo, ubi virtus eſt providen-
e? in præcipuis enim ſi defuerit, non eſt
ilis neque in minimis. Sane quomodo ſine
ſurrectione juſtitia in Deo ſalvabitur? vide-
us enim ſubinde iniquos melius in mundo
ibere, quam juſtos.

2. „Deinde dicant Judæi, quæ provene- *Reſurre-ctio ex fiducia Abraha probatur.*
it Abrahæ ex promiſſione in præſenti hac
ta, ut abſcindamus eorum ſpem reſurre-
onis? ſed habuit filium, ajunt. Verum
ando? circa centeſimum annum datus eſt
Filius, & quid dicit ei Deus: *offeres eum
hi in uno montium. Gen. 22. v. 2.* Si inter-
perimus reſurrectionis ſpem, ſtatim habet
lorem Abraham, ex quo enim propoſuit
erre eum, mortuus eſt patri Iſaac. Quid
tur ſibi vult, quia Abraham totam ſuam
am transegit in anguſtiis, in tentationi-
s, in doloribus? ſi enim in iſta vita ſpem
beret, fraudatus eſſet a ſpe. Cum igitur
riati fuerint Judæi in Abraham, neceſſi-
tem habebunt & reſurrectionem confiteri.
æc ad illam Sadducæorum partem, qui
gant prorſus reſurrectionem futuram, recte
erentur; quia autem alia pars, hoc eſt
ariſæorum, reſurrectionem quidem confi-
ur, reſurrectionem autem dicit futuram,
iterum manducetur & bibatur & conjugiis
atur, advertamus, quid dicit Apoſtolus:
*in iſta vita ſpem haberemus in Chriſto, miſe-
biliores omnibus hominibus eſſemus 1. Cor. 15.*
19. ſi enim ita reſurgeremus, oportebat
braham, ut non amitteret, quæ hic ſunt,

„jam perfrui ea, quæ eſſet in reſurrectione „accepturus, ſi enim cum voluptate bibere & „epulari vita eſt, in quacunque hora non cum „voluptate bibimus fraudaremur, a vita &c.

DE RESURRECTIONE ET ASCENSIONE.

LIBER II.

Reſurrectio & Aſcenſio Chriſti probatur.

1. Liber hic eſt homilia ad diem aſcenſionis D. N. Jeſu Chriſti, in qua veritatem Reſurrectionis & Aſcenſionis ejus probat ex conſtantia Martyrum & Apoſtolorum, & ex miraculoſa Evangelii promulgatione Euſebius. Oſtendit inſuper fieri non potuiſſe, ut Apoſtoli Religionem Chriſtianam prædicarent, & prædicando propagarent, niſi eos Spiritus S. repleviſſet, hominumque mentes ad eam recipiendam diſpoſuiſſet. Ait ergo: „Lætantur „quidem cœli de feſtivitate præſenti, in quo „Dominum ſuſcepere victorem. Lætatur & „exercitus Angelorum ſuſcipiens cum victoria „Regem: lætatur & qui genuit & miſit Pater „a dextris habens cariſſimum Filium ſuum, „per quem mortua mors eſt, deſtructa diaboli „tyrannis, & ſalvati ſunt homines, & gau„dium acceperunt angeli. Firmatur autem „hominum reſurrectio, cum apparuerit Filius „reverſus ad Patrem, & majus oſtenditur, „quod propoſitum eſt, cum apparuerit reſur„rectio ejus, qui ſuſcitavit, ſiquidem & Apo„ſtolus volens oſtendere, quia reſurgunt ho„mines, ad reſurrectionem Domini ſuum „tranſmiſit ſermonem *Rom.* 8. *v.* 17. 1. *Cor.* 15. „*v.* 16. Et mirabilia quidem, quæ ante cru-

„cem

„cem facta ſunt, qui fuit, oſtendit, poſt mor-
„tem autem mirabilia, quæ per Apoſtolos fa-
„cta ſunt, confirmant, quia qui mortuus eſt,
„reſurrexit & vivit, unde & majora ſervata
„ſunt mirabilia poſt mortem, quam ea, quæ
„ante mortem ſunt facta, quia incredibilior
„reſurrectio Domini magis, quam adventus
„ejus in mundo fuit. Quis vero auſus eſt di-
„cere, quia non reſurrexit Chriſtus? putas
„gentiles? verum ſi ſtant eorum templa,
„ſimulacra, non reſurrexit. Sed Judæi dubi-
„tant de reſurrectione Chriſti: ſed ſi eorum ci-
„vitas deſerta eſt, ſi altare non eſt eis, non
„Sacerdos, non Rex, non Propheta, non
„Spiritus, per quem iſta? ſi dicant per homi-
„nes: ſed utrum Deo ita permittente magis
„autem indignante? dicant cauſam peccati.
„Putas propter idololatriam? & certe nunc
„idola non colunt; ſed quia prophetas occi-
„derunt aliquando? & certe cum eos interfi-
„cerent, habitabant civitatem ſuam. Quæ
„ergo cauſa eſt, ut ira Dei adverſus eos ſit
„nunc? nimirum quia Dominum Jeſum cruci
„affixerunt: quem reſurrexiſſe a mortuis
„oſtendit gentilium quotidie deficiens cultura:
„protenduntur etiam Eccleſiæ bona: Chriſtus
„ergo exaltatur & vivit, qui hæc operatur;
„occaſio Judæis nulla relicta eſt; cum enim
„dicunt, quia alia peccata habuimus, & ideo
„ejecti ſumus nunc: quando non peccavit Iſ-
„rael? quando non eos paſſus eſt Deus niſi
„nunc ſolum? nonne in Ægypto idola cole-
„bant? nonne in deſerto caput vituli adora-
„bant?

Judæi ob Chriſticidium puniuntur. 2. „Sed auſi ſunt dicere, quia nunc non „habemus Prophetas ideo, quia inter gentes „ſparſi videmur. Ubi ergo venit Moyſes? „nonne in Ægypto? ubi ſeptuaginta duo? „nonne in deſerto gentium? ubi Daniel, & „tres ejus fratres? nonne in Babylonia? qui „ſalvati a leonibus & flamma ignis ardentis „fidem confitebantur. Habemus autem & „nos, quia & mirabilia facta ſunt, quod ſi- „quis non credit, nihil prohibet, unius reli- „gioſi memoriam nos repetere, Romani Mar- „tyris, qui flammis ſuperatis præciſa etiam „lingua prompte loquebatur. Cur ergo o Judæi „cum tot mala olim faciebatis, tantos habe- „batis Prophetas, nunc autem cum vide- „mini cuſtodire legem, nullus vobiſcum Pro- „pheta eſt, niſi quia manifeſta eſt veſtra inèx- „cuſabilis audacia ſanguinis juſti, quem effu- „diſtis.

Prædicatio mirabilis. 3. „Porro ſcriptum eſt, quia dum imple- „retur dies quinquageſimus, erant adunati „in unum Apoſtoli, quos ſparſerat quidem „crux, collegerat autem reſurrectio, & adu- „natis illis diviſæ ſunt linguæ, & cæperunt „linguis loqui, quas non didicerant: quis eſt „qui donavit? qui mortuus eſt, & quomodo „donat mortuus, niſi quia reſurrexit? ſed di- „cis: non donavit, nec vera dicit Scriptura. „Verum hoc modo Apoſtoli decepti fuiſſent, „& propriam deceptionem multo magis occul- „tare debuiſſent, quam dicere, quia vidimus „eum. Sed putas, convenientes in unum im- „pudenter dicebant ad ſemetipſos: quid ſi ſe- „ducti ſumus? ſed non concedamus: Magiſter „mor-

,mortuus eſt: dicamus, quia reſurrexit.
,Verum quid exinde lucrarentur? aurum?
,ſed non permiſit mandatum: argentum? &
ipſa retia reliquerunt: ſed ut honorarentur?
qui inverſo capite affigebantur: Quid erat,
quod poſſet eos hortari ut mentirentur de
eo, qui non reſurrexerat? quis præbuerat
eis audaciam? quomodo Judæi paſſi ſunt non
eos ſtatim interimere? Quomodo gentes diſcipulos
audierunt? ſed prædicatio erat honeſta.
Verum Crucifixus prædicabatur, &
qui prædicabant humiles, & quibus prædicabatur,
præventi erant.

4. „Videte ergo Dominum Jeſum a mortuis
reſurgentem: videte eum ad dextram Patris
cum gloria ſedentem: Quibus oculis? Apoſtolorum
quippe, illorum virtute, illorum
ſcientia. Quomodo ſuſcepti ſunt? quomodo
creditum eſt? certe multa erant impedimenta
apud eos: conſuetudo vetus, imperium
adverſariorum, crucifixus prædicatus,
Præconum ignobilitas, egeſtas, numerus
parvus: ab ipſa autem prædicatione, jejunium
præ ebrietate, pudicitia præ libidine,
adde perſecutionem prædicatorum, cum vapularent
& interficerentur. Certe ædificaturum
ſe promittebat Eccleſiam ſuam: ſi non
ædificavit, mortuus eſt, qui autem ædificavit,
qui non vivit, dicant, quomodo ædificavit.
Sed ædificavit, imo etiam addidit:
portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Si
gladii, exercitus, tyranni & omnia adverſus
iſtam prædicationem moti non fuiſſent, forte

Propagatio fidei.

„relinqueretur dubitatio; ſi autem per omnia „tota iſta prædicatio ſtat, vivit utique, cujus „prædicatio non evertitur. Sed ex modicis „magnæ prædicationes ſunt factæ, dicit enim „mortuus & poſt mortem: *Exite ad univerſum „mundum*, & perfecerunt Apoſtoli, quæ juſſit. „Laus igitur non nato Deo, qui miſit nobis „unum Deum unigenitum ſuum Filium, per „quem eſt ei gloria, honor imperium, maje„ſtas in Spiritu ſancto, & nunc & ſemper, & „per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI
DE
INCORPORALI ET INVISIBILI DEO.

Deus incorporeus.

1. „Incorporalem eſſe Deum voce magna cla„memus & in corpore conſtituti, & a „corpore recedentes: ſi enim noſtræ animæ „incorporales ſunt, *quæ occidi non poſſunt*, „*Matth.* 10. *v.* 28. quanto magis is qui hono„ravit animas incorporali natura incorporalis „erit. Deinde in Evangeliis ſcriptum eſt: „*Deum nemo vidit umquam Joan.* 1. *v.* 18. & „Paulus dicit: *Quem nemo vidit hominum nec „videre poteſt*, inviſibilitas vero Dei incorpora„li conjuncta eſt. Non operiamus Deum cor„pore, quia nec patitur, non eum veſtiamus „veſtimento, quia nec indiget; ſi dederis ei „corpus, ſeparaſti ei locum, compoſuiſti ſim„plicem naturam. Si dixeris corpus, dabis

„ocu-

oculos, dabis aures, linguam, ſenſum, oſſa, viſcera, nervos & venas, & ignoras, de quo loqueris. Fuge dementiam, ut comprehendas, non quantus eſt natura, ſed quantum tibi poſſibile eſt noſſe.

2. „Si corpus eſt Deus, quis eſt, qui ſubbajulat cælum? & antequam cælum fieret, ubi erat Deus? terra ei ſcabellum eſt: antequam terra crearetur, ubi erant pedes? Neque deitas deducta eſt a corpore, cum Filius Dei corpus aſſumpſit, ſed corpus elevatum eſt a deitate. Spuit corpus, ejus enim natura eſt: qui autem in corpore adeſſe dignatus eſt, ſimul cum ſputo emiſit virtutem, & lutum fiebat ex ſputo, ex ſputo autem & luto oculos qui naturæ deerant figuravit: ſanctificavit enim Dominus corpus, quod accepit, & per corpus ſputum & veſtimenta, quorum fimbriam mulier tangens ſanitatis hauſit medelam, a deitate ſcilicet, quæ aderat in corpore.

3. „Si corpus feceris Deum, & corpus plenitudinem cæli & terræ, in ipſo pones cælum, & terræ lapides, & omnia quæ ſunt: ſi namque ut corpus coextenſum eſt corporibus, nullus locus eſt vacuus, ubi ſit. Solus ergo Deus in ſemetipſo, ſolus apud ſemetipſum, ſolus reparatus ad ſe, & cum reparatus ad ſe complet omnia, ſed non corporaliter. Tuba opus eſt, vox maxima neceſſaria eſt, magis autem nec vox, nec tuba, ſed mens pura, ut videatur, qui non videtur, ut audiatur, qui non auditur, ut

 „in-

„intelligatur, qui non interpretatur, & di(
„tur, qui non dicitur, ut agnoſcatur, (
„non comprehenditur, cui gloria honor im]
„rium per omnia ſæcula ſæculorum.

EUSEBII PAMPHILI
DE INCORPORALI.
LIBER I.

An Deus in loco.

1. Quæritis in his, quæ lecta ſunt, ſi Deu;
„montem deſcendit Sina, & ſi circu
„datur Deus in monte ſeu loco. Quæri
„etiam, quæ erat tuba, quæ ore proferaba
„Dei. Quæritur cur appropinquantes
„montem, in quo erat Deus, interficieb:
„tur. Quid ſibi vult columna nubis, ubi
„Deus, quid etiam mons fumans? cur ſiq
„vidiſſet Deum, moriebatur, & non ma
„vivebat? Ad horum ſolutiones veniam
„Deum circumdat nihil, circumdat aut
„Deus omnia non corporaliter, virtute en
„incorporali adeſt omnibus, adeſt autem n
„diviſus neque pars ejus adeſt, pars abe
„iſta enim corporum ſunt paſſiones, De
„autem corpus non eſt.„ Porro quæ l
Euſebius proſequitur, proprietates corpor
ſpectat, quas philoſophice exponit, ad p
poſitas autem quæſtiones directe non reſp(
det.

DE INCORPORALI ANIMA.

LIBER II.

„Quidam putant, animam noſtram non „ſolum cum corpore eſſe, ſed aut ...rporalem aut corpus. Multis etiam ſan...uis putatur & anima noſtra eſſe, & quia ex ...riptura circumveniunt animam, tamquam ...nguis habeatur, ex ipſa ſcriptura ejus ſe...remus dignitatem. Irrationabilium enim ...imalium animæ uno præcepto cum corpo...bus figuratæ ſunt *Gen.* I. *v.* 24. homo autem ...que cum aliis animalibus, neque ante alia ...tus videtur: & cum aliis quidem non eſt ...tus propter pretioſitatem, ante alia autem ...n eſt creatus propter tutelam Dei: quia ...m ei incipiebant ſubjici omnia, quæ facta ...Deo ſunt, ut non ipſius putarentur ope..., noviſſimus figuratur homo. Aliter au...m & decebat, antequam crearetur rex ſu...r terram, præparari neceſſaria primum, ...ita adveniret, qui ea perfrui deberet: Sic ...am non prius facta ſunt animalia, quam ...rent ea, quæ paſcerent animalia. Crea...s eſt autem homo, non uno præcepto, ſed ...rpus quidem ſeparatim figuravit Deus, & ...paratim animam fecit, & factum eſt velut ...bernaculum corpus, introducta eſt autem ...ima & habitavit: & ne putes, quia præ...ſſit corpus creatione, jam & in honore præ...llit, memento quia & irrationabilia anima...a ante hominem facta ſunt, non tamen pri...a ſunt in honore. Quando ergo Deus figu...avit hominem limum a terra accipiens, nec-

Anima eſt incorporalis.

„dum

„dum erat totus homo, ſed quando *inſpira*
„*in eum Dominus ſpiramentum vitæ, & factus*
„*homo in animam viventem Gen. 2. v. 7.* & i
„rum *in ſpiritum vivificantem.* Ita ergo ex cr
„tione quidem ipſa ſtatim ſeparatum eſt n
„ſtrum corpus ab anima noſtra, anima aut
„omnium animalium, quæ ab homini
„manducantur; dictus eſt ſanguis.

Anima hominis rationalis.

2. „Ut autem veniamus ad dignita
„animæ, habet illa hoc præcipuum ration
„vitæ cogitatum, in ſermone, in cogit
„in rationabili vita homo eſt, hæc ima
„hoc eſt pretioſum, hoc imperiale, hoc e
„quod tenet per animam. Per hæc agnoſ
„tur & pudicitæ honeſtas. Et certe caro co
„trarias ſuggerit motiones ad irrationali
„communicationes; ſed animæ cogitatus
„bernans motiones concupiſcentiarum oſten
„quia anima a corpore ſeparata eſt: ſi enim c
„pus eſcam, potum, libidinem & alia imm
„derate concupiſcit, anima menſuram & m
„dum præſcribit. Cogitatus etiam fortiſſi
„nobis animalia ſubjecit: deſcendens in ma
„neceſſaria nobis eduxit: invenit autem
„iter in mari: invenit & artes & varia opifi

Animæ vis in excogitando.]

3. „Intuere ergo, quantum diſtat cog
„tus a corpore: non enim oculus corpor
„intuetur, niſi affuerit anima: ſed & cum
„detur videre, aliter videt corpus & ocul
„Et certe anima videt per eum, aliter int
„tur cogitatus a ſemetipſo: non vidit cor
„æramentum, non vidit corpus ferrum,

„

ipis erat & terra: cogitatus autem videns, uæ non videbantur, æſtimans, quid factu- us eſſet ignis, ſi confabulatus (*ſociatus*) ter- ræ fuiſſet, ferrum eduxit. Unde mihi co- itatus videtur ita eſſe, ſicut vir quidam di- ves ſua cupiens dinumerare, & ob multitu- inem poſſeſſionum neque rationibus neque enſibus vacare potens, ſuperatus ab his quæ abet, manet incertus. Quæcunque ergo os tranſcendunt, in eo ipſo quod vincimur, ictori ipſi ex operibus ſuis ſint & iſtæ coro- næ nunc & ſemper, & per omnia ſæcula ſeculorum.

DE SPIRITALI COGITATU HOMINIS.

LIBER III.

In hoc libro Euſebius proprietates cogita- tus hominis refert: ſcilicet „ipſe ſemet- pſum cogitatus reficit, paſcit, fortificat, con- ſiderat, colligit, intuetur. Diverſum autem ſit, nunc enim inſurgunt libidines, & con- cupiſcentiæ; cum autem pudicitia fuerit in- greſſa ſtatim libidines quieſcunt. Cogitatum quippe, qui ſapiat animæ dignitatem, ſancti- monii honorem, puritatem honeſtatis tunc videt oculus animæ, qui excuſſit ab eo pu- dicitia pulverem concupiſcentiarum, pro- cellarum libidinem, & tunc manducamus honeſte, bibimus moderate, dormimus mo- deſte: aures non perforat melodia, oculus videt in facie pulchritudinem, & cogitat qualis ſit pulchritudo in anima. Divina ergo poſſeſſio pudicitia eſt, ſed difficile invenitur, „ſuam

Pudicitiæ & cogitationis prærogativæ.

„ſuam enim varietatem in honeſtate profe
„ſenſim autem ſe movens in tantum me tr
„ut inſequerer, cum enim putarem me
„eam comprehendere, movens pennas 1
„rius ſe cælo conjungit, ad angelos ſcil
„ubi ejus natura eſt, ut maneat: & ipſa
„dem non comprehenſa manſit, me auter
„liquit deſiderantem comprehenſionem, c
„perſequens non apprehendi, quia unive
„humanam tranſcendit naturam, quam l
„donat, cui eſt gloria nunc & ſemper, &
„omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

DE EO
QUOD DEUS PATER INCORPORALIS E

LIBER IV.

Deus non eſt corpus. 1. „Deus neque corpus eſt, neque cor
„aliquid, neque in corpore, q
„putatur anima, neque circa corpus,
„putatur ſenſus, ſed liber eſt & a natura
„poris & habitu. Corporis, namque natu
„compoſitione habetur, quæ autem coı
„nuntur, ex iis, quæ ante jam facta ſ
„compoſitionem accipiunt. Deus autem
„ctor & initium eſt, & ab his quæ erant
„cta, non compoſitus invenitur. Deinde
„pora quæ accipiunt vitam, ipſa & frau
„tur vita: qui autem nec initium accipit,
„vita in corpore eſt Deus, ſed vita.

Angeli ſunt ſpirituales. 2. Poſt Deum vero etiam Angeli ſunt
ſtantiæ ſpirituales, quia his, quæ nobis
vitam neceſſaria ſunt, non indigent, ci

pc

potu, veſtimentis, nuptiis: apud illos non nox ad quietem habetur, non dies ad reſurrectionem: „ſemper habent lumen, ſed aliud „quam apud nos: habent inſuper opus dignum „ſuæ ſubſtantiæ, Deum enim laudant, non „vocibus atque clamore.

3. Cum vero Angeli ſpirituales ſint, errant illi, qui putant & „dicunt apud ſe, iſte „lapis, lignum, aurum, aer, terra forte „Deus eſt: Dominus enim & opifex & creator „omnium horum eſt: ceſſent ergo de opificiis „non bene ſentire gentiles, fruentes enim opi„ficia, male de opificiis ſentiunt, & ipſorum „creatorem injuriis petunt. Noſter autem ſer„mo fugiat eorum figmenta, & agat gratias „ei, qui ſe liberavit ab iſtiusmodi, illi ſit glo„ria per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. *Simulacra non ſunt dii.*

DE EO
QUOD DEUS PATER INCORPORALIS EST.
LIBER V.

1. In hoc libro Euſebius nonnullas objectiones, quæ ex S. Scriptura contra dicta de Incorporali Deo peti poſſe videntur, ſolvit. „nam „totum videtur introducere corpus ſcriptura, „quæ dicit: quia *ambulat in Paradiſo Gen.* 3. „*v.* 8. Item: *Quis eſt, qui venit ex Edom. Iſ.* „63. Item *vidi ſedentem ſupra ſedem majeſtatis* „*ſuæ Iſ.* 6. *v.* 1. Item: *vetuſtus dierum ſedit.* „*Dan.* 7. *v.* 9. Partes autem Dei videtur „ſcriptura depingere, dum ait: *oculi Domini* „*ſuper juſtos, & aures ejus ad preces eorum Pſ.* *Membra Deo aſcripta quid.*

„33.

„33. *v.* 16. Os Domini locutum eſt. *Iſ*
„*v.* 20. *Terra ſcabellum pedum meorum Iſ.*
„*v.* 1. *Dextera Domini fecit virtutem Pſ.*
„Per iſta itaque omnia a capite usque ad
„des videtur membratim fieri compoſ
„Adde *capillos capitis Dan.* 7. *v.* 9. *veſtin*
„alba & rubra, *vocem* in monte Sina. *E*
„19. & in columna nubis. Sed oportet
„nunc ab ipſa ſcriptura accipere ſolutio
„Deus hæc omnia ſine corpore præſtare
„teſt, quid enim magnum eſt Deo operam
„creare ad ejusmodi neceſſitatem, aut
„tubis ſonum talem emittere. Deinde ſ
„Deo poſita viſio erat Danielis non corpo
„bus ſed mentis oculis objecta, & judi
„Dei deſignans, quod quia mundum eſt,
„albos capillos figuratur: Reliqua porro
„deeſſe videntur.

DE EO
QUOD AIT DOMINUS: NON VENI PAC MITTERE IN TERRAM.
LIBER VI.

Quomodo Chriſtus pacem non miſerit.

1. Jeſus pax eſt, & venit pacificare, qu
„cælo ſunt, & in terra, quomodo
„dicit ipſe Salvator in Evangelio: *nolite pu*
„*quia veni mittere pacem in terram Matth.* 10
„34. numquid pax poteſt non mittere pac
„Quid ergo iſta contraria ſunt? Verum pr
„ſitum quidem Dei, qui miſit Filium ſ
„tale erat, ut ſalvarentur homines, &
„dientia ejus, qui miſſus erat, ea, ut
„eſſet in cælis & in terra: Unde ergo
„p

„pax? ab infirmitate ſcilicet eorum, qui non „potuerunt ſuſcipere ſplendorem luminis veri. „Ipſe enim pacem prædicat, & *ipſe eſt pax no-„ſtra Eph.* 2. *v.* 14. Eorum ſcilicet, qui cre-„dunt, & ſuſcipiunt, pax eſt, ſed ſi filia cre-„didit, pater incredulus permanſit, pacis „prædicatio diviſionem operatur, & quidem „bonam diviſionem, unde adhuc vehementius „addit: *non veni pacem mittere ſed gladium.* „Quemadmodum non pacem, & quemadmo-„dum gladium? *veni enim incidere hominem ad-„verſus patrem ſuum Matth.* 10. *v.* 35. accipio „enim filium ejus, & non delectatur Pater. „Et certe iſti ſermones rebus ipſis firmantur: „Eſt enim Pater increpans filios ob credulita-„tem, & filii monentes patres ad fidem, & „filiæ docentes matres. Sic ergo homines „quidam ſunt religioſi, quidam ſacrilegi, alii „pudici, alii luxurioſi, & ſic de cæteris: „Iſta eſt non pax, ſed diſſenſio, quia alius ali-„ter ſentit, & alius aliter ſapit: nec enim „cum ortum hoc ſenſibile fuerit lumen, omnes „ſimiliter ſuſcipiunt, ſed illi quidem, qui ſa-„nos habent oculos, & occurrunt, & atten-„dunt, & fruuntur, qui autem infirmantur „oculis, vitant & fugiunt.

2. „Certamina ergo pro Chriſto nobis ſunt, „Chriſtus tantum lucrum eſt, & ad multos „convenit jurgari, ut multæ efficiantur coro-„næ, ad diabolum quippe & milites ejus. „Urgetur ſane & pater & mater, & fratres, „& cognati, ſed *in his omnibus ſupervincimus, „propter eum, qui nos ſuperdilexit Rom.* 8. *v.* 37. *Certandum pro Chriſto.*

„Et ſiquis Pauli imitator eſt, tranſit ab imi-
„tatione ad principalem: jurgentur omnia,
„ut coronemur, ego enim miſerabiles puto,
„qui non ſunt experti iſtiusmodi turbelas prop-
„ter Dominum Jeſum; illis autem congratu-
„lor, qui poſſunt dicere: ecce Domine, prop-
„ter te inimicus eſt mihi pater meus, mater,
„frater, & nullus horum mihi ut inimicus eſt
„propter tuam dilectionem, ſiquidem & in
„bellis milites quantas plagas ob amorem re-
„gis accipiunt? & unde mihi hoc ſupra dig-
„nitatem meam eſt, ut vel injuriam pro
„Chriſto ſuſtineam?

Cognati inordinate non amandi.

3. „Audite igitur, qui Domini Jeſu parti-
„cipes myſteriorum eſtis, audite Chriſtum
„cultores ejus, quid dicit? *Qui diligit*, in-
„quit, *patrem aut matrem ſuper me, non eſt me*
„*dignus Matth.* 10. *v.* 37. & non ſufficit hoc,
„iterum enim dicit: *& qui non accipit crucem*
„*ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.* Iſta
„eſt vocatio eorum, qui militare deſiderant
„Chriſto. Siquis igitur paratus eſt crucifigi,
„veniat, nam *qui invenit animam ſuam, per-*
„*det eam:* hoc eſt, qui vult invenire, perdet:
„Quomodo? de ipſa eademque anima, qui
„martyrium patitur, tollit hominibus, Deo
„autem invenit; *qui perdiderit animam ſuam*
„*propter me, inveniet eam.* Interpretatione non
„indiget ſermo qui deſiderat, jam audivit.
„Ego autem compatior noſtræ naturæ, qui
„ita ſumus egeni, ut non poſſimus invicem
„noſtro debito dare aliquid. Quid autem &
„poſſumus retribuere Chriſto Domino? ani-
„mam,

„mam, quam creavit, corpus, quod figura-
„vit, pudicitiam, per quam beneficium tri-
„buit; martyrium, per quod ſanctificat, ju-
„ſtitiam, per quam honorat. Quæ videmur
„ei reddere, magis accipimus. Adveniat igi-
„tur flamma ad medullas, accendatur anima
„ad Martyrium, ad confeſſionem, ad miſeri-
„cordiam, ad jejunia, ut & diabolus ſupere-
„tur, & homo pro Chriſto ſalvetur, & ſemper
„gratias agat Deo Patri per unigenitum ejus
„Filium, per quem eſt ei gloria, honor, im-
„perium, majeſtas cum Spiritu S. nunc & ſem-
„per, & per omnia ſæcula ſæculorum Amen.

DE MANDATO DOMINI, QUOD AIT: QUOD DICO VOBIS IN AURE SUPRA TECTA PRÆDICATE.

LIBER VII.

1. „Verba hæc Domini Martyres produxe-
„runt ad paſſionem, per iſtam erudi-
„tionem armavit eos ad mortem, dicit enim:
„*quod in aure audiſtis, in tectis prædicate Matth.*
„10. *v.* 27. aſſumite, inquit, conſtantiam,
„exeant verba veſtra usque ad terminos ter-
„ræ. Sed dicet quis: ſi bonum eſt in lu-
„mine dicere, cur ipſe in tenebris & in aure
„eſt locutus? reſpondeo, ne ipſe ſibi videre-
„tur honorem vendicare, & non veritatis cau-
„ſa loqui, & ne præveniret ſtatutam a Patre
„paſſionem, ipſe opportune tacet, diſcipulis
„autem loqui ea & clamare præcepit: neque
„tamen per omnia tacuit Dominus, ne puta-

Fides Chriſti palam confitenda.

„rentur aliena a ſe dicere diſcipulis, neq
„ſemper locutus eſt, ne putaretur, quod
„ſe ipſe teſtatur.

Perſecutores non timendi.

2. „Sed quid eſt, quod ſequitur: *nolite*
„*mere eos, qui occidunt corpus, animam au*
„*uon poſſunt occidere.* Diviſit ſcilicet timore
„& hominibus quidem dedit poteſtatem
„verſum corpus, habent enim; Deo aut
„conjunxit virtutem timore timorem ejicie
„& majori metu quod erat minus repercuſ
„ſi enim, inquit, timere oportet, timete eu
„qui poteſt & animam & corpus perdere
„gehennam. Sed dices: quomodo poſſi
„eſt perire animam in gehenna? ſi en
„perit, corrumpitur ejus immortalitas. Q
„modo autem & corpus, ſi enim vermes i
„& ſtridor dentium habetur, & immortali
„tem induit. Sed attendendum, quia qu
„nunc ait *perdere* pro *punire* acceptum eſt:
„enim periret, non eſſet in gehenna, q
„viventium pœna eſt, non interemtio perdi
„rum: neque enim convertitur anima ad m
„talitatem, ſine pœnitentia enim ſunt I
„dona: neque reſurrectionis promiſſio infrin
„tur. Neceſſaria autem erat & adhortati
„*nonne duo paſſeres uno aſſario diſtrahuntur?*
„*unus ex ipſis non cadit in terram ſine patre veſt*
„*qui in cœlis eſt?* id eſt non capietur ſine Pa
„veſtro: ſi autem nec minimum proditur ſi
„illo, multo magis vobis præbebit defenſi
„nem, qui veſtri proviſor eſt etiam usque
„*capillos*, qui omnes numerati ſunt. Si igi
„animam jam armavit immortalitate, carn

„a

„autem defendat uſque ad capillos, quid re„linquitur ad timorem, niſi caſus opum, ami„corum, propinquorum, & ipſe patriæ af„fectus? Verum Salvator de his dicit: *Qui „diligit patrem aut matrem ſupra me, non eſt me „dignus.* Quia ergo interemit timorem, re„petit conſtantiæ fiduciam cum confeſſione & „dicit: *omnis, quicunque me confeſſus fuerit ante „homines, confitebor & ego eum ante Patrem „meum, qui in cœlis eſt. Matth.* 10. *v.* 32.

3. „Econverſo vero ait: *Quicunque me ne„gaverit coram hominibus, negabo & ego eum &c.* „negant autem Chriſtum non ſolum hi, qui in „perſecutione negant, ſed etiam qui religione „expoſcente fronti imponere ſignaculum cru„cis confuſus fuerit: qui viderit a cænante vi„num diis libari, & tacuerit confuſus non po„nens ante oculos Chriſtum: negat, qui au„dierit blasphemantes & tacuerit, qui occul„tant jejunium tamquam ad opprobrium: qui „nolunt irrideri ab hominibus. Semper per„ſecutio eſt, ſemper inviſibile bellum eſt, „ſemper coronæ, ſemper abnegatio: nonnum„quam efferbuit quis ira adverſus ſubditum „ſibi, exurgit invidia, & reliquis & his vitiis „reſiſtit, martyr exiſtit. Certamina quotidia„na ſunt iſta, cum jejunium & eſca proponi„tur, cum pudicitia & libido, cum Eccleſia „& theatra, cum dies Domini, & dies dæ„moniorum, cum affectus ad homines, & „charitas ad Deum: & in his omnibus qui„dam quidem negant, quidam autem confi„tentur, & unusquisque ſibi procurat bonum *Quinam Chriſtum negent.*

„aut malum, gehennam aut regna cælorum. „Similiter negant Deum illi, qui auguria, „auſpicia, & vaticinia obſervant.

Adhortatio ad bonum uſum vitæ. 4. „Nos igitur confitentes Chriſtum efficiamur martyres Dei. Quid ad damna properamus? venimus in hanc vitam, utamur „lumine, diſcretione ſcilicet negotiorum: „tantum proponatur ante oculos Deus, & „omnia in tranquillitate ſunt, ſed nec labore „eſt opus, ſufficit enim, qui adeſt; ſiquis au„tem irreligioſo propoſito ſubduxerit Deum, „jam ut ſine lumine agens ubique offen„dit. Sed nos fratres ad Deum viventem, „ad eum, qui eſt, qui fecit omnia, qui ſal„vat univerſa, convertamur, alia enim omnia „vanitas vanitatum ſunt & omnia vanitas, & „unum eſt verum. Non ergo ſine cauſa eroge„mus noſtram vitam, erit enim tempus cum „quæremus dies hos, in quibus Deo debui„mus vivere: Ipſe autem, qui bonus eſt, „Deus omnium veſtrum erigat animas ad ag„nitionem ſuam, cui eſt gloria per omnia ſæ„cula ſæculorum. Amen.

DE OPERIBUS BONIS ET MALIS.

LIBER VIII.

Mala opera hominem dedecent. 1. „Multorum hominum vita in terra eſt po„ſita, edacitatibus enim & libidini„bus gravati nec reſpicere ad Deum poſſunt, „quia nolunt neque opera ejus videre, nec ex „operibus opificem agnoſcere, & dignitatem „naturæ ſuæ non ſalvans in malis malus effi-

„citur:

„Antiochus Syriæ urbes recuperat, & Ju„dæos remuneratur: ſed in Thermopyli victus „mille talenta per annos ſingulos Romanis „ſolvere cogitur. Denique in amicitiam Pto„lemæi regreſſus pacem cum eo fecit, & Cleo„patra filia ſua in uxorem tradita dotis no„mine Syriam, Phœnicen, Samariam, Ju„dæamque concedit. Tandem cum ab eo „per legatos Hannibal repoſceretur, cui ſe „a Scipione victus ſociaverat, ad Pruſiam re„gem Bythiniæ confugit, a quo cum traden„dus eſſet Romanis, venenum bibit, & apud „Lybiſſam Bythiniæ ſepultus eſt. 5007 *Olym.*145 5010 *Olym.*147

„Seleucus philopator VII. Syriæ Rex „an. 12. Simon Præpoſitus templi Jeroſolymi„tani ad Apollonium Seleuci ducem Phœnice „confugiens multis muneribus promiſſis Sa„cerdotium ſibi vendicare conatur. Quo au„dito Seleucus Heliodorum mittit, qui cum „in Judæam veniſſet, divinis ſignis deterritus „ad Seleucum rediit. *vid.* 2. *Mach.* 3. & 4. 5014 *Olym.*148

5022 „PTOLEMÆUS PHILOMETOR VI. Æg
Olym. 150 „Rex an. 35.

5025 „PERSES XXXVIII. Macedonum Rex
„nis 10.

5026 „ANTIOCHUS EPIPHANES VIII. S
Olym. 151 „Rex an. 11. hiſtoria illius habetur *in*
„2. *Machab.*

5034 „Macedonum regnum defecit, quo
Olym. 153 „dæorum regnum excepit, in quo

5036 „JUDAS MACHABÆUS Matathiæ filiu
„mus Judæorum dux annis 3. qui Ant
„duces de Judæa expellens, & templu
„idolis emundans patrias leges poſt trien
„ſuis civibus reddidit.

5037 „ANTIOCHUS EUPATOR IX. Syriæ
Olym. 154 „annis 2.

5039 „DEMETRIUS SOTER X. Syriæ Rex
„12. geſta ſub illo narrantur *l.* 1. *Mach. c*
„ſub quo Juda in prælio occiſo ſuccedit

5044 „JONATHAS II. Judæorum dux anni
Olym. 155 „cujus geſta narrantur *l.* 1. *Machab. cap.*

5051 „ALEXANDER XI. Syriæ Rex anni
Olym. 157 „geſta ſub eo narrantur *l.* 1. *Machab. c.* 1

5055 „Bellum Punicum tertium. Cartha
Olym. 158 „Scipione capitur.

5057 „PTOLEMÆUS EVERGETES VII. Æ
Olym. 159 „Rex an. 29.

5061 „DEMETRIUS XII. Syriæ Rex annis
Olym. 160

5063 „SIMON III. Judæorum dux an. 8.
„ejus narrantur *l.* 1. *Mach. c.* 13.

A. mundi.

„Antiochus sedetes XIII. Syriæ Rex 5064
„annis 9. *Olym.* 160

„Hircanus qui & Joannes IV. Judæorum 5071
„Pontifex & dux an. 26. *Olym.* 162

„Demetrius XIV. Syriæ Rex annis 4. 5073
Olym. 163

„Antiochus gryphus XV. Syriæ Rex 5077
„annis 12. *Olym.* 164

„Ptolemæus Phyſicon ſeu Soter VIII. 5086
„Ægypti Rex an. 17. *Olym.* 165

„Antiochus Cizycenus XVI. Syriæ Rex 5089
„an. 18. *Jugurtha* a Romanis capitur: & *Ci-* *Olym.* 167
„*cero* naſcitur. 5095
Olym. 168

„Aristobulus V. Judæorum dux & Pon- 5097
„tifex anno 1. qui primus poſt captivitatem *Olym.* 169
„Babylonicam diadema ſumpſit.

„Jannetus qui & alexander VI. Ju- 5098
„dæorum dux & Pontifex an. 27.

„Ptolemæus qui & alexander IX. 5103
„Ægypti Rex annis 10. *Olym.* 170

„Philippus XVII. Syriæ Rex, qui anno 5107
„ſecundo captus eſt a Gabinio Romano, & *Olym.* 171
„Syria in Romanam ditionem ceſſit.

„Ptolemæus X. Ægypti Rex annis 8. 5113
„ſub quo *Cicero* Romæ floret & *Salluſtius* na- *Olym.* 173
„ſcitur.

„Ptolemæus dionysius XI. Ægypti 5121
„Rex annis 30. *Olym.* 175

„Alexandra Judæis imperat annis 9. 5125
„Quo tempore Lucius Lucullus Armeniam, *Olym.* 176
„Meſopotamiam, Niſibin, & Pompejus Hi-

 „ſpa-

„ſpaniam Romanis ſubjicit: *Virgilius* Poeta „naſcitur, & Judæi Romanorum veſtigales „facti per Pompejum Pontificatum apud eos „ſuſcipit.

5131 Olym. 178 „Hyrcanus an. 34. qui cum fratre Ari„ſtobulo dimicans occaſionem præbuit Pom„pejo Jeroſolymam capiendi, & Antipatrum „Herodis Aſcalonitæ filium Palæſtinæ Procu„ratorem conſtituendi. Hoc tempore etiam „*Horatius* Poeta naſcitur.

5140 Olym. 180 „Pompejus Imperator appellatur. *Cæſar* „vero Luſitaniam & quasdam inſulas in ocea„no occupat, Rhenum tranſit, Germaniam „vaſtat, & Gallos capit, Ventidius vero Par„thos ſuperat.

5151 Olym. 182 „Cleopatra Ægypti Regina annis 22. „quo tempore bellum civile inter Cæſarem & „Pompejum incepit, & Diodorus Siculus cla„ret.

5153 Olym. 183 „C. Julius cæsar primus Romanorum „Imperator, Pompejo in Ægypto occiſo.

5155 Olym. 184 „Octavianus Cæſar augustus, Julio „Cæſare poſt annos 5. imperii in Curia occiſo „II. Romanorum Imperator annis 56. contra „quem *Antonius* pugnat. *Cicero* occiditur.

5160 Olym. 184 „*Ovidius* naſcitur. Oleum e terra erumpit. „*Cornelius* Nepos hiſtoricus claret. Et tan„dem deficiente Pontificum principatu Judæis „regnavit.

„He-

Anno

„Herodes alienigena an. 37. Qui multas 5168
„aedes Jeroſolymis conſtruxit: Samariam e *Olym.* [illegible]
„cineribus excitatam in honorem Auguſti Au-
„guſtam ſeu Sebaſten appellavit, Cæſaream,
„Antidonam, Antipatridam, & Herodionem
„extruxit. Hyrcanum & filium ejus ſacerdo-
„tes interfecit, ſororem quoque ejus, uxo-
„rem ſuam cum duobus filiis propriis jam
„adoleſcentibus, & ſocrum ſuam occidit: Item
„virum ſororis ſuæ Salome interfecit, & cum
„eam alii tradidiſſet uxorem, etiam hunc ne-
„cavit, ſcribas quoque legis ſimili ſcelere oc-
„cidit.

„Antonius Cleopatræ Arabiam tradidit: 5169
„cum Auguſto iterum dimicat, & in pugna *Olym.* 18
„Aetiaca victus ſemetipſum cum Cleopatra in-
„terimit, & ſic Ægyptus fit Romana provin-
„cia, quam primus tenuit Cajus Cornelius
„Gallus. Tiberius vero ab Auguſto miſſus 5188
„occupavit Armeniam, qui etiam Vindelicos, *Olym.* 18
„& eos, qui Thraciæ confines erant Romanas
„provincias fecit, de captivis Pannoniis trium-
„phavit, & vaſtata Germania Imperator ap-
„pellatur. Auguſtus vero Juliam filiam ſuam 5190
„in adulterio comprehenſam exilio damnat, *Olym.* 13
„gladiatorum ludum & navale certamen ex-
„hibet, & edicente Cæſare ex Senatuscon-
„ſulto Quirinus in Judæam miſſus cenſus ho-
„minum poſſeſſionesque deſcribit.

 „Je-

A. mundi. *A. Chr*

5199 *Olym.* 194 JESUS CHRISTUS Filius Dei in Beth- „lehem Judææ naſcitur 42. anno „Auguſti. 1

5202 *Olym.* 195 „Herodes parvulos in Bethlehem „jubet interfici. 3

5205 „Herodes morbo intercuti ſcaten- „tibus vermibus miſerabiliter mori- „tur, ſuccedit ei 6

5206 *Olym.* 196 „ARCHELAUS dux Judæorum an- „nis 9. & Tetrarchæ ab Auguſto con- „ſtituuntur Herodes, Antipater, Ly- „ſias & Philippus fratres ejus. 7

5211 *Olym.* 197 „JESUS CHRISTUS in medio do- „ctorum diſputat. 12

5214 *Olym.* 198 „Archelaus in urbem Viennam „relegatur, eique HERODES Tetrar- „cha ſuccedit 24. 15

„TIBERIUS III. Romanorum Imp. „an. 23. ſub quo *Livius* hiſtoricus vi- „vit, & *Ovidius* in exilio moritur: „*Druſus* Cæſar aſſumptus veneno pe- „rit.

5227 *Olym.* 201 „PONTIUS PILATUS procurator „Judææ a Tiberio mittitur. *vid. hiſt.* „*Eccl. Euſ.* 28

5229 „JOANNES filius Zachariæ in de- „ſerto juxta Jordanem prædicans Chri- „ſtum nuntiat. 30

5229 „JESUS CHRISTUS ſalutarem Dei „viam prædicans, miracula in Evan- „gelio ſcripta facit, & diſcipulos ſuis 31

„divi-

„divinis imbutos ſacramentis ad gen-
„tium converſionem mittit.

5231 „JESUS CHRISTUS ad paſſionem 33
Olym. 202 „ſuam venit anno Tiberii XVIII.

„JACOBUS frater Domini ab Apo-
„ſtolis Eccleſiæ Jeroſolymorum pri-
„mus Epiſcopus ordinatur.

5232 „STEPHANUS lapidatur: SAULUS 34
„ad Chriſtum convertitur.

5233 „Pilatus ſacrum theſaurum in 35
Olym. 203 „aquæ ductum expendens ſeditionem
„excitat.

5234 „JACOBUS Apoſtolus frater Joan- 36
„nis jubente Herode capite truncatur.

5234 „PETRUS Apoſtolus ab Herode in 36
„carcerem miſſus mirabiliter ab An-
„gelo liberatur.

5236 „Tiberius Chriſtum Romæ inter 38
Olym. 203 „deos referre vult.

„PETRUS Apoſtolus Antiochiæ
„Cathedram erigit, ibique ſedet an-
„nis 7.

5237 „CAJUS CALIGULA IV. Romano- 39
Olym. 204 „rum Imperator annis 3. m. 10. *He-*
„*rodem* Agrippam Judææ regem con-
5238 „ſtituit: & Flaccus Avilius Ægypti 40
„præfectus Judæos vexat.

5239 „MATTHÆUS in Judæa Evange- 41
„lium ſcribit. *Pontius* Pilatus ſeipſum
„occidit. *Petronius* vero præfectus
5240 „Syriæ ſtatuam Cæſaris repugnanti- 42

„bus Judæis erigere Jeroſolymis eo-
„natur. Cajus Imperator occiditur.

5241 „Claudius V. Romanorum Im- 43
Olym.205 „perator an. 13. m. 9. d. 28.

5242 „Petrus Apoſtolus Romæ Ca- 44
„thedram erigit, ubi ſedit an. 25.

5243 „Marcus Evangeliſta Ægypto & 45
„Alexandriæ Chriſtum annuntiat.

„Evodius I. Antiochiæ Epiſco-
„pus.

5244 „Agrippa Judææ Rex annis 26. 46
Olym.205

5245 „Claudius portum Oſtiæ extruxit. 47
Olym.206

5246 „Maria Mater Jeſu in cœlum aſ- 48
„ſumitur.

5247 „Sub *Cumano* Judææ Procuratore 49
„Judæorum ſeditio.

5250 „Dionyſius Areopagita præſtabilis 52
Olym.207 „olim Philoſophus claret.

5251 „Claudius *Felicem* Judææ Procu- 53
„ratorem mittit.

5252 „Philippus Apoſtolus apud Hie- 54
„rapolim Chriſtum prædicans cruci
„affixus lapidibus opprimitur.

5254 „Nero VI. Romanorum Impera- 56
Olym.208 „tor a. 14. m. 7. d. 28.

5256 „Feſtus Procurator, a quo S. Pau- 58
Olym.208 „lus vinctus Romam mittitur.

5260 „Albinus Procurator Judææ. 62
Olym.209

„Ja-

61 „JACOBUS frater Domini a Judæis 63
1.210 „lapidibus opprimitur; in cujus thro-
„num Jeroſolymitanum SIMEON II.
„Jeroſol. Æpiſcopus ſuccedit.

263 „Poſt Marcum primus Alexandriæ 65
„ANNIANUS Epiſcopus ordinatur an-
„nis 22.

264 „Ceſtius *Florus* Judææ procurator, 66
„ſub quo Judæi contra Romanos re-
„bellant. Et *Seneca* moritur.

268 „Prima *Perſecutio* contra Chriſtia- 70
1.211 „nos excitatur, in qua *S. S. Petrus*
„& *Paulus* glorioſe Romæ occubue-
„runt.

„*Veſpanianus* contra Judæos miſ-
„ſus plures eorum urbes occupat.

„LINUS II. Papa annis 11.

269 „GALBA menſ. 7. OTHO menſ. 3. 71
„VITELLIUS m. 8. Romanorum Im-
„peratores.

„IGNATIUS II. Epiſcopus Antio-
„chenus.

270 „VESPASIANUS VII. Romanorum 72
1.212 „Imperator an. 9. m. 11. d. 22.

271 „Subverſio Jeroſolymæ a Tito 73
„captæ.

280 „TITUS VIII. Romanorum Impe- 82
1.214 „rator an. 2. m. 8.

„ANACLETUS Papa III. annis 12.

281 „DOMITIANUS IX. Roman. Imp. 83
1.215 „an. 15. m. 4.

Anno mundi.		A. Chriſt.
5285 Olym.216	„Albilius II. Alexandrinus Epi-„ſcopus an. 13.	87
5292 Olym.218	„Clemens Papa III. annis 9.	94
5295	„*Perſecutio* ſecunda contra Chri-„ſtianos a Domitiano excitata, in qua „S. Apoſtolus Joannes in inſulam Pat-„mos relegatus Apocalypſin vidit.	97
5297 Olym.219	„Nerva X. Romanorum Impera-„tor an. 1. m. 4.	99
„Cerdo III. Alexandrinus Epi-„ſcopus an. 11.
5298	„S. Joannes Evangel. exilio ſolu-„tus Epheſum ſecedit.	100
5299	„Trajanus XI. Romanorum Im-„perator an. 19. m. 6.	101
5300	„Evaristus Papa IV. annis 9.	102
5307 Olym.221	„Primus IV. Alexandrinus Epi-„ſcopus an. 12.	109
5308	„*Perſecutio* tertia contra Chriſtia-„nos ſub Trajano: in qua Simon Jer. „Ep. crucifigitur, & S. Ignatius An-„tiochen. beſtiis traditur.	110
„Justus III. Jeroſolymitanus Epi-„ſcopus.
5309 Olym.122	„Eron III. Antiochenus Epiſco-„pus.	111
„Alexander Papa V. annis 10.
5312	„Zachæus IV. Jeroſolymitanus „Epiſcopus, poſt V. tobias: cui ſuc-„cedit VI. benjamin: ac deinde VII.	114

„Jo-

„JOANNES, & VIII. MATTHIAS, in „cujus locum IX. conſtituitur PHI„LIPPUS.

5318 Olym.224 ADRIANUS XII. Roman. Imperat. „annis 21. Judæos iterum rebellantes „compeſcit, & Jeruſalem evertit. 120

5320 Olym.224 SIXTUS Papa VI. annis 10. 122

5324 Olym.225 „JUSTUS V. Alexandrinus Epiſco„pus an. 11.

5325 Olym.226 „SENECA Jeroſolymorum X. Epi„ſcopus: dein JUSTUS XI. cui ſucce„dit XII. LEVI: poſt quem XIII. „EPHRES. XIV. JOSES. XV. JUDAS. „Hi omnes usque ad everſionem Je„ruſalem ſub Adriano ex circumciſio„ne Epiſcopi erant. 127

5326 „QUADRATUS & ARISTIDES Apo„logias pro religione Chriſtiana ſcri„bunt. 128

5329 Olym.227 „TELESPHORUS Papa VII. an. 11. 131

„CORNELIUS IV. Antiochenus „Epiſcopus.

5331 „EUMENES VII. Alexandrinus „Epiſcopus. 133

5334 Olym.228 „BASILIDES hæreſiarcha Alexan„driæ, a quo Gnoſtici. 136

„Quadrageſimale jejunium hoc „tempore juxta quosdam a Teleſpho„ro inſtitutum, & præceptum.

„Mar-

5336 „Marcus primus ex gentibus Je-
„roſolymorum Epiſcopus.

5338 „T. Antoninus cognomento Pius
„XIII. Rom. Imper. cum liberis ſuis
„*Aurelio* & *Lucio* a. 23. m. 3.

5340 „Hyginus Papa VIII. an. 4. ſub
„quo *Valentinus* hæreſiarcha, & *Cerdo*
„magiſter Marcionis Romam vene-
„runt.

5341 „Justinus Philoſophus librum
Olym. 230 „pro Chriſtiana religione Antonino
„tradidit.

5342 „Heros V. Antiochenus Epiſco-
„pus.

5343 „Marcus VII. Alexandrinus Epi-
„ſcopus an. 10.

5344 „Pius Papa IX. annis 11. ſtatuit,
Olym. 231 „ut Paſcha die Dominico celebretur.

5350 „Celadion VIII. Alexandrinus
Olym. 232 „Epiſcopus an. 14.

5351 „S. Justinus Martyrio coronatur.

5354 „Anicetus Papa X. annis 10.
Olym. 233

5356 „Cassianus XVII. Jeroſolymo-
„rum Epiſcopus, poſt quem XVIII.
„publius. Cui ſuccedit XIX. maxi-
„mus. XX. julianus. XXI. gaja-
„nus. XXII. symmachus. XXIII.
„cajus. XXIV. julianus. XXV.
„capito.

„Mar-

)1 „MARCUS ANTONINUS, qui & 163
235 „VERUS XIV. Romanorum Impera-
„tor, & LUCIUS AURELIUS COMMO-
„DUS annis 19. menſe 1.

67 „AGRIPPINUS IX. Alexandrinus 169
236 „Epiſcopus an. 12.

68 „*Perſecutio* quarta contra Chriſtia- 170
„nos, in qua S. Polycarpus & alii
„Martyres.

69 „SOTER Papa XI. an. 14. 171
237 „THEOPHILUS XVI. Antiochenus
„Epiſcopus, cujus plurima ingenii
„opera extant.

71 „ASIANUS Sardienſis Epiſcopus 173
„Apologiam pro Chriſtianis offert.

72 „*Apollinaris* Hieropolitanus Epiſc. 174
„& *Dionyſius* Corinthiorum Epiſcop.
„clarent. *Montaniſtæ* ſeu *Cataphryges*
„hæretici exurgunt.

73 „*Tatianus* hæreticus, a quo En- 175
238 „cratitæ. Item *Bardeſanes* alius hæ-
„reticus.

75 „Chriſtiani in exercitu Aurelii 177
„pluviam impetrant.

77 „ELEUTHERIUS Papa XII. an. 15.
„MAXIMINUS VII. Antiochenus 179
„Epiſcopus.

80 „COMMODUS XV. Roman. Imper. 182
.240 „annis 13.

383 „IRENÆUS Epiſcop. Lugdunenſis 185
„claret.

„MA-

5385 „MAXIMUS 26. Jeroſolymitanus 1
Olym. 241 „Epiſc. deinde 27. ANTONINUS. 28.
„VALENS. 29. DULYCHIANUS. 30.
„NARCISSUS. 31. ÆLIUS. 32. GER-
„MANIO. 33. GORDIUS. 34. rurſus
„NARCISSUS.

5389 „DEMETRIUS XI. Alexandrinus 1
Olym. 242 „Epiſc. an. 44.

5390 SERAPION VII. Antiochenus Epi- 1
Olym. 243 „ſcopus.

5393 „ÆLIUS PERTINAX XVI. Rom. 1
„Imp. m. 6.

„VICTOR Papa XIII. annis 10.

„SEVERUS XVII. Roman. Imper.
„annis 18.

5395 „CLEMENS Alexandrinus claret. 1

5401 „ZEPHYRINUS XIV. Papa an. 17. 2
Olym. 245

5402 „*Perſecutio* quinta in Chriſtianos. 2

5408 „TERTULLIANUS claret. 2
Olym. 246

5410 „ORIGENES Alexandriæ ſtudet. 2

5411 „ANTONINUS CARACALLA XVIII. 2
„Romanorum Imperator annis 6.

5412 „ASCLEPIADES IX. Antiochenus 2
Olym. 248 „Epiſcopus.

5412 „ALEXANDER Jeroſolym. XXXV. 2
„Epiſcopus.

5417 „MACRINUS XIX. Roman. Imper. 2
Olym. 249 „an. 1.

5418 „PHILERUS X. Antiochen. Epiſc. 2

„MAR-

„Marcus aurelius antoninus
„XX. Romanorum Imperator annis 4.
„*Heliogabulus* dictus.
20 „Callistus Papa XV. annis 5. 222
250
22 „Alexander Mammææ filius 224
250 „XXI. Romanorum Imperator an. 13.
25 „Urbanus Papa XVI. annis 9. 227
251
28 „Gemianus, Hypolitus, Beryllus 230
„clari Scriptores.
29 „Zebennus XI. Antiochen. Epi- 231
„ſcopus.
30 „Origenes Alexandriæ claret. 232
252
31 „Heracleas XII. Alexandrinus 233
„Epiſc. a. 16.
34 „Pontianus Papa XVII. annis 5. 236
253
35 „Maximinus XXII. Rom. Imper. 237
„an. 3.
39 „Gordianus XXIII. Rom. Imper. 241
254 „an. 6.
„Antherus Papa XVIII. menſ. 1.
„dein fabianus Papa XIX. a. 13.
44 „Philippus XXIV. Rom. Imper. 246
256 „primus omnium Rom. Imper. Chri-
„ſtianus fuit an. 7.
49 „Dionysius XIII. Alexandr. Ep. 251
257 „an. 17.
51 Decius XXV. Rom. Imper. an. 1. 253
„m. 3.

„*Per-*

5452 „*Perſecutio* ſexta in Chriſtianos, 25
„in qua paſſus eſt *S. Laurentius*: &
„*S. Antonius* monachus naſcitur in
„Ægypto.

„Mazzabanes Jeroſolymitanus
„Epiſcopus.

„Fabius Antiochenus Epiſcopus.

„Gallus & volusianus XXVI.
„Rom. Imp. an. 2. m. 4.

„Cornelius Papa XX. annis 2.

5453 „*Novati* Schisma incipit. 2

„Demetrianus XIV. Antiochen. 2
„Epiſcopus.

5454 „Lucius Papa XXI. menſ. 8. poſt
quem

„Stephanus Papa XXII. an. 3.

„Valerianus & galienus
„XXVII. Rom. Imp. an. 15.

5456 „Sixtus Papa XXIII. an. 8.
Olym. 258

5457 *Perſecutio* ſeptima in qua S. Cy- 2
„prianus paſſus. Valerianus a Perſis
„captus eſt.

5460 „Paulus Samoſatenus XV. An- 2
Olym. 260 „tiochenus Epiſcopus.

5464 „Maximus XIV. Alexandrin. Ep. 2
„an. 19.

„Dionysius Papa XXIV. an. 9.

5466 „Hymemeus Jeroſolymitan. Epi-
Olym. 261 „ſcopus.

„Paulo

167 „Paulo Samoſateno hæretico ſuc- 269
„cedit DOMNUS XVI. Antiochenus
„Epiſcopus.

169 „CLAUDIUS XXVIII. Rom. Imp. 271
.262 „a. 1. m. 9.

171 „AURELIANUS XXIX. Rom. Imp. 273
„an. 5. m. 6.

172 „TYMEUS XVII. Antiochen. Epi- 274
„ſcopus.

176 „*Perſecutio* octava contra Chriſtia- 278
.263 „nos.

„TACITUS XXX. Rom. Imp. m. 6.
„cui occiſo ſuccedit *Florianus* dieb. 8.
„& huic

177 „PROBUS XXXI. Roman. Imper. 279
.264 „an. 6. m. 4.

178 „FELIX Papa XXV. an. 5. ſub 280
„quo floruit *Anatholius* Laodicenus
„Epiſcopus.

179 „*Manichæorum* hæreſis exoritur. 281

.81 „CYRILLUS XVIII. Antiochenus 283
.265 „Epiſcopus.

.82 „EUTYCHIANUS Papa XXVI. 284
„menſ. 1.

„GAJUS Papa XXVII. annis 15.

.83 „THEONAS XV. Alexandr. Epiſc. 285
.265 „an. 19.

„CARUS cum filiis CARINO &
„NUMERIANO Roman. Imp. XXXII.
„an. 2.

„Dio-

5486 „DIOCLETIANUS XXX. Romanor. 288
Olym. 266 „Imper. an. 20. in conſortium regni
„HERCULIUM MAXIMIANUM aſſumit:
„& *Conſtantius* & *Galerius* in Cæſares
„aſſumuntur.

5495 „MARCELLINUS Papa XXVIII. 297
Olym. 268 „annis 9.

5497 „LABDAS XXXVIII. Jeroſolymit. 299
Olym. 269 „Epiſcopus.

5500 „THERMON XXXIX. Jeroſolymit. 302
Olym. 270 „Ep. an. 39.

5501 „TYRANNUS XIX. Antiochenus 303
„Epiſcopus.

5502 „PETRUS XVI. Alexandrin. Epi- 304
„ſcopus.

5504 „*Perſecutio* nona Chriſtianorum. 306
Olym. 271

5505 „Diocletianus Nicomediæ, Maxi- 307
„mianus Mediolani purpuram depo-
„nunt, ſuccedit

„GALERIUS biennio ſolus 16. an-
„nis cum aliis regnat.

5506 „EUSEBIUS Papa XXIX. menſ. 7. 308
„deinde

„MELCHIADES XXX. Papa an. 6.

5507 „Maximinus & Severus Cæſares. 309

5509 „CONSTANTINUS XXX. Roman. 311
„Imperator annis 30. menſ. 10.

5510 „Maxentius Romæ Auguſtus eli- 312
„gitur.

„Severus interficitur.

„LI-

idi. A. Christi

[1]1 „Licinius Imperator a Galerio 313
272 „nominatur, Herculius vero interfi-
„citur.

[1]3 „Galerius moritur. 315

„Lactantius clarus ſcriptor.

[1]4 „Sylvester Papa XXXI. an. 20. 316
273

[1]5 *Perſecutio* decima in Chriſtianos 317
„a Maximino hoc tempore mortuo
„mota.

[1]6 „Achillas XVII. Alexandrinus 318
273 „Epiſcopus. Quo tempore Maxentius
„victus occiditur, & bellum Cibalen-
„ſe contra Licinium fervet. Item
„Macharius XXXIX. Jeroſolymitan.
„Epiſc. fit. Item Diocletianus mo-
„ritur.

[1]9 „Pax Chriſtianis a Conſtantino 321
274 „datur.

21 „Alexander XVIII. Alexandri- 323
275 „nus Epiſc. a quo Arius ab Eccleſia
„ejectus multos ſuæ impietati ſociat.
„Ad quam coarguendam

22 „Synodus 318. Epiſcoporum Ni- 324
„cæam Bythiniæ congregata omnes
„hæreticorum machinas homouſii op-
„poſitione dejecit.

23 „S. Crux Salvatoris ab Helena 325
„Conſtantini matre invenitur.

27 „Criſpus filius Conſtantini occidi- 329
276 „tur, & vicennalia Conſtantini Nico-

„mediæ acta & ſequenti anno Romæ
„edita.

Hucusque Chronicon Euſebii cui S. Hieronymus ſequentem continuationem adjecit.

5529 Olym.277 VITALIS XX. Antiochenus Epiſco- 3
„pus, poſt quem PYTHAGONUS
„XXI. cui ſuccedit XXII. PAULINUS.
„Poſt quem EUSTATHIUS XXIII, quo
„in exilium ob fidem truſo Ariani
„eccleſiam occuparunt, Eulalius,
„Euſebius, Euphronius, Placillus,
„Stephanus, Leontius, Eudoxius,
„Meletius, Euzoicus, Dorotheus,
„iterum Meletius.

„ARNOBIUS claret.

5530 „JUVENCUS Evangelia verſibus 3
„explicat.

5531 „S. ATHANASIUS XXVI. Alexan- 3
„drin. Epiſc.

5532 „Conſtantinopolis dedicatur. 3

„MARCUS Papa XXXII. menſ. 8.

„JULIUS XXXIII. Papa annis 16.
„menſ. 4.

5533 „Gentilium templa juſſu Conſtan- 3
„tini evertuntur.

5538 Olym.279 „Conſtantinus extreme vitæ ſuæ 3
„tempore ab Euſebio Nicomedienſi
„Epiſcopo baptizatus in Arianum
„dogma declinat.

„CON-

„Constantinus, constantius, „constans Roman. Imp. XXXV. an. „24. m. 5. d. 12.

40 „Conſtantius Arianis favens San- „ctum Athanaſium & alios Catholicos „perſequitur. 342

41 „Conſtantinus bellum fratri infe- 343
.280 „rens Aquilejæ occiditur.

43 „*Macedonius* in locum Pauli occiſi „ab Arianis in ſedem Conſtantinop. „intruditur. 345

46 „S. Athanaſius ab exilio Alexan- 348
.281 „driam revertitur.

48 „*Euſebius* Emiſenus Arianus multa „ſcribit. 350

49 „*Maximus* XL. Jeroſolymitanus 351
.282 „Epiſcopus moritur, poſt quem Ec- „cleſiam Ariani invadunt Cyrillus, „*Eutychius*, rurſum Cyrillus, *Irenæus*, „tertio Cyrillus, Hilarius, quarto „Cyrillus.

50 „Liberius Papa XXXIII. 352

51 „Conſtans *Magnentio* imperium „arripiente interficitur, & turbata re- „publica *Vetranio* Murſæ, *Nepotianus* „Romæ Imperatores facti: Qui tamen „tyranni non multo poſt miſere per- „ierunt. 353

55 „*Gallus* Conſtantii patruelis Cæ- 357
.283 „ſar factus civitates Judæorum rebel-

„lantium Diocæſaream, Tiberiadem „& Dioſpolim igni tradit.

5557 „Gallus Cæſar a Conſtantio in „Iſtria occiditur. 35

5558 „*Donatiſtæ* ſive Montenſes hære- 36
Olym. 284 „tici in Africa ſupprimuntur.

„*Euſebius* Vercellenſis, *Lucifer* „Caralitanus, & *Dionyſius* Mediola„nenſis Epiſcopi.

„*Julianus* frater Galli Cæſar ap„pellatur.

5559 „S. ANTONIUS monachus moritur. 36

„S. HILARIUS Epiſcopus Picta„vienſis factione Arianorum in Phry„giam relegatus libros de noſtra Re„ligione componit. Reliquiæ S. Ti„mothei Conſtantinopolim translatæ. „Et *S. Macarius* in eremo claret.

„Liberius Papa in exilium mitti„tur.

5561 „PAULINUS Trevirenſis Epiſcopus 36
Olym. 285 „ab Arianis in exilium pulſus moritur.

„Synodus apud Ariminum & Se„leuciam Iſauriæ facta, in qua anti„qua Patrum fides legatorum prodi„tione damnata eſt.

5562 „Hilarius cum apud Conſtantino„polim librum pro ſe Conſtantio por„rexiſſet ad Gallias redit. 36

„Ma-

„Macedonius Conſtantinopoli pel-
„litur.

„Omnes pene orbis Eccleſiæ ſub „nomine pacis & regis Arianorum „conſortio polluuntur.

„Conſtantinopoli ſumma Eccleſia „dedicatur.

„Meletius Sebaſtenus Epiſcopus „ab Achatio & Georgio Arianis An„tiochiam transfertur, & poſtea re„ceptis presbyteris ab Eudoxio depo„ſitis exilii pœnam juſtiſſimam ſubita „fidei mutatione deluſit.

„Gallia per S. Hilarium Arianam „perfidiam damnat.

„Conſtantius Mopſocrenis moritur.

„Julianus XXXVI. Rom. Impe„rator an. 1. vel 2. m. 7. vel 8.

;63 „Georgio per ſeditionem populi 365
„incenſo Athanaſius Alexandriam re„vertitur.

;64 „Euſebius & Lucifer ab exilio re- 366
.286 „grediuntur, & *Paulinus* Catholicus „Antiochenus Epiſcopus conſtituitur.

„Julianus perſecutionem adverſus „Chriſtianos movet, ſed in Perſas „profectus noſtrum poſt victoriam „diis ſanguinem voverat, ſed a quo„dam ſimulato perfuga ad deſerta „deductus, cum fame & ſiti apoſtata „perdidiſſet exercitum, ab obvio for-

„te hoſtium milite a conto Ilia perfoſ-„ſus interiit.

„Jovianus XXVII. Rom. Imper. „menſ. 8.

5566 „Synodus Antiochiæ a Meletio & „ſuis facta, in quo homouſio & ho-„muſio rejecto medium inter hæc ho-„moiuſion Macedonianum dogma vin-„dicaverunt. 367

„Valentinianus & valens „XXXVIII. Romanor. Imper. an. 13. „menſ. 5.

5567 „Damasus Papa XXXV. contra „quem Urſinus a quibusdam Epiſco-„pus conſtitutus Sicininum cum ſuis „invadit, a quo Damaſianæ partis „populo confluente crudeliſſimæ in-„terfectiones diverſi ſexus perpetratæ. 368

5568 „Valens ab Eudoxio Ariano Epi-„ſcopo baptizatus noſtros perſequitur. 370

„Gratianus Valentiniani filius „Ambiani Imperator factus.

5570 „S. Hilarius Pictavienſis Epiſco- 372
Olym. 287 „pus moritur. Et *Libanius* Antioche-„nus Rhetor floret.

5571 „*Athanaricus* Rex Gothorum in „Chriſtianos perſecutione commota „plurimos interfecit, & de propriis „ſedibus in Romanum ſolum expellit. 373

5572 „*S. Euſebius* Epiſcopus Vercellen-„ſis moritur. Item *Lucifer* Calarita- 374

„nus,

„nus, qui nunquam ſe miſcuit Aria-
„næ pravitati.

74 „Didymus Alexandrinus, multa 376
288 „de noſtro dogmate per notarios
„commentatur, qui poſt quintum na-
„tivitatis ſuæ annum luminibus or-
„batus elementorum quoque ignarus
„fuit.

75 „Eunomius diſcipulus Aetii Con- 377
„ſtantinopoli agnoſcitur, a quo hæ-
„reſis Eunomiana.

„Petrus XXXVII. Alexandrinus
„Epiſcopus, qui poſt Valentis interi-
„tum tam facilis in recipiendis hæ-
„reticis fuit, ut nonnullis ſuſpicio-
„nem acceptæ pecuniæ intulerit.

„Melania nobiliſſima mulierum
„Romanarum, & Marcellini quon-
„dam conſulis filia Urbano unico filio
„ſuo Prætore relicto, Hieroſolymam
„navigavit, ubi tantum virtutum
„præcipueque humilitatis fuit mira-
„culum, ut Fedæ nomen acceperit.

76 „Poſt Auxentii mortem Mediola- 378
„ni *Ambroſio* Epiſcopo conſtituto om-
„nis ad fidem rectam Italia converti-
„tur.

78 „Valentinianus ſubita apoplexia 379
„correptus Brigitione moritur.

„Gratianus aſſumpto in impe-
„rio Valentiniano fratre cum patruo
„Valente regnat.

„*Apollinarius* Laodicenſis hæreſin „ſuam ſuſcitavit, quam Damaſus ha„bito Romæ concilio damnavit.

„Valens lege data, ut monachi mi„litarent, nolentes fuſtibus interficit.

„*Photinus* in Galatia moritur, a „quo Photinianorum dogma induci„tur, qui multa continentiæ & inge„nii bona uno ſuperbiæ malo perdidit.

5578 „S. BASILIUS Cæſarienſis Epiſco- 380
„pus Cappadociæ clarus habetur.

5579 „*Florentinus*, *Bonoſus* & *Rufinus* 381
„inſignes monachi habentur.

„Gens Hunnorum Gothos vaſtat, „qui a Romanis ſine armorum depoſi„tione ſuſcepti, per avaritiam *Maximi* „ducis fame ad rebellandum coacti „ſunt.

„Valens de Antiochia exire com„pulſus ſera pœnitentia noſtros de „exiliis revocat.

„Lachrymabile bellum in Thra„cia, in quo deſerente equitum præ„ſidio Romanæ legiones a Gothis cin„ctæ usque ad internecionem cæſæ „ſunt: Ipſe Imperator Valens cum „ſagitta ſaucius fugeret, & ob dolo„rem nimium ſæpe equo laberetur, „ad cujusdam villulæ caſam deporta„tus eſt, quo perſequentibus barbaris „& incenſa domo ſepultura quoque „caruit.

D. Hieronymi Chronici Finis.

EUSE-

EUSEBII PAMPHILI ISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBRI DECEM.

§. I.

Argumentum.

[iſtoria Eccleſiaſtica Euſebii omnium illius operum præſtantiſſimum eſt: continet itomen rerum maxime memorabilium, quæ Eccleſia acciderunt a Jeſu Chriſto usque ad ıum 324. Notat ibi ſucceſſiones Epiſcopon in ſedes magnarum civitatum: loquitur Scriptoribus Eccleſiaſticis eorumque lis: texit hiſtoriam hæreſum, deſcribit perutiones contra Eccleſiam & Martyria: ret contentiones de diſciplina Eccleſiaſtica, e omnia authoritate antiquorum ſcriptorum monumentorum confirmat, & ex iis longa :erpta recenſet, quæ alias cum eorum ſcri5 penitus interiiſſent, ſane ſine Euſebii hi:ia nullam fere notitiam primorum Eccleſiæ :ulorum haberemus, qui enim eum ſecuti t hiſtorici, Socrates, Sozomenus & Theoetus ſuam hiſtoriam inde inceperunt, ubi ſuam terminavit. Fatendum tamen hiriam Euſebii ad perfectionem debitam non veniſſe, nec ſatis accuratam eſſe. In fine ri octavi reperitur Tractatus de Martyribus læſtinæ, perperam huic libro inſertus, cum quoddam hiſtoriæ complementum. Ruffinus

nus Euſebii hiſtoriam ex Græco primus vertit, ſed pro more ſuo cum multa libertate, decimum librum totum prætermiſit, & ei duos alios adjecit, qui hiſtoriæ ſeriem ad mortem Theodoſii continuant. Novam hujus hiſtoriæ verſionem adornavit Musculus, ſed non ſemper Auctoris ſenſum expreſſit, & varios errores reliquit. Elegantior eſt Chriſtophorſonis verſio non tamen ab omnibus nævis purgata. Cum vero doctiſſimus Henricus Valeſius harum verſionum errores obſervaſſet, perfectiorem textui Græco e quatuor MSS. recognito adjunxit, & eruditis notis illuſtravit. Eamdem hiſtoriam ampliſſimus Præſes Couſinus in Gallicum idioma convertit. Duæ tantum fuerunt editiones hujus hiſtoriæ ante Valeſianam. Prima tota Græca apud Robertum Stephanum impreſſa an. 1544. Altera cum verſione Chriſtophorſoni Genevæ 1612. Verſio a Ruffino confecta excuſa eſt Romæ 1476. & 1479. Mantuæ, quam plures aliæ ſunt ſecutæ. Verſio Musculi impreſſa eſt Baſileæ an. 1554. Chriſtophorſoni in Anglia Epiſcopi Coloniæ an. 1570, & cum emendatione Suffridi Pariſiis an. 1581. Denique verſio Valeſii impreſſa fuit Pariſiis an. 1659. cum aliis quatuor tractatibus, de Schismate Donatiſtarum: Epiſtola ad amicum de Anaſtaſi & Martyrio Hieroſolymitano: De verſione ſeptuaginta interpretum: & de Martyrologio Romano a Rosweido edito. Optima Valeſii verſionis editio illa cenſetur, quæ Auguſtæ Taurinorum an. 1746. prodiit, cum notis plurium eruditorum, variantibus lectionibus & Tabulis Geographicis, qui-

quibus Guilielmus Reading ſuam Cantabrigenſem editionem illuſtravit.

§. II.
ANALYSIS
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
LIBER I.

1. Euſebius operis hujus argumento priori paragrapho jam expoſito ait „Cum jam „antea in iis libris, quos de temporum ratio„ne conſcripſi, rerum Eccleſiaſticarum quaſi „compendium quoddam confeci, nunc ube„riori narratione easdem explicare aggreſſus „ſum. Initium autem ſermonis ab ipſa, quæ „captum longe ſuperat humanum, Servatoris „Chriſti diſpenſatione, & ab ejusdem divini„tatis expoſitione repetetur. Cum qui rerum „in Eccleſia geſtarum poſteris hiſtoriam tra„dere inſtituit, altius ab ipſius Chriſti, quan„doquidem ejus etiam nomine cenſemur, di„viniore quam plerisque videtur, Incarnatio„ne exordium ducat neceſſe eſt. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ initium a Chriſto ducendum cap. 1.*

2. „Cum igitur duplex ſit in Chriſto na„tura, altera ſecundum quam Deus intelligi„tur, altera quatenus hominem ſalutis noſtræ „cauſa induit, ita demum integra narrationis „noſtræ ſeries futura eſt, ſi ab eo quod in „Servatore Chriſto ſummum eſt, hiſtoriæ du„camus initium. Genus igitur Chriſti ac „ſplendorem & ſubſtantiam ejus atque natu„ram nullus unquam ſermo explicare ſuffece„rit *Iſ.* 53. & *Matth.* 11. Quis enim præter „Patrem perfecto intelligendo aſſequi poſſit *Chriſti divinitas cap. 2.*

„æter-

„æternum illud lumen, intellectualem & ſub-
„ſtantialem ſapientiam ſæculis omnibus ante-
„riorem, vivum Dei Verbum, quod in prin-
„cipio erat apud Patrem, illum omnis crea-
„turæ cum viſibilis tum inviſibilis primogeni-
„tum ſimul & unigenitum, magni conſilii An-
„gelum, omnium rerum ſimul cum Patre opi-
„ficem, ſecundam (*origine*) omnium rerum
„cauſam poſt Patrem, germanum illum & uni-
„cum Dei Filium, omnium, quæ creata ſunt,
„Dominum, Deum, Regemque, qui impe-
„rium & dominationem ſimul cum ipſa divini-
„tate potentia & honore a Patre accepit. Si-
„quidem uti ex ſecretioribus ſacræ Scripuræ
„ſermonibus, qui ad illius divinitatem perti-
„nent, accepimus, *in principio erat Verbum*
„&c. Magnus quoque Moyſes nos docet, con-
„ditorem omnium de hominis creatione cum
„divino ſuo Verbo eſſe collocutum: *Faciamus*
„*hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.*
„*Gen.* 1. Hoc Dei Verbum quotquot a prima
„humani generis origine religionis laude flo-
„ruerunt, agnoverunt, eidemque tamquam
„Dei Filio debitum cultum exhibuerunt, ipſe
„vero Patris ſui cultum ac notitiam omnibus
„tradidit. Apparuit igitur Dominus Deus
„vulgaris hominis ſpecie Abrahæ ad quercum
„Mambre ſedenti, quem ille ut Deum adora-
„vit. *Gen.* 18. Eundem iterum ſub hominis
„ſpecie Jacobo viſum ſacra Scriptura Deum
„nominat. *Gen.* 22. Eundem quoque Moyſis
„ſucceſſor Jeſus ut Patris virtutem ac ſapien-
„tiam, honore ipſi æqualem, ſummum ducem
„copiarum Domini appellavit, cum illum non
„ali-

„aliter, quam ſub hominis ſpecie vidiſſet *Joſ.* 5.
„Jam vero quod ſubſtantia ſit ante mundi „creationem vivens atque ſubſiſtens Verbum „Dei ac ſapientia proprio nomine appellata, „ipſam ex propria perſona audire licet per os „Salomonis de ſeipſa loquentem: *Ego ſapien-„tia in conſilio tabernaculum meum conſtitui* &c. „Verbum igitur Dei ante omnia ſubſtitiſſe, & „quibusdam licet non omnibus apparuiſſe, ſic „a nobis demonſtratum eſt.

3. „Quam autem ob cauſam non omnibus „olim, ſicut nunc ejus fides prædicata ſit, „hac ratione manifeſtum fiet. Chriſti doctri-„nam utpote omnis ſapientiæ apicem nondum „capere poterat priſcorum hominum vita. „Primus enim homo parvi habito Dei manda-„to in hanc mortalem vitam decidit: hujus „poſteri per totum orbem diffuſi cum omnes „uno aut-altero excepto longe deteriores ex-„titiſſent, ferinam quamdam vitam inſtitue-„runt, non urbes, non artes excolebant; le-„ges & jura, virtutem ac philoſophiam ne „nomine quidem tenus noverant: vagi verſa-„bantur, & rationalia virtutis ſemina homi-„num animis inſita ſpontaneæ malitiæ facino-„ribus corrumpebant; adeo ut nunc ſtupris, „nunc cædibus mutuis ſeſe contaminarent, „ipſi denique Deo bellum inferre tentarent: „quam ob cauſam inundationibus atque in-„cendiis eos adortus eſt. Porro tunc maxi-„me, cum malitiæ torpor univerſos fere oc-„cupaſſet, primogenita Dei ſapientia ipſum „ſcilicet Verbum ante omnia exiſtens nunc

Cur Verbum olim non omnibus apparuerit.

„per

„per Angelos creaturis ſuis apparuit,
„per ſemetipſum uni aut alteri ex Deo dil
„ſub hominis ſpecie, quando aliter fieri
„poterat, ſe videndum præbuit. Cum
„ab iſtis hominibus pietatis ſemina jan
„vulgus ſparſa eſſent, & gens integra ab
„quis Hebræis originem ducens divino c
„dedita eſſet, Deus per Moyſen ſigna a
„cujusdam Sabbati & circumciſionis, alio
„que ſpiritualium præceptorum inſtitutio
„non vero ſacrorum manifeſtam viſionem
„tradidit. Tandem vero Hebræorum
„late diffuſa, cum ex illa pleræque nati
„ad notitiam Dei Patris percipiendam pr
„ratæ erant, cœleſte Dei Verbum in hon
„ſpecie nullatenus a corporum noſtrorum
„tura diverſi apparens, ea fecit, quæ
„phetarum oraculis conſentiebant. Reg
„porro illius, quod in fine ſæculorum ad
„turum eſt Daniel *cap.* 7. deſcripſit. Sed
„phetarum oracula in peculiaribus jam
„mentariis (*ſcilicet Demonſtratione Evange*
„collegimus.

Nomen Jeſu Chriſti antiquis cognitum cap. 3.

4. „Ipſum vero Jeſu Chriſtique vocab
„apud veteres Prophetas jam in honore l
„tum fuit. Sic Moyſes ſummi Sacerdoti
„gnitati nomen CHRISTI impoſuit: ſic
„ceſſorem ſuum Auſe vocatum JESUM n
„navit. Sed & ſecuti deinceps Propheta
„minatim Chriſtum prænuntiaverunt.„ F
Euſebius jam in Demonſtr. Evang. l. 4.
oſtendit. Qui etiam ibidem l. 1. n. 1. ſqq.
monſtrat, „unam eamdemque vivendi r

Religio chriſtiana

„

„nem ac Religionem, cum nobis, qui a Chri- *non eſt*
„ſto cognomen traximus, tum vetuſtiſſimis *nova*
„Deo inprimis acceptis hominibus fuiſſe, quod *cap.* 4.
„hic capite quarto repetit.

5. „Supereſt jam, ut a corporali Servato- *Tempus*
„ris noſtri præſentia itineris noſtri ſumamus *adventus*
„initium. Annus agebatur ſecundus & qua- *Chriſti*
„drageſimus imperii Auguſti, a ſubacta autem *cap.* 5.
„Ægypto & ab interitu Antonii & Cleopatræ
„octavus ac viceſimus, cum D. N. Jeſus Chri-
„ſtus prima illa deſcriptione cenſus, quæ fa-
„cta eſt Quirinio Syriæ præſidente, in Beth-
„lehem Judææ natus eſt. Hujus porro deſcri-
„ptionis Joſephus Judæus mentionem facit,
„aliam narrationem de Galilæorum ſecta ſub-
„nectens, quæ iisdem temporibus emerſit, de
„qua noſter etiam Lucas in Actibus Apoſtolo-
„rum *cap.* 5. loquitur.

6. „Per idem tempus cum Herodes pri- *Herodes*
„mus ex alienigenis Judaicæ gentis regnum *alienige-*
„obtineret, completa eſſe videbatur Moſis *na Judææ*
„prædictio, quæ ſic habet: *non deficiet prin-* *rex*
„*ceps de Juda donec veniat, cui ſepoſitum eſt.* *cap.* 6.
„*Gen.* 49. fuit quippe Herodes paterno genere
„Idumæus, Arabs materno, qui regnum Ju-
„dææ a Romanis adeptus eſt, uti a Joſepho
„traditum eſt: uti autem ſcribit Africanus &
„alii, Antipatri filium fuiſſe tradunt, huic ve-
„ro Herodem quemdam Aſcalonitam unum
„ex numero ſervorum templi Apollinis, quod
„Aſcalone eſt, patrem fuiſſe. Antipater enim
„puer a latronibus idumæis captus moribus

„eorum innutritus tandem in notitiam Hircani „Judæorum Sacerdotis amicitiamque pervenit, „cujus filius fuit Herodes is, qui Servatoris „noſtri temporibus vixit, ad quem cum Ju„dæorum regnum deveniſſet, erat præ foribus „expectatio gentium, cum ex eo tempore de„feciſſent rectores, qui jam inde a Moſe prin„cipatum tenuerant: nam ante captivitatem „Babylonicam regnum imperio regebatur, an„tea vero a Judicibus: Reverſi vero e Babylo„nia optimatum imperio uti cæperunt, rerum „enim ſumma penes Pontifices erat, donec „Pompejus proconſul populi Romani eo adve„niens Jeroſolymam armis expugnavit, tem„plum polluit, Ariſtobulum vero regem & „ſacerdotem vinctum cum liberis Romam mi„ſit, & Hircano quidem ejus fratri ſacerdo„tium tradidit, univerſam autem Judæorum „gentem Romanis tributariam fecit. Haud „multo poſt Hircano a Parthis intercepto, pri„mus ex alienigenis Herodes a Senatu & Au„guſto Judææ regnum accepit. Ex quo tempo„re ſucceſſio ſummi Sacerdotii turbari cæpta „eſt, teſte Joſepho qui ſcribit, Herodem ob„ſcuris hominibus honorem illum contuliſſe, „& ſacram Sacerdotis veſtem ſub privato ſigil„lo tenuiſſe concluſam, idemque ab Archelao „ejus ſucceſſore & a Romanis poſtea factum „fuiſſe.

Diſſenſio de genealogia Chriſti

7. „Sed quoniam Matthæus & Lucas in „Evangeliorum libris Chriſti ſtirpem varie no„bis tradiderunt, de his traditionem ad nos „deductam proponamus, quam Africanus in

„ep.

„*ep. ad Ariſtid.* commemoravit. Scilicet quo- „niam eorum, qui inter majores Chriſti re- „cenſentur, alii naturali jure ut filii parenti- „bus ſucceſſerunt, nonnulli vero, cum ab aliis „procreati eſſent, aliis adſcripti ſunt, ideo „utrorumque mentio facta eſt, unde fit ut „neutrum Evangeliorum falſum ſit, cum al- „terum naturam, alterum legem in majoribus „enumerandis ſequatur. Nam familiæ, quæ „tum a Salomone, tum a Nathan deducuntur, „adeo inter ſe permixtæ ſunt, partim repara- „tione nominis eorum, qui ſine prole deceſ- „ſiſſent, partim ſecundis nuptiis, partim etiam „ſeminis ſuſcitatione, ut iidem homines di- „verſos patres habuiſſe merito credantur, hos „quidem fictitios, illos vero naturales; quo „fit, ut Evangelii utriusque narratio abſolute „veriſſima vario quidem litterarum contextu, „ſed accurate ad Joſephum usque deſcendat: „nam ſi a Davide per Salomonem generatio- „nes cum Matthæo numeraveris, tertius a fine „reperietur Mathan, qui genuit Jacob patrem „Joſephi, & quodſi cum Luca a Nathan Davi- „dis filio numeres, tertius itidem a fine repe- „rietur Melchi, cujus filius fuit Heli pater Jo- „ſephi. Mathan igitur & Melchi cum eam- „dem uxorem alter poſt alterum habuiſſent, „liberos ex ea, qui uterini fratres erant, ſu- „ſceperunt, quod lex non vetabat. Proinde „ex Eſtha primus Mathan a Salomone genus „ducens Jacobum filium ſuſtulit: poſt Matha- „nis autem interitum Melchi ex Nathan oriun- „dus eamdem uxorem ſortitus Heli filium ſu- „ſcepit. Hoc modo Jacob & Heli licet diver-

concor- datur cap. 7.

„ſo genere prognatos uterinos fratres reperie„mus: quorum alter, Jacob ſcilicet, cum fra„ter ipſius Heli ſine liberis deceſſiſſet, viduam „ejus conjugem accipiens tertium ex ea Joſe„phum genuit, naturali quidem ratione filium „ſuum, ſed ſecundum legem filius erat Heli, „quippe cum ejus ſemen Jacobus frater ſuſci„taviſſet. Porro recenſita hoc modo Joſephi „ſtirpe ſimul etiam Mariæ genus, quæ ex ea„dem tribu erat oriunda, tacite expoſitum „eſt, lege ſiquidem Moſis inter diverſæ tribus „homines erant vetita connubia *Num.* 36. ne „ſors patrimonii in aliam tribum transferatur.

Cædes innocentum cap. 8.

8. „Chriſto igitur in Bethlehem nato cum „Magi quidam ex oriente venientes ipſum in„terrogaſſent Herodem, ubinam natus eſſet „rex Judæorum; quippe ſtellam ejus ſibi con„ſpectam ajebant, hancque tanti itineris ſibi „cauſam fuiſſe, quod illum utpote Deum ado„rare omnibus votis arderent: ea re contur„batus, quaſi regnum ipſius in maximum di„ſcrimen eſſet adductum, ſtatim omnes pue„ros adhuc lactentes in Bethleem, & in con„terminis locis a bimis & infra uno edicto „interfici jubet, Jeſum quippe eadem calami„tate involvendum eſſe ſperabat. Sed inſidias „regis prævertit puer aſportatus in Ægyptum „a parentibus, quibus rem omnem apparens „Angelus aperuerat.

Herodis funeſta mors.

9. „Jam vero operæ pretium fuerit, ſpe„ctare quæ merces ſceleris Herodem conſecu„ta ſit: quod ipſum Joſephus ſeptimo antiqui-

„tatum

ım libro refert. Herodem, inquit, mor-
vis acrius in dies exagitabat. Ignis qui-
n erat lentus, qui non tantum cutem con-
ꝫtantibus ardorem nuntiabat, quantum in-
viſcera depaſcebatur; ingens præterea
ditas accipiendi cibi: ſcatebant ulceribus
ꝫſtina, & acerbiſſimis coli doloribus cru-
ɔatur. Pedes humore pellucido diſtenti,
lemque circa ventriculum mali labes erat:
ı quoque genitalia putrefacta vermiculis
turiebant. Accedebat anhelitus conten-
tum ob fœtorem, tum ob nimiam crebri-
em moleſtiſſima. Denique convulſiones
univerſa propemodum membra inſupera-
ꝫ ipſi robur addebant, adeo ut harioli hu-
modi morbum pœnam eſſe dicerent cæli-
irrogatam. At ille ſpem vitæ adhuc re-
ens trajecto Jordane aquis calidis, quæ
ta Callirhoen ſunt, uſus eſt. Ibi cum me-
is viſum eſſet, ut tepente oleo foveretur,
niſſus in dolium plenum olei toto corpore
ꝫo reſolutus eſt, ut etiam oculi inſtar ho-
nis mortui revolverentur; deinde miniſtro-
n tumultu excitatus ſpe ſalutis abjecta 50
ıchmas militibus viritim, ducibus vero &
icis magnam pecuniæ vim diſtribui juſſit.
le Hierichuntem reverſus atra bile correp-
ꝫ illuſtriſſimos Judææ viros ex ſingulis vi-
collectos in Hyppodromo concludi præ-
ɔit, & accerſita Salome, viroque ejus Ale-
ndro, dixit: hos viros, ſimul atque ani-
ım exhalavero militibus circumdatos om-
s interficite, quo & univerſa Judæa & ſin-
læ domus vel invitæ mea morte illachry-

„mentur. Deinde partim inedia, partim tuſ„ſis violentia cruciatus fatum antevertere ſta„tuit, cultellum popoſcit, & ſe percuſſurus „dexteram levavit, proprium filium poſt duos „jam necatos occidi juſſit, & non ſine maxi„mis cruciatibus animam efflavit. Poſt cujus „interitum Angelus Joſepho in Ægypto mo„ranti in ſomnis apparens eum in Judæam „cum Puero redire juſſit. Audiens autem „quod Archelaus regnaret in Judæa, timuit „illo ire, & admonitus in ſomnis receſſit in „partes Galilææ.

Pilati tempora c. 9.

10. „De Archelai vero poſt Herodis obi„tum dominatione conſentit etiam Joſephus, „narrans, qua ratione tum ex Herodis Patris „teſtamento, tum judicio Cæſaris Auguſti Ju„dææ regnum ſuſceperit, utque, cum ipſe „poſt annos decem regno excidiſſet, fratres „ejus Philippus, & Herodes junior ac Lyſa„nias tetrarchias ſuas rexerint. Idem *l.* 18. „*antiq.* anno duodecimo principatus Tiberii, „qui orbis imperium acceperat, cum Auguſtus „57 annis imperaſſet, Pontium Pilatum pro„curationem Judææ accepiſſe auctor eſt, ibi„que 10 annis usque ad Tiberii fere exitum „permanſiſſe. Ex quibus manifeſte convinci„tur commentum eorum, qui acta adverſus „Servatorem nuperrime ediderunt, in quibus „primum ipſa temporis ratio actis prænotata „auctores mendacii coarguit: quippe conſula„tu Tiberii Auguſti quarto, qui incidit in ſep„timum ejus imperii annum ea geſta dicuntur; „quo quidem tempore nondum in Judæam ad-

„veniſſe

„veniſſe Pilatum ſatis conſtat, utpote qui te„ſte Joſepho anno principatus Tiberii 12 pro„curator Judææ factus eſt.

11. „Cum igitur Tiberius 15 imperii an„num ageret, Pilatus vero procurationis Ju„dææ quartum, D. N. Jeſus Chriſtus anno „ætatis circiter triceſimo ad Joannis lavacrum „accedit, tuncque primum Evangelium præ„dicare inſtituit. Refert porro divina Scrip„tura totum prædicationis ſuæ tempus ſub „Anna & Caipha Pontificibus illum exegiſſe, „quod vix quadriennio integro continetur: „tunc quippe Sacerdotium perpetuum & hæ„reditarium eſſe jam deſierat, & a præſidibus „Romanis alii atque alii conſtituti non plus„quam anni ſpatio munus illud gerebant. „Certe Joſephus ab Anna ad Caipham quatuor „ſacerdotes fuiſſe narrat: cum enim Valerius „Gratus Annæ ſacerdotium ademiſſet, Iſmae„lem Baphi filium in ejus locum promovit; „quo non multo poſt remoto Eleazarum Annæ „filium, & poſt annum Simonem Camithi „filium, & iterum poſt annum Joſephum, cui „Caiphæ nomen, deſignavit. Cæterum Ser„vator noſter haud multo poſt Evangelicæ „prædicationis initium duodecim Apoſtolos „ſibi adjunxit, & præterea ſeptuaginta viros „elegit, quos in loca, in quæ venturus erat, „binos præmittere ſolebat. *Pontifices Chriſto prædicante cap. 10.*

12. „Brevi interjecto tempore Joannem „Baptiſtam ab Herode juniore capite trunca„tum Evangelium commemorat, cui adſtipu- *Teſtimonia de Joanne & Chriſto cap. 11.*

 „latur

„latur Joſephus, qui & Herodiadis meminit,
„& narrat, quo modo Herodes legitima con-
„juge repudiata Arethæ Arabum regis filia,
„hanc fratris ſui uxorem per vim abductam
„ſibi conjugem adſcivit, inque ejus gratiam
„necato Joanne Baptiſta cum Aretha bellum
„geſſit, & ob necem Joannis victus eſt, qui
„Joannes fuit vir juſtiſſimus, quem ob populi
„ad ſe confluentis honorem Herodes timebat,
„& vinctum ad caſtellum Machæruntem ab-
„ductum capite cædi juſſit, Herodes vero He-
„rodiadis culpa principatu excidit, & in ur-
„bem Galliæ Viennam ſimul cum ea relegatus
„eſt. Hæc Joſephus *l.* 18. *Ant.* qui ibidem
„Servatoris noſtri mentionem facit his verbis:
„Iisdem temporibus Jeſus quidam fuit vir ſa-
„piens, ſi tamen virum eum appellare fas
„eſt: erat quippe admirabilium operum effe-
„ctor, doctorque eorum, qui veritatem libenti
„animo complectebantur. Multos ille partim
„ex Judæis, partim ex gentilibus ſectatores
„ſibi adjunxit. Hic erat Chriſtus, quem a
„gentis noſtræ primoribus delatum, cum Pi-
„latus crucis ſupplicio addixiſſet, hi tamen,
„qui eum dilexerant, eum deinceps colere
„non deſtiterunt: tertio enim die vivus ac
„ſpirans eis apparuit, prout divini Prophetæ
„hæc & alia quamplurima de illo mirifica
„prædixerant. Ab hinc porro Chriſtianorum
„genus, qui ab eo nomen ſumſere, ad no-
„ſtram usque ætatem continuatum manet.

De ſeptuaginta diſcipulis cap. 12.

13. „Et Apoſtolorum quidem Servatoris
„noſtri nomina ex Evangeliorum libris notiſſi-
„ma

a ſunt, ſeptuaginta vero diſcipulorum ſe- es nullibi reperitur. Fertur tamen ex illo- m numero fuiſſe Barnabas. Ex iisdem oſthenem fuiſſe perhibent, qui cum Paulo teras ad Corinthios ſcripſit, ſic enim re- rt Clemens *l.* 5. *hypotypoſ.* in quo etiam epham illum, cui Antiochiam ingreſſo ulus ſe reſtitiſſe dicit; Matthiam quoque alterum, qui cum eo pari ſuffragio hono- tus fuit, fama eſt ex illo cætu fuiſſe. haddæum præterea unum ex illis fuiſſe fe- nt; item & Jacobum fratrem Domini, cui hriſtus poſt reſurrectionem apparuiſſe legi- ır.

14. „Cum vero D. N. Jeſu Chriſti divini- s propter admiranda opera jam ubique ce- bris eſſet, rex Abgarus, qui gentibus trans uphratem præerat, cum gravi morbo con- ımeretur, has litteras Jeroſolymam ad Je- ım per Ananiam curſorem miſit. Abgarus inceps Edeſſæ Jeſu Servatori bono, qui in nibus Hieroſolymorum apparuit, ſalutem. untiatum eſt mihi de te, & de curationi- us, quas absque herbis & medicamentis peraris. . . . Quæ cum omnia de te audi- em, ſic in animum meum induxi, aut te vera Deum eſſe, qui e cœlo delapſus hæc fficias, aut certe Dei filium. Proinde ad e ſcripſi orans, ut nos inviſere, morbum- ue noſtrum ſanare non graveris. Audio nim, Judæos tibi obtrectare, & inſidias in aput tuum ſtruere. Eſt mihi civitas parva la quidem, ſed ornata, quæ noſtrum utri- ue ſufficiat. Huic igitur Jeſus per eumdem *De Abgaro & ejus epiſtola cap. 13.*

„tabellarium ita reſcripſit: Beatus es Abga-
„re, qui in me credideris, quem non vidiſti,
„de me enim ſcriptum eſt, eos qui me vide-
„rint, non credituros in me, ut ii, qui non
„viderint, credentes vitam accipiant. Quod
„vero ad me ſcribis, ut ad te proficiſcar, hic
„neceſſe habeo omnia implere, propter quæ
„ſum miſſus, illisque demum abſolutis, ad
„illum, qui me miſit, reverti. Cæterum cum
„primum ad eum me recepero, ex diſcipulis
„meis aliquem ad te mittam, qui & morbum
„tuum curet, & vitam tibi tuisque omnibus
„præſtet. Nec multo poſt ad exitum deducta
„ſunt, quæcunque ei promiſſa fuerant, nam
„poſt reſurrectionem Chriſti, ejusque in cœlos
„aſcenſum, Thomas unus e duodecim Apo-
„ſtolis divino quodam impetu impulſus Thad-
„dæum unum e ſeptuaginta Chriſti diſcipulo-
„rum numero Edeſſam miſit, ut Chriſti do-
„ctrinam illis gentibus nuntiaret: ejusque
„opera Servatoris noſtri promiſſa exitum ſor-
„tita ſunt. Cujus quidem rei teſtimonium
„habemus ex ipſius Edeſſæ tabulariis deſum-
„ptum, ſiquidem in monumentis publicis, in
„quibus antiquitates, urbes, & res Abgari
„geſtæ continentur, hæc etiam ad noſtram
„usque ætatem conſervata reperimus.„ Ni-
hilominus hanc Chriſti epiſtolam ſuppoſititiam
eſſe probatum eſt *Comp. Th. tom.* I. §. 334.

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBER II.

„Quæ poſt Chriſti aſcenſionem ſubſecuta „ſunt, in hoc libro diſpiciamus. Primum in locum proditoris Judæ ſortitus eſt Matthias: mox ſeptem Diaconi ab Apoſtolis conſtituti ſunt, quorum ex numero fuit Stephanus, qui ſtatim poſt ordinationem primus omnium poſt mortem Domini a Judæis lapidibus eſt obrutus, & primus inter Chriſti Martyres reſpondentem nomini ſuo coronam retulit. Tunc etiam Jacobum, qui frater Domini dicebatur, eoquod eſſet Joſephi Patris Chriſti (*nutritii ex primo matrimonio*) filius, & qui ob eximiam virtutem Juſtus ab antiquis cognominatus eſt, Jeroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopatum primum accepiſſe perhibent. Ita tradit Clemens *l.* 6. *Inſt.* Poſt martyrium Stephani cum prima „Judæorum perſecutio adverſus Jeroſolymitanam Eccleſiam coorta eſſet, cunctis Chriſti „diſcipulis præter duodecim Apoſtolos per „Judæam Samariamque diſperſis, nonnulli „eorum usque ad Phœnicem, & Cyprum, & „Antiochiam progreſſi fidei Chriſtianæ ſermonem non gentibus, ſed ſolis Judæis prædicabant; qua tempeſtate Paulus etiamnum „Eccleſiam infeſtabat. Tunc etiam Philippus „Diaconus, verbum Dei Samariæ nuntiavit, „& Simonem Magum alioſque innumerabiles „prædicationibus ſuis ad ſe pertraxit. Hic „Simon tantam auctoritatem præſtigiis ſuis „adeptus eſt, ut magnam Dei virtutem ipſum „eſſe

Acta Apoſtolorum poſt aſcenſum Chriſti cap. 1.

„eſſe multi exiſtimarent. Idem tamen obl
„peſactus miraculis, quæ Philippus div
„virtute perpetrabat, fidem in Chriſtum ſir
„lans Baptismum ſuſcepit, ſed tandem a
„tro deprehenſus debitas pœnas dedit. P
„ro cum ſalutaris Evangelii prædicatio nc
„quotidie incrementis augeſceret, quidam
„proceribus Æthiopum reginæ a Philippo
„mus ex gentibus divini verbi myſteria pe
„pit, & in patriam reverſus Dei notitiam
„Servatoris noſtri adventum primus pra
„caſſe fertur. Interea Paulus Apoſtolus c
„ſtituitur. *Act.* 9.

Tiberii de Chriſto opinio cap. 2.

2. „Cum admiranda Servatoris noſtri
„ſurrectio & aſcenſio omnium ſermonibus
„pervulgata eſſet, Pilatus de eadem ad Ti
„rium principem retulit multa quoque
„ejusdem miracula ſe auditu accepiſſe ſig
„cans; & quod Deus a multis haberetur
„Tiberium quidem rem ad Senatum detu
„perhibent, ſed Senatum ejusmodi rela
„nem aſpernatum eſſe, ſpecie quidem,
„quod Senatus auctoritas ad id non expec
„videbatur, cum tamen lex vetus eſſet,
„quis absque decreto Senatus pro Deo ha
„retur: re autem ipſa eoquod divinæ doctr
„prædicatio auxilio hominum minime ind
„ret: Nihilominus Tiberius nihil adverſus
„ctrinam Chriſti durius molitus eſſe dici
„Hæc Tertullianus vir legum Romanarum
„ritiſſimus, & inter Latinos ſcriptores c
„berrimus in Apologia ab ipſo latine conſc
„ta, poſtea vero in græcum ſermonem tr

„

lata *vid. Analyſ. tom.* 3. *pag.* 16. Ita ſalutaris Dei ſermo univerſum terrarum orbem ſubito illuſtravit, primusque in urbe Palæſtinæ Cæſarea Cornelius cum univerſa familia viſione quadam divina, Petrique miniſterio fidem Chriſti eſt amplexus, & complures alii ex gentibus Antiochiæ idem fecerunt, vigenteque ibi Eccleſia aderant plurimi ſimul congregati tum ab Hieroſolymis Prophetæ, quibuscum Paulus fuit & Barnabas, tum alii fratres numero non pauci, & Chriſtianorum nomen ibi primum exortum eſt. Sub id tempus Agabus quidam unus ex Prophetis famem futuram prædixit: Paulus vero & Barnabas Hieroſolymas deſtinati ſunt, ut fratrum penuriam ſuo miniſterio ſublevarent. *cap.* 3.

3. „Interea Tiberius cum duobus circiter & viginti annis imperaſſet, extremum diem obiit. Cui ſuccedens Cajus Judææ regnum ſtatim tradidit Agrippæ, & regem illum tum in Philippi tum in Lyſaniæ tetrarchia conſtituit, nec multo poſt Herodis quoque tetrarchiam eidem donavit, cum Herodem perpetuo exilio damnaſſet, una cum uxore Herodiade. Hujus Imperatoris temporibus floruit Philo Hebræus origine, ſplendore generis ac dignitate nulli apud Alexandriam concedens, in divinis & patriis diſciplinis, humanioribus litteris, ac Philoſophia Platonica & Pythagorica eruditus, qui quot calamitates imperante Cajo Judæis contigerint, quinque libris complexus eſt, & quomodo ipſe pro popularibus Alexandriæ degentibus in urbe

Cajus Agrippæ Judææ regnum dat *cap.* 4.

Philonis legatio *cap.* 5.

„Ro-

„Roma obiit legationem, & parum ab
„quin capitis diſcrimen ſubiret: cuj
„etiam meminit Joſephus *l.* 18. *antiq*
Judæorum ærumnæ cap. 6. „etiam *l.* 2. *de bello Jud.* refert ærumna
„bus Judæorum gens Pilati temporibu
„flictata eſt. Nec vero prætereundum,
„tum ipſum imperante Cajo in tantas ir
Pilati mors cap. 7. „calamitates, ut mortem ſibi conſciſcer
„ctus fuerit, divina juſtitia in illum ſæ

Fames tempore Claudii cap. 8. 4. „Interea Cajo, qui vix quatuor
„imperium tenuerat, Claudius Imperat
„cedit, cujus temporibus univerſum
„orbem fames oppreſſit, atque ita Agab
„phetæ prædictio de imminente fame,
„in Actibus Apoſtolorum ſit mentio, e
„ſortita eſt, in quibus etiam Lucas n
„fratres Antiochiæ degentes ſtipem
„collatam Chriſtianis in Judæa comm
„bus per Paulum & Barnabam miſiſſ
„deinceps adjungit: Eodem tempore H
S. Jacobi maj. martyrium cap. 9. „rex Jacobum Joannis fratrem gladio i
„cit. De hoc Jacobo Clemens *l.* 7. *inſ*
„fert, eum, qui Jacobum judicio obt
„cum illum vidiſſet, Chriſti fidem liber
„fitentem, commotum viri conſtantia ſ
„que Chriſtianum eſſe confirmaſſe.
„igitur ad ſupplicium ducti ſunt, cumq
„ter eundum rogaſſet Jacobum comes,
„veniam daret, pauliſper moratus Jac
„Pax tibi, inquit, ſtatimque illum oſc
„eſt. Ita ſimul ambo capite truncati int
„Tunc etiam Herodes Petrum in vincul
„jectum capitali ſupplicio jam addicturus

Angeli apparentis auxilio vinculis libe-
is ad prædicationis miniſterium dimiſſus
ſet. Regis vero ob commotam adverſus *Herodis*
ɔſtolos perſecutionem haud diu dilata vin- *mors*
a eſt, uti traditur in Actibus Apoſtolorum *cap. 10.*
. 12. & narrat etiam Joſephus *l.* 19. *Antiq.*
etiam de Theuda cujus Lucas in Actibus *De*
ɔſtolorum *cap.* 5. meminit, hæc refert. *Theuda*
lo Judæam procurante præſtigiator qui- *cap. 11.*
ı nomine Theudas collecta ingenti homi-
a multitudine pervaſit, ut aſportatis opi-
ducem ſe ad Jordanem ſequerentur, qui
lem ipſis tranſitum eſſet præſtiturus. Sed
us immiſſis adverſus eos equitum turmis
partim occiderunt, partim comprehen-
ınt, & ipſe Theudas captus eſt, cujus
ut præciſum Hieroſolymam retulerunt.
lem tempore fame graſſante Helena Adia- *De Helena*
orum regina frumentum grandi pecunia *regina*
Ægypto coemtum, egenis diſtribuit. *cap. 12.*

. „Interea cum fides Servatoris noſtri Je- *De Simo-*
Chriſti ubique diffuſa eſſet, Simon Magus *ne Mago*
rimos eorum, qui Romæ degebant, in *cap. 13.*
ɔrem inductos ſibi mancipavit, uti Juſti-
; teſtatur in primo Apologetico (*vid.*
n. 1. *Analyſ. pag.* 361.) Cui ſubſcribit
ım Irenæus in primo contra hæreſes li-
, in quo vitam hominis & impietatem,
impuriſſimam doctrinam exponit. (*vid.*
ıl. Tom. 2. *pag.* 54.) Verum hæc non diu *cap. 14.*
ıoni ex voto fluxerunt, confeſtim enim
providentia maximum inter Apoſtolos
rum Romam adverſum illum perduxit,
„qui

„qui ſalutarem mentibus doctrinam, reg
„ſcilicet cœlorum annuntiaret.

De Evangelio Marci cap. 15.

6. „Tantus autem veritatis fulgor
„cuit, ut Romani Marcum Petri ſectator
„cujus hodieque extat Evangelium, e
„orarent, ut doctrinæ illius, quam au
„perceperant, ſcriptum aliquod monumen
„apud ſe relinqueret, & ſic ſcribendi ill
„quod ſecundum Marcum dicitur Evan
„cauſa extiterunt. Quod cum Petrus per
„velationem S. Spiritus cognoviſſet, lib
„auctoritate ſua comprobaſſe dicitur, ut d
„de in Eccleſiis legeretur. Ita refert Clem
„*l.* 6. *Inſt.* & Papias Hierapolitanus Epiſco
„Porro Marci mentionem fieri ajunt a P
„in priori epiſtola, quam Romæ ſcriptam
„contendunt, ubi Romam figurate Bab
„nem appellat. 1. *Petri* 5. Cæterum h

S. Marcus in Ægypto prædicat cap. 16.

„Marcum in Ægyptum profectum Evangel
„a ſe conſcriptum illic prædicaſſe perhib
„& in ipſa urbe Alexandria Eccleſias co
„tuiſſe. Tanta porro multitudo virorun

Therapeutæ cap. 17.

„mulierum, qui fidem Chriſti illic amp
„fuerant, ab ipſo ſtatim initio tam ſevera
„philoſophicam inſtitutionem profeſſa eſt
„totam eorum vivendi rationem ſcriptis
„commemorare operæ pretium duxerit P
„in eo libro, quem de vita contemplativa
„de ſupplicibus, ſive Therapeutis conſcri
„ex quo, ſi quis eorum converſationem a
„ratius noſſe deſiderat, eam diſcere pot
„Cæterum quin Philo dum iſta ſcriberet,
„mos illos Evangelicæ doctrinæ prædic

„

„res, & ab Apoſtolis primum traditam diſci- „plinam in mente habuerit, nemini dubium „eſſe arbitror. Præterea Philo multiplicem „ſacrorum voluminum expoſitionem edidit. „Ac primo ſcripſit in Geneſin, quos libros ſa- „crarum legum Allegoriam inſcripſit: Item li- „bros quæſtionum ac ſolutionum in Geneſin „& Exodum. Item de Agricultura libros „duos, totidemque de temulentia, de iis, „quæ mens ſobria optat: de confuſione lin- „guarum: de fuga & inventione: de congreſ- „ſu cum humanioribus diſciplinis: de diviſio- „ne in partes æquales & inæquales: de tri- „bus virtutibus a Moyſe deſcriptis: de nomi- „num mutatione: de migratione: de vita ſa- „pientis: de gigantibus: quod Deus ſit im- „mutabilis: quod ſomnia immittantur a Deo. „Libri quinque quæſtionum in Exodum. De „Tabernaculo; de decem præceptis. De ſpe- „cialibus legibus. De ſpeciebus & animalibus „ſacrificiorum. De præmiis & ſuppliciis in „lege propoſitis, & imprecationibus. De Pro- „videntia. De Judæis. De homine civilem „vitam agente. De eo quod bruta ratione „ſint prædita. Quod qui peccat ſervus eſt, „& virtuti ſtudens liber eſt. De vita contem- „plativa. Nominum Hebræorum interpreta- „tio. De Caji Imperatoris ſceleribus.

Philonis libri cap. 18.

7. „Sub idem tempus cum Paulus Apo- „ſtolus ab Hieroſolymis ad Illyricum usque „properaret, Claudius Imperator Judæos urbe „expulit, unde Aquila & Priſcilla Roma „egreſſi in Aſiam appulerunt, ibique cum

Seditio Jeroſolymis. Felix procurator. cap. 19

„S. Paulo commorati ſunt *Act.* 18. Cæterum „Claudio adhuc imperante tanta ſeditio Hie„roſolymis in ipſa ſolemnitate Paſchæ conflata „eſt, ut illorum duntaxat, qui circa templi „portas conculcatione mutua perierunt, nu„merus ad triginta hominum millia perveniſſe „dicatur. Ita Joſephus. Interea Claudius „Agrippam Agrippæ filium Judæorum regem „conſtituit, miſſo Felice, qui Judææ ſimul & „Samariæ, & Galilææ, & regionis trans Jor„danem Procurator eſſet. Ipſe vero Claudius „cum tredecim annis & octo menſibus impe„rium adminiſtraſſet, Neronem ſucceſſorem „relinquens e vita deceſſit.

Altera ſeditio cap. 20.

8. „Neronis autem temporibus teſte Joſe„pho *l.* 20. *antiq.* orta eſt ingens ſeditio Pon„tificum adverſus ſacerdotes, primosque ple„bis Hieroſolymorum. Tanta enim erat Pon„tificum audacia, ut ſervos ſuos ad areas mit„terent, qui decimas ſacerdotibus debitas ra„perent, ita ut nonnulli ſacerdotes præ ali„mentorum inopia deficerent. Eodem tem„pore turma quædam graſſatorum diebus fe„ſtis plebi ſe immiſcens ſicas ſub veſtibus oc„cultans multos & ipſum etiam Pontificem „confodiebat. Multo autem graviore clade „Judæos afflixit Ægyptius quidam falſus Pro„pheta magus ſeditionem contra Romanos „movens cum triginta hominum millibus, „quos Felix Procurator Judææ partim truci„davit, partim cæpit: cujus rei etiam mentio „fit *Act.* 21.

9. „Por-

De falſo propheta Ægypt. cap. 21.

9. „Porro Felici ſucceſſor miſſus eſt Feſtus, quo Judæam procurante Paulus in judicium adductus, cauſam cum dixiſſet vinctus Romam perductus eſt. Atque hic Lucas hiſtoriæ Actuum Apoſtolorum finem fecit, Paulum Romæ in libera cuſtodia biennium egiſſe, & Verbum Dei libere prædicaſſe teſtatus. Tandem vero cum cauſam ſuam apud Judices peroraſſet rurſus prædicandi cauſa profectus eſſe dicitur, poſteaque cum Romam iterum veniſſet, vitam martyrio finiiſſe, uti colligitur ex 2. *Tim.* 4.

S. Paulus vinctus Romam ductus cap. 22.

S. Jacobi min. martyrium cap. 23.

10. „Cæterum cum Paulus ad Cæſarem provocaſſet, Romamque a Feſto miſſus eſſet, Judæi in Jacobum fratrem Domini Jeroſolymorum Epiſcopum rabiem convertunt, eum abnegare fidem Chriſti jubent, ſed cum is majore fiducia D. N. Jeſum Chriſtum Dei Filium eſſe confeſſus fuiſſet, eum trucidant, quia per id tempus mortuo Feſto absque ullo præſide provincia remanſerat. Ac quidem Clemens ex templi faſtigio eum præcipitatum & fullonis vecte percuſſum interiiſſe teſtatus eſt. Sed omnium accuratiſſime Heſippus Apoſtolorum temporibus proximus in quinto commentariorum libro de Jacobo ita ſcribit. Jacobus ab ipſo matris utero ſanctus fuit, nec vinum unquam bibit, nec ſiceram, ab animantium carnibus penitus abſtinuit: Comam numquam totondit, neque ungi, neque lavare balneo corpus umquam ſolitus. Unus ex omnibus in intimum templi ſanctuarium ingrediendi facultatem habe-

„bat; linea tantum veſte utebatur. In t
„plum ſolus intrare, ibique genibus flexis
„peccatis populi Deum orare conſuevei
„adeo ut genua ipſius inſtar cameli occa
„rint. Hunc Judæi in templi faſtigio coll
„runt, ut Chriſtum negaret, quia vero li
„eum confitebatur, & multi ejus teſtim
„confirmati glorificabant Jeſum, illum pr
„pitem egerunt, & quia non ſtatim moı
„obierat, flexis genibus orabat: Domine
„go, ut ignoſcas illis, quia neſciunt quic
„ciunt: illi vero lapidibus eum impetere
„perunt, & unus ex illis fullo fuſte caput
„percuſſit, atque ita felici martyrio vi
„finiit: ſepultus eſt eodem in loco, mane
„adhuc cippus illius prope templum,
„multo poſt obſidio Veſpaſiani, & Judæo
„captivitas ſecuta eſt; quam propter ſcelu
„Jacobum admiſſum contigiſſe etiam Joſeı
„teſtatur, qui ejus martyrium etiam na
Epiſtola S. Jacobi. „*l.* 20. *antiq.* Porro Jacobo adſcribi ſolet
„ſtola prima earum quæ Catholicæ dicun
„quam quidem nonnulli ſpuriam exiſtim
„ſane pauci admodum ex vetuſtioribus
„hujus epiſtolæ tum illius Judæ mentio
„fecere. Verumtamen has quoque cum
„teris in plurimis Eccleſiis publice lectitari
„gnovimus.

Annianus Epiſc. Alex. cap. 24. 11. „Interea Nerone octavum imperii
„num agente primus poſt Marcum Evan
„ſtam Alexandrinæ Eccleſiæ adminiſtratio
„ſuſcepit Annianus vir Deo acceptus & c
„ex parte mirabilis. Ceterum Nero confir

„

„tum ſibi imperium jam videns ad impios „actus prolapſus ipſum quoque veri Numinis „cultum oppugnare inſtituit, & primus Romanorum Imperatorum hoſtis Chriſtianæ Religionis fuiſſe dicitur: cujus rei etiam Tertullianus meminit (*tom.* 3. *Anal. p.* 16. *n.* 12.) „Qui proinde Nero etiam in Apoſtolos ſæviit: „ac Paulus quidem Romæ capite truncatus, „Petrus vero cruci ſuffixus fuiſſe eodem regnante traduntur: quam quidem narrationem abunde confirmant Petri Paulique nomine inſignita monumenta, quæ in urbis „Romæ cæmeteriis etiamnum viſuntur. Sed „& Cajus vir Catholicus Zephirini Romanæ „urbis Epiſcopi temporibus florens in libro „contra Proclum patronum ſectæ Cataphrygarum inquit: Ego Apoſtolorum tropæa poſſum oſtendere, nam ſive in Vaticanum, ſive „ad Oſtienſem viam pergere libet, occurrent „tibi tropæa eorum, qui Eccleſiam illam fundaverunt: Porro ambos uno eodemque tempore martyrium ſubiiſſe Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus ad Romanos ſcribens teſtatur. *Martyrium SS. Petri & Pauli cap. 25.*

12. „Joſephus vero commemorans calamitates, quibus univerſa Judæorum gens „conflictata eſt, narrat etiam eorum nobiliſſimos flagris cæſos Jeroſolymis juſſu Flori in „crucem ſublatos fuiſſe, qui Procurator Judææ erat, quo tempore bellum judaicum „conflatum eſt anno imperii Neronis duodecimo. Subjicit deinde poſt defectionem Judæorum maximos motus per univerſam Syriam eſſe excitatos, dum ſingularum urbium *Judæorum afflictio cap. 26.*

„incolæ Judæos in iisdem degentes tam-
„quam hoſtes abſque ulla miſeratione dele-
„rent.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
LIBER III.

Apoſtoli quibus prædicarint cap. 1.

1. „Dum ergo res Judæorum in hoc ſtatu „erant, Apoſtoli & Diſcipuli Domini „per univerſum orbem diſperſi Evangelium „prædicabant: Et Thomas quidem Parthiam „ſortitus eſt, Andreas Scythiam, Joanni Aſia „obvenit, qui plurimum temporis in ea com„moratus Epheſi tandem diem obiit. At Pe„trus per Pontum, Galatiam, Bithyniam, „Cappadociam atque Aſiam Judæis in diſper„ſione prædicaſſe exiſtimatur, qui ad extre„mum Romam veniens cruci ſuffixus eſt ca„pite deorſum demiſſo, ſic enim, ut in cruce „collocaretur, oraverat. Paulus vero ab Je„roſolymis usque ad Illyricum munus Evan„gelicæ prædicationis obivit, ac poſtremo „Romæ ſub Nerone martyrio perfunctus eſt. „Hæc Origenes *l.* 3. *expoſ. in Geneſ.* Cæterum „poſt Pauli Petrique martyrium primus Eccle„ſiæ Romanæ Epiſcopatum ſuſcepit Linus, „cujus mentionem facit Paulus 2. *Tim.* 4.

Linus P. cap. 3.

Epiſtola Apoſtolorum cap. 4.

2. „Quod vero ad Petrum attinet, una „ejus Epiſtola, quæ prior dici ſolet, tam„quam germana ab omnibus admittitur, cu„jus teſtimonio veteres frequentiſſime uſi ſunt: „quæ vero ſecunda appellatur, eam quidem „inter ſacros novi Teſtamenti libros cenſitam

„non

„non eſſe a majoribus accepimus, ſed tamen „cum utilis eſſe videretur quam plurimis, „una cum reliquis ſacræ ſcripturæ libris ſtu„dioſe lectitata eſt. Librum vero qui actus „Petri dicitur, & Evàngelium ejus nomine „inſcriptum, prædicationis quoque & revela„tionis ejus libros pro Catholicis ſcriptis num„quam eſſe habitos conſtat. Pauli vero qua„tuordecim epiſtolæ notæ ſunt omnibus: „ſciendum tamen eſt, Epiſtolam ad Hebræos „a nonnullis ideo eſſe repudiatam, quod di„cerent, eam ab Eccleſia Romana pro certa „& genuina Epiſtola Pauli non haberi. Sed „de iſta quid veteres tradiderint ſuo tempore „proferemus. Librum qui actus Pauli inſcri„bitur, inter indubitatæ fidei libros non acce„pimus. Quoniam vero Apoſtolus Paulus in „epiſtola ad Romanos mentionem fecit Her„mæ, cujus eſſe fertur liber, qui Paſtor in„ſcriptus eſt, ſciendum eſt, eum librum a „nonnullis quidem in dubium eſſe revocatum, „quamobrem inter receptæ auctoritatis libros „cenſeri non poteſt: ab aliis vero maxime ne„ceſſarius judicatur, iis præſertim, qui primis „religionis noſtræ elementis inſtituendi ſunt. „Unde etiam in Eccleſiis eum publice legi „comperimus, & quosdam ex vetuſtiſſimis „ſcriptoribus ipſius teſtimonio uſos fuiſſe. *Liber Paſtoris.*

3. „Porro quot Apoſtolorum Petri & Pauli „& quinam veri imitatores eorum judicio di„gni habiti ſint, qui fundatas ab ipſis Eccle„ſias paſtorali officio gubernarent, non facile „eſt dicere, præterquam illos, quos ex ipſius *Primæ Apoſtolorum ſucceſſio cap. 4.*

„Apoſtoli verbis quivis poſſit colligere, ſed & „Lucas in Actibus diſcipulos Pauli enumerans, „ſingulos nominatim appellat. Ex his Timo- „theus quidem Epheſinæ Eccleſiæ Epiſcopa- „tum primus accepiſſe dicitur: quemadmo- „dum etiam Titus inſulæ Cretæ Eccleſiarum „Epiſcopus fuiſſe memoratur. Lucas vero „domo Antiochenus arte medicus, qui cum „Paulo diu vixit, & cum aliis Apoſtolis ſtu- „dioſe verſatus eſt; duos nobis libros divini- „tus inſpiratos reliquit. Alter eorum Evan- „gelium eſt, quod ita ſe exaraſſe teſtatur, „prout ab ipſis, qui ab initio Chriſtum vide- „rant, acceperat. Alter liber inſcribitur „Actus Apoſtolorum, quos oculis ſuis ſpecta- „tos ſcriptis tradidit. Hujus porro Evange- „lium dicunt a Paulo deſignari, quoties dicit: „ſecundum Evangelium meum. Ex reliquis „Pauli comitibus Creſcens quidam ab eo miſ- „ſus in Gallias Pauli teſtimonio declaratur „2. *Tim.* Linus item & Clemens Eccleſiæ Ro- „manæ Epiſcopi. Denique Areopagitam il- „lum nomine Dionyſium Athenienſis Eccleſiæ „primum Epiſcopum fuiſſe, tradit Dionyſius „Corinthiorum Epiſcopus antiquiſſimus ſcri- „ptor.

Timotheus. *Titus.* *Lucas.* *Creſcens.* *Linus.* *Clemens.* *Dionyſius Areopagita.*

Poſtrema Judæorum expugnatio cap. 5.

4. „Poſt Neronem, qui per tredecim an- „nos imperium tenuit, cum Galba & Otho „anno duntaxat & ſex menſibus regnaſſent „Veſpaſianus in præliis adverſus Judæos ſpe- „ctatus Imperator in Judæa ab exercitu renun- „tiatur: qui confeſtim Romam verſus conten- „dens curam belli adverſus Judæos Tito filio „commiſit. Cum porro omnes qui in Chri- „ſtum

ſtum crediderant divinitus admoniti relictis Hieroſolymis ſedes ſuas Pellam oppidum trans Jordanem tranſtuliſſent, divina ultio Judæos ob ſua ſcelera corripuit, eosque funditus delevit, prout ex Joſepho *l.* 5. *&* 6. *de bello Judaico* cuicunque libuerit facile eſt accurate cognoſcere. *cap.* 6. Operæ autem pretium fuerit his adjungere certiſſimum Servatoris noſtri oraculum, quo hæc omnia Judæis prædixerat his verbis: *Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus* &c. *Marc.* 13. *cap.* 7. Quin etiam evidentibus prodigiis, & futuram ſolitudinem prænuntiantibus Judæi neque advertebant, neque credebant. Signa autem hæc narrat Joſephus *l.* 6. *de bello Jud.* *Signa ante bellum cap.* 8.

5. „Porro rationi etiam conſentaneum videtur de Joſepho ipſo, qui hiſtoriæ tantum „adjumentum contulit, quis & unde fuerit „exponere. Id vero ipſe declarat his verbis: „Joſephus Matthathiæ filius, natione Hebræus domo Hieroſolymitanus ex numero Sacerdotum, qui ab initio contra Romanos pugnavi, & rebus poſtea geſtis neceſſitate interfui. Hic vir præſtantiſſimus fuit etiam Romanorum judicio, adeo ut in urbe Roma ſtatua donatus ſit, libri vero ab eo conſcripti in bibliotheca publica fuerint collocati. Scripſit autem antiquitates Judaicas viginti libris: hiſtoriam vero belli Judaici, quod a Romanis ſua ætate geſtum eſt ſeptem voluminibus complexus eſt, quam non ſolum Græco, ſed etiam patrio ſermone a ſe editam teſtatur. Extant etiam duo ejusdem li- *De Joſepho Jud. & ejus ſcriptis cap.* 9.

„bri de Judæorum vetuſtate lectu digniſ
„in quibus & Appioni Grammatico reſpon
„qui illa ætate volumen adverſus Judæos
„poſuerat, & aliis nonnullis, qui Judæ
„origines calumniari tentaverant. In p
„autem horum librorum numerum ſacr
„voluminum Veteris Teſtamenti declarat
Canon S. Script. V. T. cap. 10. „verbis: apud nos duo duntaxat & vigint
„bri ſunt totius præteriti temporis hiſto
„complectentes, qui merito creduntur di
„Ex his quinque ſunt Moſis, qui leges c
„nent & ſeriem rerum geſtarum a condit
„humani generis usque ad Moſis interit
„quod ſpatium temporis tria propemodum
„norum millia comprehendit. A Moſis
„tem interitu ad imperium usque Artax
„Perſarum Regis Prophetæ res ſua ætate
„ſtas tredecim libris complexi ſunt. Qua
„reliqui hymnos in Dei laudem, & præc
„vitæ hominum exhibent utiliſſima. C
„rum ab imperio Artaxerſis ſunt quidem
„gula litteris mandata, ſed nequaquam
„tam fidem meruerunt, quantam ſuperio
„eoquod minus explorata fuit ſucceſſio P
„phetarum. Tanta vero veneratione lib
„noſtros proſequimur, ut per tot ſæcula ne
„nec adjicere quidquam illis, nec dem
„nec commutare auſus fuit, utpote pro q
„rum fide & divinis præceptis libentiſſ
„mortem perferamus. Eſt & aliud opuſcul
„a Joſepho elaboratum de ratione ſummo
„perio prædita Maccabaicum dictum. I
„*l.* 20. *antiq.* ait propoſitum ſibi eſſe, quat
„libros conſcribere, de Dei ſubſtantia: I

de legibus. Denique in epilogo antiquitatum arguit Juſtum Tiberienſem hiſtoriam ſcribere volentem, & ait quod ſui libri approbationem ab Imperatoribus & Agrippa rege invenerint, qui ſexaginta ſcripſit epiſtolas, quibus veritatem a ſe expoſitam teſtatur.

6. „Poſt expugnationem Jeroſolymorum fama eſt, Apoſtolos & diſcipulos ſuperſtites in unum conveniſſe, & uno conſenſu Simeonem filium Cleopæ, cujus in Evangelio fit mentio, Epiſcopali Jeroſolymorum ſede dignum judicaſſe. Creditur autem Simeon patruelis fuiſſe Servatoris, nam Cleopam fratrem fuiſſe Joſephi teſtatur Hegeſippus. Fama eſt præterea Veſpaſianum poſt expugnatam Hieroſolymorum civitatem, eos, qui a Davide genus ducerent, perquiri juſſiſſe, ne quiſquam apud Judæos ex regia ſtirpe ſupereſſet.

Simeon Jeroſolym. Epiſcopus cap. 11.

Veſpaſianus genus Davidis perſequitur cap. 12.

7. „Sed Veſpaſiano cum per annos decem imperium tenuiſſet, ſucceſſit filius Titus, cujus ſecundo imperii anno Linus Eccleſiæ Romanæ Epiſcopus, cum eam duodecim annis adminiſtraſſet, Anencleto regendam tradidit. Titus vero duobus annis imperii totidemque menſibus expletis Domitianum fratrem ſucceſſorem habuit, cujus anno quarto primus Alexandrinus Epiſcopus 22 annis exactis abiit e vita, cui ſecundus ordine ſucceſſit Avilius. Anno autem ejusdem Imperatoris duodecimo Anencletus exactis in Epiſcopatu annis duodecim ſucceſſo-

„rem

Titus Imp. Anencletus Papa cap. 13.

Domitianus Imp. Avilius Alex. Epiſc. cap. 14. Clemens Pap. cap. 15.

Clementis epiſtola cap. 16.

„rem reliquit Clementem, quem Paul
„jutorem ſuum vocat *Eph.* 4. cujus Cl
„extat epiſtola ab omnibus uno conſe
„cepta eximia ad Corinthiorum Ec
„ſcripta, cum apud eos gravis eſſet
„diſſenſio: hanc in plerisque Eccleſiis
„recitari comperimus.

Perſecutio ſub Domitiano cap. 17.

Joannis exilium & Apocalypſis cap. 18.

Flavia Domitilla.

Domitianus Chriſti propinquos perſequitur cap. 19.

cap. 20.

8. „At Domitianus cum jam multa
„litatis ſuæ ſpecimina edidiſſet, ad ext
„Neronianæ impietatis adverſus Deum
„ſorem ſeipſum profeſſus eſt, quippe
„cundus perſecutionem in nos concit
„qua Joannes Evangeliſta ob teſtimon
„vini verbi in inſulam Patmum tradit
„relegatus, ubi ſcripſit Apocalypſi
„S. Irenæo *l.* 5. *cont. hær. cap.* 30. Pe
„ipſis temporibus doctrina fidei noſtræ
„rebat, ut ſcriptores etiam a religion
„alieniſſimi & perſecutionem & marty
„ſtrorum monumentis ſuis tradere non
„rint, qui etiam tempus perſecutionis
„ſcribunt anno principatus Domitiani
„decimo Flaviam Domitillam Flavii C
„tis conſulis ex ſorore neptem cum al
„rimis ob confeſſionem Chriſti in inſula
„tiam fuiſſe deportatam. Cumque D
„nus a Davide ortos interfici juſſiſſet
„fama eſt, poſteros Judæ fratres ſec
„carnem Chriſti a quibusdam hæretici
„tos eſſe, uti teſtatur Hegeſippus, q
„rat, quod vilitatem eorum aſpernatu
„ros abire juſſerit, miſſoque edicto pe
„perſecutionem adverſus Eccleſiam

cuerit, illos vero Eccleſiis præfuiſſe utpote Chriſti Martyres & propinquos, & usque ad Trajani tempora vitam produxiſſe, quod etiam Tertullianus teſtatur *Apol. c.* 5. *tom.* 3. *Anal.* cum vero Nerva injuſte deportatos revocari decreviſſet, Joannes Apoſtolus inſulari exilio liberatus ſuum in urbe Epheſo domicilium poſtliminio recepit.

Nerva Imp.

9. „Poſt hæc defuncto Nerva, qui paulo plus quam anni ſpatio regnaverat, Trajanus imperium obtinuit, cujus anno imperii primo, cum Avilius, qui per 13 annos Alexandrinam rexit Eccleſiam mortuus eſſet, ei ſucceſſit Cerdo tertius Alex. Ep. Apud Antiochiam vero Ignatius ſecundus Epiſcopus florebat. Quo tempore etiam S. Joannes Evangeliſta Aſiæ Eccleſias gubernabat teſte S. Irenæo *l.* 2. *cont. hær. Anal. tom.* 2. *p.* 126. Clemens autem Alexandrinus in eo libro quem inſcripſit: quisnam dives ſalutem poſſit conſequi, ſimul & tempus deſignavit, & narrationem quandam adjunxit, „ quæ videri poteſt *Analyſ. tom.* 2. *pag.* 940.

Cerdo Alex. cap. 21. Trajanus Imp.

Ignatius Ant. Ep. cap. 22.

cap. 23.

10. „Jam vero Joannis Apoſtoli ſcripta recenſeamus, & primo quidem Evangelium ipſius ſine dubitatione ſuſcipiendum eſt, quod recte quarto loco poſt tria alia Evangelia „collocatum eſt, cum enim Matthæus, Marcus, & Lucas Evangelia ſua ſeorſim ſinguli „edidiſſent, approbaviſſe ea Joannes dicitur, „ſolam vero narrationem earum rerum, quas „Chriſtus circa initium prædicationis geſſerat,

Joannis ſcripta cap. 24.

„deſi-

„deſideraſſe, quas proinde Joannes in ſ
„Evangelium conjecit. Ab ipſa vero Cl
„divinitate ſumpſit exordium, quippe
„Spiritus S. ipſi tamquam præſtantiori fi
„reſervata. Porro inter Joannis ſcripta pr
„Evangelia prior quoque epiſtola tum a
„centioribus tum ab antiquis citra contro
„ſiam admittitur, reliquæ autem duæ in
„bium revocantur, de revelationis autei
„bro adhuc in utramque partem certa
„quæ controverſia vetuſtiorum teſtim
„competenti tempore diſceptabitur.

Libri canonici N. T. cap. 25.

11. „Cæterum opportunum videtur
„Teſtamenti libros hic ſummatim recen
„Primo collocanda eſt ſacra Evangelic
„quadriga, & dein de actis Apoſtolo
„Poſt hos numerandæ ſunt Pauli epiſt
„inde prior illa Joannis, ac ſimiliter Petri
„ſtola ſuſcipienda eſt: poſtremo adjung
„eſt, ſi ita videbitur, Joannis revelatio,
„qua quid veteres ſenſerint, ſuo loco e
„nemus. Ex iis vero, quæ in dubium
„cantur, a multis tamen commemorari v
„mus, eſt epiſtola Jacobi, Judæ, ſecu
„Petri, Joannis altera & tertia ſive ab E
„geliſta, ſive ab altero ejuſdem nominis c
„poſitæ ſint. Pro ſpuriis vero habendi
„actus Pauli, & liber Paſtoris, Revelatio
„tri, Barnabæ epiſtola, & Inſtitutiones A
„ſtolorum, ac ſi lubet revelatio S. Joan
„quam alii inter libros omnium conſenſu
„batos annumerant, & in eumdem ordi
„jam a quibusdam relatum eſt Evangel
„ſe

ecundum Hebræos, quo maxime delectan-
ur Hebræi, qui Chriſti fidem ſuſceperunt.
)enique libri ab hæreticis ſuppoſiti ſunt Pe-
ri, Thomæ, Matthiæ & quorundam alio-
um Evangelia, & actus Andreæ, Joannis,
liorumque Apoſtolorum.

12. „Simonis Magi ſucceſſor erat Menan- *De Me-*
ler, cujus hæreſes refert S. Irenæus l. 1. *nandro*
ontra Hæreſes (*Analyſ. tom.* 2. *pag.* 57.) & *cap.* 26.
S. Juſtinus Apol. 1. (*Analyſ. tom.* 1. *pag.* 361.)
Ebionæi Chriſtum nil aliud, quam hominem *Ebionæo-*
eſſe cenſebant: legis obſervantiam neceſſa- *rum hæ-*
riam ducebant: Epiſtolas Pauli prorſus reji- *reſis*
ciendas cenſebant, deſertorem legis illum *cap.* 27.
vocantes, ſolum Evangelium ſecundum He-
bræos amplectuntur, Sabbatum & Domini-
cam obſervabant. Eadem tempeſtate alte-
rius hæreſis auctor fuit Cerinthus, de quo *De Cerin-*
ſcribit Cajus & Dionyſius Epiſcopus Alexan- *tho*
drinus in ſecundo de promiſſionibus libro *cap.* 28.
vid. Anal. tom. 6. *pag.* 376. *n.* 2.) & S. Ire-
næus in primo adverſus hæreſes libro (*Anal.
tom.* 2. *pag.* 63.) & libro tertio (*Anal. tom.* 2.
pag. 166.) ſub idem tempus hæreſis Nicolai- *Nicolaitæ*
tarum breviſſimo tempore permanſit, qui *cap.* 29.
Nicolaum Diaconum ſectæ ſuæ auctorem ja-
ctabant, de quo Clemens Alexandrinus libro
tertio ſtromatum agit (*vid. Analyſ. tom.* 2.
pag. 720. *n.* 6.) qui etiam loco citato
Anal. tom. 2. *pag.* 732. *n.* 21.) enumerat
Apoſtolos, qui uxores habuerant, & libro *De Apo-*
ſeptimo narrat Petrum cum uxorem ſuam *ſtolis con-*
ſupplicium duci vidiſſet, gaudio exul- *jugatis*
„taſſe, *cap.* 30.

„taſſe, eique inclamaſſe: mulier mer
„Domini.

De Joannis & Philippi obitu cap. 31.

13. „Porro Joannis & Philippi obitu
„fert Polycrates Epiſcopus Epheſinus i
„ſtola ad Victorem Romanum Epiſcopum
„ait: Philippum Apoſtolum mortuum
„Hierapoli cum binis filiabus, quæ in v
„tate conſenuerant, altera quoque ejus
„quæ ſpiritualem quamdam vitam
„Epheſi ſepulta eſt, ſed & Joannes, q
„ſacerdos Dei laminam geſtans & Mar
„Doctor in urbe Epheſo conditus jacet.
„conſentit Proculus in dialogo Caji, &
„in actibus Apoſtolorum *cap.* 21.

De Martyrio Simeonis cap. 32.

14. „Poſt Neronis ac Domitiani pe
„tionem ſub Trajano particularem per
„las civitates populari motu adverſus n
„excitatam eſſe perſecutionem accepim
„qua teſte Hegeſippo Simeon Jeroſolym
„Epiſcopus Cleopæ filius accuſatus ab h
„cis, quod ex ſtirpe David & Chriſtian
„ſet, coram Attico Conſulari per multo
„acerbiſſime excruciatus, fidem Chriſti
„ſtantiſſime profeſſus, tandemque centu
„ginti annos natus cruci ſuffixus eſt.
„vero tunc perſecutio ſæviebat, ut ad pe
„Plinii præſidis Trajanus eam coerceri
„rit, uti narrat Tertullianus in Apolo
„(*Analyſ. tom.* 3. *pag.* 10. *n.* 6.)

Trajanus perſecutionem mitigat cap. 33.

Evariſtus Papa cap. 34.

15. „Porro ex Romanis Pontificibus
„mens anno Trajani tertio abiit e vita
„ſto ſacerdotium relinquens, cum nove

„tos annos prædicationem verbi divini procu-
„raſſet. Hieroſolymitani vero Epiſcopatus
„ſedem Juſtus quidam Judæus capeſſivit. Iiſ- *Juſtus Jeroſol. Epiſc. cap. 35.*
„dem temporibus florebat in Aſia Polycarpus,
„qui a familiaribus Domini Smirnenſis Eccle-
„ſiæ Epiſcopatum acceperat. Papias quoque
„Hieropolitanus Epiſcopus eadem ætate cele- *Polycarpus & Ignatius Ep. Ant. ejus epiſtolæ cap. 36.*
„bris fuit vir diſertus, & ſcripturarum peri-
„tus. Ignatius præterea ſecundus poſt Petrum
„Antiochenſem Eccleſiam ſortitus eſt. Hic
„ob fidem Chriſti e Syria ad urbem Romam
„perductus beſtiis objectus eſſe dicitur. Ita-
„que cum Smirnam veniſſet unam epiſtolam
„ſcripſit ad Eccleſiam Epheſiorum, in quo
„Oneſimi ipſorum paſtoris mentionem facit.
„Alteram dedit ad Eccleſiam Magneſiæ civi-
„tatis, in qua Damam Epiſcopum nominat.
„Aliam ad Eccleſiam Trallanorum, cujus an-
„tiſtitem memorat Polybium. Præter has eſt
„alia ejus epiſtola ad Eccleſiam urbis Romæ.
„Cumque Troadem veniſſet, inde ad Philip-
„penſes litteras dedit, & ad Smirnæorum Ec-
„cleſiam, privatimque ad Polycarpum eorum
„Epiſcopum. Hujus porro Ignatii martyrium
„& epiſtolas memorat Irenæus, & Polycarpus.

16. „Eadem tempeſtate floruit etiam Qua- *Quadratus cap. 37.*
„dratus & alii complures viguerunt inter Apo-
„ſtolorum ſucceſſores principem obtinentes lo-
„cum, quos cum ſingulos recenſere non poſ-
„ſimus eorum duntaxat nomina commemora-
„re ſtatuimus, quorum monumenta Apoſtoli-
„cam doctrinam continentia adhuc ſuperſunt:
„v. g. Ignatii, prima Clementis ad Corin-

De Clementis ſcriptis cap. 38. „thios epiſtola: interpretatio etiam S. Pauli „epiſtolæ ad Hebræos Clementi tribuitur. „Altera quoque Clementis epiſtola circumfer„tur, verum hanc non perinde receptam pro „certo habemus, quandoquidem vetuſtiores „ejus teſtimonio nequaquam uſos eſſe compe„rimus. Petri vero & Appionis diſputatio„nes ſinceram rectæ fidei notam non referunt.

De libris Papiæ cap. 39. „Papiæ vero quinque feruntur libri, quorum „titulus eſt: de interpretatione oraculorum „Dominicorum, quorum meminit Irenæus „*l.* 5. *cont. hær. pag.* 33. Et Papias quidem „Apoſtolorum dicta ab iis, qui cum Apoſtolis „verſati fuerant, ſe accepiſſe profitetur: ſcri„bit etiam mortuum ſua ætate ad vitam eſſe „revocatum: & Juſtum, qui Barſabas cogno„minatus eſt, cum lethale poculum ebibiſſet, „tamen Dei adjutum gratia nullum inde acce„piſſe incommodum. Idem Papias mille an„norum ſpatium poſt corporum reſurrectionem „fore dixit, quo regnum Chriſti corporaliter „ſtet in orbe terrarum, quæ quidem ita opi„natus eſſe videtur Papias ex male intellectis „Apoſtolorum narrationibus, fuit enim me„diocri admodum ingenio præditus, ut ex „ſcriptis illius conjicere licet; plerisque ta„men poſt ipſum Eccleſiaſticis ſcriptoribus, „ejusdem erroris occaſionem præbuit, puta „Irenæo & aliis. Idem Papias narrat, Marcum „Petri interpretem quæcunque memoriæ man„daverat perſcripſiſſe, non tamen ordine per„texuiſſe, quæ a Domino dicta aut geſta fue„rant. De Matthæo vero ſic habet: Mat„thæus quidem Hebraico ſermone divina ſcri-

„pſit

„pſit oracula, interpretatus eſt autem unus-„quisque illa prout potuit. Porro idem Pa-„pias teſtimoniis ex priore Joannis epiſtola, & „priore Petri deſumptis utitur, & exponit hi-„ſtoriam de muliere, quæ multorum crimi-„num coram Domino accuſata eſt, quæ in „Evangelio ſecundum Hebræos ſcripta habe-„tur.

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBER IV.

1. „Circa duodecimum annum Trajani quar-„tus ab Apoſtolis miniſterium Ale-„xandrinæ Eccleſiæ ſortitus eſt Primus. Eo-„dem tempore cum Evareſtus annos octo in „Pontificatu exegiſſet Romæ Pontificatum ſu-„ſcepit Alexander. Cum vero Trajanus an-„num imperii decimum octavum attigiſſet, „rurſus Judæorum tumultus exortus maxi-„mam gentis illius multitudinem extinxit, „qui cum Alexandriæ ſub Lupo Præfecto „Ægypti contra gentiles inſurgerent, Impera-„tor Marcium Tarbonem adverſus illos miſit, „qui infinita Judæorum millia, qui partim ex „Cyrenaica provincia, partim ex Ægypto Lu-„cuæ regi ipſorum opem laturi confluxerant, „neci dedit.

Primus Ep. Alex.

Alexander Papa cap. 1.

Judæorum cædes cap. 2.

2. „Cum Trajanus per viginti annos dem-„tis ſex menſibus principatum tenuiſſet, Ælius „Hadrianus ſuſcepit imperium. Huic Qua-„dratus obtulit orationem, quam pro defen-„ſione religionis noſtræ idcirco conſcripſerat, „quod quidam malevoli homines vexare no-

Quadrati Apologia cap. 3.

Hadrianus Imp.

„ſtros conabantur. Extat hodieque hæc ora-
„tio, ex qua & ingenium hujus viri, & rectam
„Apoſtolicæ fidei doctrinam perſpicue licet
„cognoſcere. Ariſtides quoque vir fidelis Apo-
„logeticum pro fide noſtra Hadriano Cæſari
„nuncupatum reliquit, qui quidem liber
„etiamnum ſervatur a plurimis. Anno autem
Xyſtus Papa. „principatus Hadriani tertio Alexander Ro-
„manus Epiſcopus fato functus eſt, cui ſuc-
„ceſſit Xyſtus. Item mortuo Primo anno Epi-
Juſtus Alex. Epiſc. cap. 4. „ſcopatus ſui duodecimo, Alexandrinæ Ec-
„cleſiæ ſacerdotium ſuſcepit Juſtus. Eorum
„autem Epiſcoporum tempora, qui Jeroſoly-
Epiſcopi Jeroſolymitani cap. 5. „mis præfuerunt nusquam reperire potui;
„omnes quippe brevi tempore ſediſſe perhi-
„bentur: illud tantum ex veterum monumen-
„tis didici, usque ad obſeſſionem Judæorum
„ſub Hadriano, quindecim Epiſcopos illi Ec-
„cleſiæ præfuiſſe, quos omnes Hebræos fuiſſe
„memorant, & fidem Chriſti ſincere ſuſcepiſ-
„ſe. Quippe tunc temporis univerſa Jeroſoly-
„morum Eccleſia conflata erat ex Hebræorum
„fidelibus. Proinde omnes Epiſcopos a pri-
„mo usque ad ultimum ordine ſuo recenſere
„neceſſarium puto. Primus igitur fuit Jaco-
„bus frater Domini. Secundus Simeon. Ter-
„tius Juſtus. Quartus Zachæus. Quintus To-
„bias. Sextus Benjamin. Septimus Joannes.
„Octavus Matthias. Nonus Philippus. Deci-
„mus Seneca. Undecimus Juſtus. Duodeci-
„mus Levi. Tertius decimus Ephres. Deci-
„mus quartus Joſeph. Decimus quintus Ju-
Teleſphorus Papa. „das. Porro annum imperii duodecimum
„agente Hadriano cum Xyſtus Epiſcopatum
„Ro-

„Romæ decem annis obtinuiſſet, Septimus ab „Apoſtolis Teleſphorus in ejus locum ſucceſ„ſit: anno deinde & menſibus aliquot interje„ctis Eumenes Alexandrinæ Eccleſiæ admini„ſtrationem ſextus ordine ſuſcepit, cum de„ceſſor ipſius annos undecim præfuiſſet. *Eumenes Alex. cap. 5.*

3. „Cæterum cum defectio Judæorum ma„gis iterum creſceret, Rufus legatus Judææ „auxiliis ſibi ab Imperatore ſubmiſſis eos acer„biſſime ultus eſt, cæſa innumerabili homi„num multitudine, agroque illorum in populi „Romani ditionem redacto. Erat tunc Ju„dæorum ductor Barchochebas quidam, quod „nomen ſtellam ſignificat. Anno vero octavo „decimo imperii Hadriani, cum totius belli „vis circa Betthera urbem munitiſſimam non „procul Hieroſolymis ſitam exarſiſſet, & re„belles fame ac ſiti oppreſſi eſſent, ipſeque ſe„ditionis auctor debitas pœnas dediſſet, uni„verſa Judæorum gens in regionem circum „Hieroſolymam ſitam pedem inferre ab Ha„driano prohibita eſt, adeo ut ne a longinquo „patrium ſolum proſpicere ipſis liceret, ut „ſcribit Ariſto Pellæus. Sic urbs colonia Ro„manorum effecta in honorem Ælii Hadriani „Imp. Ælia nuncupata eſt: & cum Eccleſia „ejusdem loci ex gentibus coaluiſſet primus „poſt Epiſcopos ex circumciſione ſacerdotium „illius civitatis ſuſcepit Marcus. *Poſtrema Judæorum expugnatio cap. 6.* *Marcus Ep. Jer.*

4. „Porro hoc tempore ex Menandro hæ„retico Saturninus domo Antiochenus, & Ba„ſilides Alexandrinus prodiit, quorum impiam *Saturninus. Baſilides.*

Carpocrates hæret. cap. 7. „doctrinam declarat Irenæus (*Anal. tom.* 2. „*pag.* 58.) & pervenit ad nos Agrippæ Caſtoris validiſſima adverſus Baſilidem confutatio. „Sed & Carpocratem quemdam iisdem vixiſſe „temporibus ſcribit Irenæus (*Anal. tom.* 2. „*pag.* 61.) Gnoſticorum ſectæ conditorem. „Ceterum etiam tunc veritas plures ſui patronos in medium produxit, qui non ſolum viva voce, ſed etiam ſcriptis diſputationibus „adverſus impias hæreſes decertarunt: inter *Hegeſippus cap.* 8. „quos celebris fuit Hegeſippus, qui in quinque libris ſimplici admodum ſermone conſcriptis veriſſimam Apoſtolicæ prædicationis „hiſtoriam ſub Hadriano Imp. complexus eſt. „Eodem tempore Juſtinus veræ Philoſophiæ „amator ſinceriſſimus adhuc gentilium Philoſophorum ſcriptis adhæreſcebat, qui etiam *cap.* 9. „Apologia prima refert Hadriani epiſtolam, „in qua prohibuit Chriſtianos indicta cauſa „occidere, quam etiam Euſebius hic recenſet. „(*vid. Anal. tom.* 1. *pag.* 381.)

Antoninus Pius Imp. cap. 10. 5. „Ceterum Hadriano vita perfuncto cum „unum & viginti annos imperaſſet, Antoninus „cognomento pius adminiſtrationem imperii „ſuſcepit. Hujus anno primo cum Teleſpho- *Hyginus Papa.* „rus migraſſet e vita anno ſui Epiſcopatus „undecimo, Pontificatum Romanæ urbis ſortitus eſt Hyginus. Porro Teleſphorum ſcribit Irenæus illuſtri martyrio vitam finiiſſe, „qui etiam *l.* 3. *cont. hær. cap.* 3. docet Hygini *Valentinus. Cerdo.* „temporibus Valentinum propriæ ſectæ conditorem, & Cerdonem erroris Marcionitarum „auctorem Romæ ambos floruiſſe. In primo „autem

autem libro contr. hær. Cerdonis & Marcionis hæreſes refert. Alium præterea quemdam nomine Marcum eodem tempore extitiſſe ſcribit magicarum præſtigiarum peritiſſimum *l.* 1. *contr. hær. cap.* 13. (*Anal. tom.* 2. *pag.* 35.) ſed Hygino poſt quartum Epiſcopatus annum mortuo Romanæ Eccleſiæ ſacerdotium ſuſcepit Pius: Alexandriæ vero cum Eumenes tredecim annos expleſſet, Marcus in eum locum antiſtes deſignatus eſt; cui deinde poſt annos decem mortuo Celadion ſucceſſit. At Romæ cum Pius anno ,Epiſcopatus decimo quinto vitam cum morte ,commutaſſet Anicetus ei ſucceſſit. Cujus ,temporibus ſe in urbem Romam veniſſe ibi,demque ad Eleutherium usque Pontificem ,continuo permanſiſſe Hegeſippus ſcribit.

Marcus hæretici cap. 11.

Pius Papa.

Marcus Ep. Alex.

Celadion Ep. Alex.

Anicetus Papa.

6. „Eadem tempeſtate præ cæteris omnibus florebat Juſtinus ſub habitu Philoſophi verbum Dei prædicans, & ſcriptis voluminibus pro fide noſtra propugnans. Idem autem Juſtinus præter opuſcula quæ adverſus gentiles doctiſſime elaboravit, alios etiam libros, qui fidei noſtræ defenſionem continent, Imperatori Antonino Pio & Senatui Romano nuncupavit; ipſe enim in urbe Roma domicilium habebat. Ceterum in Apologetico primo ipſe de ſe quisnam eſſet & unde oriundus declarat. (*Anal. tom.* 1. *pag.* 345.) Interpellatus quoque idem Imperator ab aliis fratribus in Aſia commorantibus ad commune Aſiæ conſtitutionem miſit, in qua prohibuit cuiquam negotium faceſſere ex

S. Juſtini ſcripta.

cap. 12.

cap. 13.

„eò, quod Chriſtianus ſit, & ut delator pœ-
„nas luat.

S. Poly-carpi au-ctoritas & epiſt. cap. 14.

7. „Eadem tempeſtate Polycarpum Ro-
„mam veniſſe ob quæſtionem, quæ de Paſcha
„inciderat ſub Aniceto Romano Pontifice &
„cum eo colloquium habuiſſe tradit Irenæus,
„qui etiam aliam de Polycarpo rem narrat,
„quomodo Marcionem execratus fuerit, uti
„videri poteſt (*Anal. tom.* 2. *pag.* 165. *n.* 8.)
„ubi etiam epiſtolæ Polycarpi ad Philippenſes
„meminit, in qua utitur quibusdam teſtimo-
„niis ex priore Petri epiſtola deſumptis. In-
„terim Antonino Pio poſt ſecundum ac viceſi-
„mum imperii annum mortuo M. Aurelius
„Verus, qui etiam Antoninus dictus eſt, ejus
„filius cum Lucio fratre ſucceſſit, qua tempe-
„ſtate cum graviſſimi perſecutionum motus
„Aſiam concuſſiſſent, Polycarpus vitam mar-
„tyrio terminavit. Eſt autem epiſtola Eccle-
„ſiæ Smyrnenſis nomine ad Eccleſias Ponti
„ſcripta, quæcunque Polycarpo acciderant,
„exponens, quam Euſebius hic refert, & in
„qua narratur inprimis martyrium Germanici
„a beſtia occiſi. Deinde quomodo S. Polycar-
„pus igni traditus fuerit. Denique quod ce-
„leberrimus Pionius eloquentia pro religione
„Chriſtiana præcipuus, glorioſam in rogo
„mortem obierit, Carpus vero Papulus &
„mulier quædam Agathonica poſt multas fidei
„confeſſiones glorioſo exitu in urbe Aſiæ Per-
„gamo conſummati ſint.

Aurelius Imp.

S. Poly-carpi marty-rium cap. 15.

8. „Iis-

8. „Iisdem temporibus Juſtinus cum alte- *S. Juſtini*
rum librum pro fidei defenſione Imperatori- *marty-*
bus obtuliſſet, ſacro martyrio exornatus eſt, *rium*
fraude Creſcentis Philoſophi Cynici, quem *cap.* 16.
cum ille diſputans audientibus plurimis con-
viciſſet, tandem veritatis præmium marty-
rio conſecutus eſt, uti ipſe in Apologia ſua
ſecunda (*Anal. tom.* 1. *pag.* 385.) prædixit.
‚Idem porro Juſtinus aliorum quoque Marty- *Martyres*
‚rum in priori Apologetico mentionem facit. *a S. Ju-*
‚(*Anal. tom.* 1. *pag.* 383.) qui etiam plurima *ſtino re-*
‚ingenii ſui monumenta nobis reliquit, inter *lati*
‚quæ primum locum obtinet oratio ad Anto- *cap.* 17.
„ninum Pium pro religione noſtra conſcripta. *S. Juſtini*
„Altera vero Antonino vero nuncupata eſt. *libri*
„Eſt & alius liber adverſus gentiles. Alius *cap.* 18.
„præterea adverſus gentiles, quem confuta-
„tionem inſcripſit. Item alius de Monarchia
‚Dei. Item alius, cui titulum fecit Pſaltes.
‚Alius item excerptorum liber de anima.
‚Compoſuit etiam dialogum cum Tryphone
adverſus Judæos. Extant & alia complura
ejusdem opuſcula penes multos fidei noſtræ
cultores. Tanti porro æſtimati ſunt etiam
a veteribus illius libri, ut Irenæus ejus teſti-
moniis interdum utatur.

9. „Porro ſupradicto Imperatore jam octa- *Soter*
‚vum principatus annum agente cum Anice- *Papa*
‚tus Eccleſiæ Romanæ undecim annis præ- *cap.* 19.
‚fuiſſet, Soter in ejus locum ſucceſſit. Apud
‚Alexandriam quoque cum Celadion per an-
‚nos quatuordecim Eccleſiæ præfuiſſet, Agrip- *Agrippi-*
‚pinus ſedem ejus obtinuit. Antiochenæ vero *nus Alex.*
Ep.

Hero. „Eccleſiæ Epiſcopatum ſextus ab Apoſ
Eròs. „Theophilus gubernabat. Quippe Corn
Theophilus Ep. Antioch. „Heronis ſucceſſor quartus quem excip
„Eros quinto ab Apoſtolis loco eamdem
cap. 20. „cleſiam rexit. Iisdem temporibus in E
Scriptores „ſia floruit Hegeſippus: Dionyſius Corin
Eccleſ. „rum Epiſcopus: Pynitus Cretenſium Ep
cap. 21. „pus: Philippus, Apollinaris, ac Me
„Muſanus etiam & Modeſtus ac poſtremo
„næus: quorum omnium libri ſinceram
„ſtolicæ traditionis doctrinam continente
„nos pervenerunt.

Dionyſii Corinthii Epiſtolæ 10. „Hegeſippus in quinque comment
cap. 22. „rum libris luculentiſſima fidei ſua teſtim
„nobis reliquit. Dionyſius vero Corinthic
„Epiſcopus omnium commodis inſervivi
„Catholicis illis, quas ad diverſas Eccl
cap. 23. „ſcripſit, epiſtolis, ex quibus una eſt ad
„cedæmonios rectæ fidei inſtitutionem co
„nens: altera ad Athenienſes excitans
„fidem Publio eorum Epiſcopo martyrio
„lato, ubi etiam Quadrati & Dionyſii A
„pagitæ Epiſcoporum Athenienſium mem
„Alia ejus epiſtola extat ad Nicomedienſes
„qua Marcionis hæreſin impugnat. Eccl
„præterea Gortynenſium & reliquis Cretæ
„bens ipſorum Epiſcopum Philippum ma
„pere prædicat: in epiſtola vero ad Eccleſ
„Amaſtrianorum & Ponti, in qua ipſo
„Epiſcopum Palmam nominans S. S. Scri
„rarum expoſitionem affert, & multa de
„tiis & caſtitate præcipit. In eodem volu
„ne continetur etiam epiſtola ad Gnoſſios

„

ua Pynitum Epiſcopum monet, ne onus aſtitatis velut neceſſarium fratribus impoat, cui Pynitus docte reſpondit, & ſolidioem cibum pro ſua plebe depoſcit. Extat tiam Dionyſii Epiſtola ad Romanos Soteri Rom. Pontifici nuncupata, in qua Clementis piſtolam ad Corinthios memorat, & ſuas piſtolas a falſariis corruptas eſſe monet. Denique habetur epiſtola ejus ad Chryſophoam ſororem, cui ſpiritale pabulum ſuggeit.

Theophili Ant. ſcripta cap. 24.

11. „Theophili vero Antiocheni Epiſcopi tres ſuperſunt ad Autolicum libri inſtitutioem fidei continentes. Alius etiam extat iber, quem contra Hermogenis hæreſin inripſit, in quo teſtimoniis utitur ex revelaione Joannis deſumptis. Extant & alii ejusdem libri, in quibus elementa fidei noſtræ raduntur: Item liber contra Marcionem. Huic porro Theophilo in Epiſcopatu Antiochenſi ſucceſſit Maximinus. Sed & Philippus Gortinenſis Epiſcopus luculentiſſimum ibrum adverſus Marcionem compoſuit; Irenæus quin etiam & Modeſtus, verum hic præ cæteris errores illius detegens omnibus ſpectandos exhibuit. Scripſerunt etiam alii complures, quorum libri apud plurimos adhuc ſtudioſe ſervantur.

Maximinus Antioch. Ep.

De Philippo & Modeſto cap. 25.

Melitonis libri cap. 26.

12. „Iisdem temporibus Melito Sardianus, & Apollinaris Hierapolitanus Epiſcopi ſumma laude viguerunt, quorum uterque orationes pro fidei noſtræ defenſione ſcriptas memorato Imperatori ſeorſim nuncupavit.

„Præ-

„Præterea libri Melitonis ſunt ſequentes:
„Paſcha libri duo. De recta vivendi ra
„& de Prophetis liber unus. Alius ite
„Eccleſia, alius de die Dominico. De
„ra hominis liber unus: alius de formati
„alius de obedientia ſenſuum fidei. Præ
„liber de anima, & corpore, & mente.
„ber de Lavacro. Liber de veritate. l
„de conditu & generatione Chriſti. Item
„de Prophetia: alius de hoſpitalitate:
„quoque qui Clavis inſcribitur. Adhu
„diabolo & Revelatione Joannis. Poſtr
„omnium eſt libellus ad Imperatorem A
„ninum. Denique in excerptis ſuis univ
Canon V. T. „veteris Teſtamenti libros omnium con
„receptos ſtatim in principio ita rece
„Moyſis libri quinque, Geneſis, Exo
„Leviticus, Numeri, Deuteronomium,
„Nave, Judices, Ruth, Regnorum libri
„tuor, Paralipomenon duo, Pſalmi Dav
„Salomonis proverbia, quæ & Sapientia,
„cleſiaſtes, Canticum Canticorum, Job,
„phetarum Eſaiæ, Hieremiæ, & duod
„Prophetarum liber unus, Daniel, Ezec
„Eſdras. Ex his excerpta collegi, qu
„ſex libros a me diſtributa ſunt.

Apollinaris ſcripta cap. 27. 13. „Apollinaris vero licet penes m
„multa extent opera, hæc tamen ſola ad
„pervenerunt. Oratio ad ſupradictum I
„ratorem. Adverſus gentiles libri quin
„De Veritate duo. Duo iterum adverſu
„dæos, & alii quos ſcripſit contra Catap
„gum hæreſin, quæ tunc temporis enaſci

'at, Montano cum falſis vatibus ſuis ad-
: erroris ſui fundamenta jaciente. Sed &
ıſani elegantiſſimus extat liber ad quos-
n fratres, qui ad Encratitarum hæreſin
ſciverant, cujus ſectæ auctorem fuiſſe
·hibent Tatianum diſcipulum S. Juſtini, uti
:et Irenæus primo contra hæreſes libro
'*nal. tom.* 2. *pag.* 66.) Cæterum Tatianus
.enam & collectionem neſcio quam Evan-
iorum contexuit, quam Diadeſſaron, hoc
, Evangelium ex quatuor Evangeliis com-
ïtum nominavit. Ajunt etiam nonnulli,
'um illum eſſe, dicta Pauli Apoſtoli ele-
ıtioribus verbis exprimere, utpote qui
npoſitionem verborum illius corrigere ſtu-
'et. Maximum certe librorum numerum
eo relictum eſſe conſtat: ex quibus præ-
ue multorum teſtimonio laudatur inſignis
adverſus gentiles liber, in quo repetitis
ɔris ævi temporibus, Moyſen & cæteros
bræorum Prophetas omnibus, qui apud
æcos celeberrimi extiterunt, vetuſtiores
ſe convincit. Qui quidem liber omnium
ɔs ſcripſit elegantiſſimus ſimul atque uti-
.mus videtur.

Muſani ſcripta cap. 28.

Tatiani ſcripta & hæreſis cap. 29.

4. „Cum vero hæreſes plurimæ eſſent in
ſopotamia, Bardeſanes quidam vir diſer-
imus Syriaco ſermone adverſus Marcio-
n, aliosque patria lingua dialogos con-
ipſit, una cum infinitis aliis opuſculis,
ɔs diſcipuli illius ex Syriaco ſermone in
æcum tranſtulerunt. In his eſt dialogus
fato ad Antoninum ſcriptus ſane luculen-
„tiſſi-

Bardeſanis ſcripta.

Petrus Alex. Ep. „Alexandriæ ſortitus eſt Petrus, qui
„Epiſcopatus duodecimo, perſecutionis

ite truncatus coronam martyrii prome-
:. Verum poſt 305 annos hiſtoriam Epi-
ɔorum ſucceſſionis hic terminantes, cer-
ıina pro religione pugnantium ad poſtero-
ı memoriam litteris mandare aggredia-
r.

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBER VIII.

Qualem gloriam & libertatem Chriſtia- *Diocletia-*
„na doctrina apud omnes Græcos & *ni perſe-*
baros ante perſecutionem memoria noſtra *cutio*
itatam conſecuta ſit, pro merito explica- *cap. 1.*
ıon poſſumus. Argumento eſſe poſſit Im-
ıtorum erga noſtros benignitas, quibus
endas etiam provincias committebant, in
ıtiis ſuis fovebant, ſummum honorem
ſcopis deferebant, Eccleſias extruere per-
tebant. Sed cum nimia libertate in deſi-
n prolapſi eſſemus, divina ultio levi bra-
integro adhuc Eccleſiæ ſtatu fidelium
is libere convenientibus moderate in nos
it animadvertere orſa primum perſecu-
e ab iis qui militabant. Cum vero de
ando Dei Numine ne cogitaremus qui-
, tunc demum obſcuravit Dominus in
ua filiam Sion *Thren.* 2. tunc ædes ſacras *cap. 2.*
æquari, ſacros divinarum ſcripturarum
ıs in medio foro concremari vidimus, &
.eſiarum Paſtores inimicorum ludibrio
ıſitos conſpeximus. Igitur nonus deci-
agebatur annus Imperii Diocletiani,
menſe Dyſtro, quem Romani Martium
„vo-

„vocant, appetente die feſto Dominicæ p:
„ſionis propoſita ſunt ubique imperialia e
„cta, quibus Eccleſiæ quidem dirui, ſacri
„ro codices flammis abſumi jubebantur,
„que honorati infamia notarentur, plel
„vero libertate ſpoliarentur, ſi in Chriſtia
„fidei propoſito permanſiſſent. Sed non n
„to poſt aliæ litteræ ſupervenerunt, qui
„mandabatur, ut omnes ubique Eccleſiai
„Antiſtites primum quidem conjicerentu
„vincula, deinde vero diis ſacrificare on
cap. 3. „bus modis cogerentur. Tum vero quam
„rimi Eccleſiarum rectores graviſſima ſuppl
„alacri animo perpeſſi illuſtrium certamii
cap. 4. „ſpectacula exhibuerunt. Quippe tunc ce
„re erat quamplurimos, qui abjecta mi
„privatam vitam amplecti maluerunt, q
„ſupremi omnium rerum opificis cultum
„negare. Poſtquam enim Romani exerc
„neſcio quis Chriſtianos milites recenſere
„piſſet, & Imperatoris juſſis obtempera
„honoris ſui gradum, ſin minus amiſſio
„honoris militiæ minaretur, complures no
„nis Chriſti confeſſionem ſæculari gloriæ p
„tulerunt, & pauci etiam vitam amittere
„ſtinuerunt.

Martyres Nicomediæ
2. „Verum ubi apertius ad bellum h
„ſe accinxit, ac edictum contra Eccleſias
cap. 5. „poſitum eſt Nicomediæ, vir quidam min
Joannes Mart. „obſcurus (*Joannes*) zelo divino commo
„edictum illud detraxit ac diſcerpſit, ac
Dorotheus „inde primus in ea civitate ſupplicia eſt
cap. 6. „peſſus. Eadem tempeſtate Dorotheus &

„l

„liqui cubicularii pueri diverſa mortis genera
„perpeſſi ſunt. Inter quos Petrus nudato cor- *Petrus M.*
„pore ſublimis elatus verberibus conciſus, &
„oſſibus denudatis ſale & aceto perfuſus, ac
„igne in craticula aſſatus animam exhalavit:
„Dorotheus vero & Gorgonius cum aliis plu-
„ribus in palatio miniſtrantibus eliſis laqueo
„faucibus divinæ victoriæ præmium adepti
„ſunt. Tunc etiam Anthimus Nicomedienſis *Anthimus*
„Epiſcopus capite truncatus eſt. Huic ad- *& alii*
„juncta eſt ingens Martyrum multitudo de in- *M. M.*
„cendio palatii falſo accuſata, quorum alii
„gladio, flammis alii conſumti periere, alii
„in mare ſunt projecti. Cum vero aliud edi-
„ctum priora ſubſecutum fuiſſet, vix iniri po-
„teſt numerus omnium, qui deinceps in ſin-
„gulis provinciis paſſi ſunt Martyrum, ac præ-
„ſertim eorum, qui per Africam & Maurita-
„niam, per Thebaidem & Ægyptum ſunt in-
„terfecti. Inter quos quatuor adoleſcentes *cap. 7.*
„tauro objecti illæſi ſervati gladio confoſſi ſe-
„pulchri loco marinis gurgitibus commendati
„ſunt.

3. „Sed & illos Ægyptios merito quis ad- *Martyres*
„miretur, qui prope innumerabiles cum uxo- *Ægyptii*
„ribus & liberis pro Servatoris noſtri doctrina *cap. 8.*
„varia mortis genera ſuſtinuerunt. Verum
„omnem dicendi copiam ſuperant cruciatus
„illi, quos apud Thebaidem Martyres pertu- *Martyres*
„lerunt. . . . In quibus maximam præ cunctis *Thebaidis*
„laudem merentur, qui opibus & nobilitate *cap. 9.*
„pollentes, & ob eloquentiam ac Philoſophiæ *Alexan-*
„ſtudium, non mediocrem gloriam conſecuti, *drini M.*

 „fidem *cap. 10.*

„fidem tamen Chriſti his omnibus præpoſue-„runt: hujusmodi fuit Philoromus Procurator „Alexandrinus: hujusmodi etiam fuit Phileas „Eccleſiæ Thmuitarum Epiſcopus, qui cum „cognati & amici eos rogarent, & Judex ipſe „eos cohortaretur, ut ſui misereri, & uxori-„bus ac liberis ſuis conſulere vellent num-„quam adduci potuerunt, ut Chriſtum nega-„rent, ſed virili animo perſtantes ſecuri per-„cuſſi ſunt, uti de Martyribus Alexandrinis „narrat Phileas in ſua ad Thmuitas epiſtola.

Martyres in Phrygia cap. 11.

4. „Præterea urbem quamdam Chriſtia-„norum in Phrygia milites armati obſidione „cinxerunt, injectoque igne totam una cum „viris & mulieribus ac parvulis Chriſtum in-„vocantibus concremarunt. Quidam etiam „Adauctus nomine, dum adhuc rationalis of-„ficium adminiſtraret pro vera pietate decer-„tans martyrii corona exornatus eſt. Sed „quid opus eſt reliquos nominatim commemo-„rare, aut varias tormentorum ſpecies depin-„gere? Quippe cum admirandi Martyres par-„tim ſecuribus cæſi ſint, ut in Arabia, par-„tim confractis cruribus interierint, ut in „Cappadocia & ſic de cæteris. Quae calami-„tates non prius finem acceperunt, quam ju-„dices cædibus feſſi ab Imperatoribus oculos „noſtris erui, & alterum ex cruribus debili-„tari, & ad æris metalla non tam operis fa-„ciendi quam vexationis cauſa condemnaban-„tur.

cap. 12.

5. „Ex

5. „Ex Præſidibus autem Eccleſiarum, „qui martyrium in celeberrimis urbibus perpeſſi ſunt primus nominetur Anthimus Nicomedienſis Epiſcopus capite truncatus. Lucianus Antiochenus Presbyter. Tyrannio „Eccleſiæ Tyriorum Epiſcopus in mare demerſus: Zenobius Presbyter apud Sidonem „ungulis excarnificatus: Silvanus Gazæ Epiſcopus capite truncatus: Peleus ac Nilus ſacerdotes flammis abſumpti: Pamphilus Cæſarienſis Presbyter: Petrus Alexandrinus „Epiſcopus: Fauſtus, Dius, & Ammonius „Presbyteri. Præterea Phileas, Heſychius, „Pachumius ac Theodorus diverſarum in „Ægypto Eccleſiarum Epiſcopi, ſexcenti denique alii qui per Eccleſias multis laudibus „celebrantur. *Martyres diverſi cap. 13.*

6. „Nunc palinodiam eorum, quæ contra „nos geſta ſunt, ſupradictis adjungam. Igitur antequam bellum nobis indictum eſſet, „quamdiu Imperatores benevolo erga nos animo fuerunt, magna copia bonorum abundavit Imperium Romanum: cum vero bellum „nobis inexpiabile intuliſſent, primus Imperator in difficilem morbum incidit, cujus vi „de mentis ſuæ ſtatu dimotus, una cum eo „ſecundus Imperator ad privatam vitam ſe „contulit, & mox Imperium Romanum in „duas partes diviſum eſt. Paulo poſt Imperator Conſtantius erga fidem noſtram benevolus Conſtantinum filium ſuum Imperatorem „relinquens fatali morte defunctus eſt. Hujus igitur Filius Conſtantinus Imp. paternæ *Imperator Conſtantinus.*

 „erga

„erga fidem noſtram pietatis æmulatorem ſe „præſtitit. Poſt hæc Licinius Imperator & „Auguſtus declaratus eſt. Quod quidem Ma„ximinus ægre tulit, qui hactenus Cæſar fue„rat appellatus, qui præ cæteris tyrannico „ingenio præditus Auguſtus a ſemetipſo re„nuntiatus eſt. Sub id tempus Maximianus „aſſumpta iterum purpura, cum adverſus „Conſtantinum inſidias moliri deprehenſus eſ„ſet, fœdiſſimo mortis genere interiit. Hu-
cap. 14. „jus filius Maxentius, qui Romæ tyrannidem „arripuit, ſimulata in principio pietatis ſpe„cie, poſtea ad omnia ſcelera abreptus eſt: in
cap. 15. „oriente vero Maximinus inito clam cum Ma„xentio fœdere tandem vero deprehenſus de-
cap. 16. „bitas pœnas perſolvit. „ Prout ex libro La-
& 17. ctantii de mortibus Perſecutorum *Anal. tom.* 7. *a pag.* 601. *ſqq.* fuſius refertur, quæ hic Euſebius repetit.

LIBER DE MARTYRIBUS PALÆSTINÆ.

De Procopio, Alphæo, & Zachæo Mart. cap. 1.

7. „Ex Palæſtinæ Martyribus primum Pro„copius ſacrificare quatuor Imperato„ribus nolens illico capite truncatur die octa„vo menſis Deſii, id eſt ante diem ſeptimum „idus Junias quarta feria hebdomadis. Poſt „hunc in eadem urbe Cæſarea Palæſtinæ, „quam plurimi Eccleſiarum illius provinciæ „Antiſtites graviſſima ſupplicia perpeſſi ſunt. „Ex iſtis vero, qui tot numero erant, ſoli „Alpheus & Zachæus martyrii coronam adepti „ſunt, qui poſt omnis generis tormenta fla-

„gel-

„gella, ungulas abſciſſis capitibus interierunt „die XII menſis Dii ſeu ante diem XV Cal. „Decembris.

8. „Eodem die Romanus cum innumera„biles in templis ſacrificare vidiſſet, eos pub„lice objurgare cæpit: quare poſt linguæ ab„ſciſſionem in nervo jacens, fractis laqueo „faucibus martyrio exornatus eſt primo perſe„cutionis anno. Secundo anno ſub præſide „Urbano Timotheus apud Gazam Palæſtinæ „lento igne conſumtus eſt: Agapius quoque & „Thecla damnati ſunt ad beſtias. Poſt hæc „ſex adoleſcentes Timolaus, Dionyſius, Ro„mulus, Pauſis, Alexander, & alter Alexan„der in urbe Cæſarea præciſis capitibus inter„ierunt die 24 menſis Dyſtri, ſeu ante diem „nonum Cal. April. Præterea Apphianus ibi „poſt varia tormenta in profundum mare de„merſus eſt die ſecundo menſis Xanthici, ſeu „ante diem quartum nonas April. feria ſexta. „Per idem tempus in urbe Tyro adoleſcens „quidam Ulpianus nomine una cum cane & „aſpide culeo inſutus in mare præcipitatus eſt. „Aliquanto poſt tempore Ædeſius Apphiani „frater apud Alexandriam in mare præcipita„tus eodem quo frater mortis genere interiit.

Romanus Mart. cap. 2.
Timotheus, Agapius, Thecla M. M. cap. 3.
Apphianus cap. 4.
Ulpianus, Ædeſius M. M. cap. 5.

9. „Anno autem quarto perſecutionis die 20 menſis dii, quod eſt ante diem 12 Cal. Dec. „apud urbem Cæſaream Agapius jam ante ad „beſtias damnatus beſtiæ objectus, poſt ejus „laniatus adhuc ſpirans in carcerem reporta„tus ſequenti die appenſis ad pedes lapidibus

Agapius cap. 6.

„medio mari ſubmerſus eſt. Cum vero quin„tus perſecutionis annus volveretur die ſecun„do menſis Xanthici, ſeu ante diem quartum „nonas Aprilis ipſo Dominicæ reſurrectionis „die apud Cæſaream Theodoſia virgo varie „torta marinis fluctibus mergi a Præſide jube„tur, reliquos vero Chriſti confeſſores ad æris „metalla pedum juncturis candente ferro de„bilitatis damnavit. Eodem tempore Domni„num vivum comburi præcepit, Auxentium „vero beſtiis objecit.

Theodoſia cap. 7. *Domninus. Auxentius.*

10. „Cum porro in ſextum usque annum „perſecutio deſæviret, ex confeſſoribus qui „apud Thebaidem verſabantur, centum viri „una cum mulieribus & parvulis ad præſidem „Palæſtinæ miſſi, dextro oculo effoſſo & ſini„ſtro poplite ſucciſo ad metalla fodienda dam„nati ſunt. Valentina vero cum ſorore ſua „flammis abſumta eſt. Item Paulus capite „truncatus eſt, die 25 menſis Panemi, hoc eſt „ante diem octavum Calendas Auguſti. Poſt „hæc renovata a Maximino perſecutione An„toninus, Zebinus & Germanus capitali ſen„tentia puniti ſunt, & Ennathas virgo igne „combuſta eſt. In ſequentis vero menſis Apel„læi die 14to ſeu ante diem 19 Cal. Januar. „rurſus quidam Ægyptii ad miniſteria confeſ„ſoribus in Cilicia exhibenda profecti compre„henſi partim ad metalla damnati ſunt, Ares „autem flammis conſumtus eſt, Probus & „Elias capite plexi ſunt. Undecimo autem „die menſis Audynæi, id eſt ante diem ter„tium Idus Januarias Petrus Aſceta, velut

Valentina & Paulus cap. 8. *Valentina & Paulus cap. 9.* *Antoninus, Zebinus, Germanus, Ennathas.* *Ares, Probus, Elias.* *Petrus cap. 10.*

„alle

„aurum per ignem probatus fidei ſuæ ſpeci-„men dedit. Cum quo Aſclepius quidam ſe-„ctæ Marcionitarum Epiſcopus zelo quidem „ut ipſe exiſtimabat, pietatis adductus, ſed „non illius, quæ eſt ſecundum ſcientiam uno „eodemque rogo conſumtus eſt.

11. „Tempus eſt, ut jam magnum illud „ſpectaculum eorum, qui cum Pamphilo, cu-„jus nomen mihi deſideratiſſimum eſt, mar-„tyrium conſummarunt, poſterorum memo-„riæ tradam: erant omnes numero duodecim, „quorum princeps eminebat Pamphilus Cæſa-„rienſis Presbyter. Secundus erat Valens „Æliæ urbis Diaconus: tertius inter eos cla-„ruit Paulus. Pamphilus igitur cum ſociis „ſuis capitali ſententia damnatus eſt: Por-„phyrius igne combuſtus: Seleucus capitali „ſupplicio exceptus: Theodulus in crucem „actus: Julianus ignis ſupplicium perpeſſus „eſt: Adrianus & Eubulus juſſu præſidis Fir-„miliani beſtiis objecti martyrii coronam con-„ſecuti ſunt. Quæ vero hoc temporis ſpatio „circa Eccleſiarum præſides geſta ſint, ab in-„ſtituto noſtro commemorare alienum eſt.

Pamphilus & ſocii cap. 11.

cap. 12.

12. „Septimus jam perſecutionis annus „ad exitum vergebat, cum in metallis æris „apud Palæſtinam maxima confeſſorum mul-„titudo in unum congregata incredibili liber-„tate frueretur, adeo ut Eccleſias etiam ex-„truerent. Verum Præſes provinciæ dum „hoc ad Imperatorem retulit, eosque in varia „loca diſperſos diverſorum operum moleſtiis

Nilus; Peleus & alii Mart. cap. 13.

 „ve-

„vexari mandavit: quatuor vero, ſcilicet „duos Ægyptiorum Epiſcopos Peleum ac Ni„lum, Heliam & Patermuthium ad Ducem „militarem miſit, qui eos flammis abſumi juſ„ſit: Silvanus vero & Joannes aliique unde„quadraginta uno eodemque die capite trun„cati ſunt. Atque hæc ſunt martyria, quæ „octo annorum ſpatio in Palæſtina perpetrata „fuerunt: hujusmodi noſtri temporis perſecu„tio fuit, in qua innumerabiles in Lybia, „Ægypto, Syria usque ad Illyricum martyres „præſtiterunt, nam ulteriores regiones, Ita„lia, Sicilia, Gallia, Hiſpania, Mauritania, „Africa vix duobus primis perſecutionis annis „furorem belli expertæ divini Numinis auxi„lium & pacem brevi ſunt conſecutæ, Dei „providentia ſimplicitati illorum hominum ac „fidei proſpiciente.

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBER IX.

Maximini perſecutio cap. 1. 1. „Maximinus, qui orientis provincias ty„rannide opprimebat, verbis quidem „mandavit judicibus ſuis, ut ab oppugnatione „noſtrorum abſtinerent, & Sabinus Prætorii „Præfectus Provinciarum Præſidibus volunta„tem Imperatoris per epiſtolam latino ſermo„ne conſcriptam inſinuavit. Unde quotquot „ob confeſſionem Divini Numinis in cuſtodia „habebant, una cum damnatis ad metalla li„beros dimiſerunt. *cap. 2.* Cum vero idem Maximi„nus felicem Chriſtianorum ſtatum diutius „ferre non poſſet, ne ſex quidem menſibus

„paſ-

ſus eſt eum permanere, & primum qui-
m noſtros a conventibus, qui in cœmete-
; fieri ſolebant, arcere aggreſſus eſt: dein-
ipſe ad ſe legationem mittit adverſus no-
os, ſollicitatis per quosdam nefarios ho-
nes Antiochenſibus, ut abs ſe peterent,
cui Chriſtianorum Antiochiam incolere li-
et. Quorum omnium auctor extitit Theo- *cap. 3.*
nus Antiochenſis Curator. Hic cum nos
tea omnibus modis impugnaviſſet, tandem
iulacrum Jovis Philii magicis artibus con-
ratum erexit ac cum deteſtandas expiatio-
s inſtituiſſet, compoſitis quibusdam ora-
is ad Imperatorem præſtigiarum ſuarum
cimen detulit, fingens, Deum jubere, ut
riſtiani urbe omnique territorio pelleren-
.

2. „Hæc cum illi ex ſententia ſucceſſiſ- *Decreta contra Chriſtianos*
it, reliqui Magiſtratus aliarum civitatum
m decernere inſtituerunt, quorum decre-
Maximinus cum dato reſcripto libentiſſi-
annuiſſet, rurſus recrudeſcere cæpit perſe- *cap. 4.*
tionis furor cumque gentiles acta quædam *Falſa acta*
ud Pilatum ſuper Servatore noſtro geſta *Pilati*
mpoſuiſſent, plena impietatis adverſus *cap. 5.*
riſtum, eaque per omnes provincias pub-
e proponerent, & ludimagiſtris pueris
nmendanda traderent, dux quidam Da-
ſci impuras quasdam mulierculas raptas
adegit, ut publice editis apud acta teſti-
oniis faterentur, ſe olim Chriſtianas fuiſſe,
flagitiorum, quæ apud Chriſtianos gere-
ntur conſcias eſſe: Harum mulierum teſti-
oniis acta inſerta dux confeſtim ad Impera-

„torem mittit. Nec mora, jubente Principe „in ſingulis urbibus hæc monumenta publi-

Martyres cap. 6. „cantur. Verum non longo poſt tempore dux „ille mortem ſibi conſciſcens improbitatis ſuæ „pœnas dedit, noſtrorum vero acerbiſſimæ „perſecutiones renovari cæpere, in quibus Sil- „vanus Epiſcopus & Petrus Alexandrinus Epi- „ſcopus capite truncati ſunt, & idem cum „ipſo perpeſſi ſunt complures alii Ægyptiorum „Epiſcopi. Sed & Lucianus Antiochenus „Presbyter perductus Nicomediam conjectus „in carcerem trucidatur. Denique tot mala „brevi tempore intulit Maximinus, ut hæc „perſecutio multo acerbior nobis priore illa „videretur.

cap. 7. Quippe in mediis urbibus adver- „ſus nos decreta æreis inciſa tabulis propone- „bantur: pueri item in ſcholis tota die nihil „aliud præter Jeſum & Pilatum & acta illa ad „contumeliam noſtram conficta in ore habe- „bant. Ipſam vero epiſtolam Maximini æreis „tabulis inciſam Euſebius hic refert.

Pœna perſecutionis cap. 8. 3. „Cum vero cæleſtis auxilii expectatio „jam in plurimis noſtrorum refrigeſceret, „Deus inſolentem adverſus tyranni ſuperbiam „comprimens cæleſtis ſuæ potentiæ nobis „opitulantis præſentiam declaravit: nam im- „bres hiberno tempore abundantius cadere „præter ſolitum deſierunt, & inſperata conti- „git fames, quam deinde peſtis ſubſecuta eſt. „Præterea aliud morbi genus carbunculus di- „ctum ſæviit: bellum inſuper a tyranno com- „motum eſt adverſus Armenos Chriſtianos, in „quo ille varias clades atque ærumnas pertu- „lit,

Cumque Conſtantinus & Licinius Impe- *cap. 9.*
tores adverſus duos nequiſſimos tyrannos
citati fuiſſent, prælio congreſſi auxilio Di-
ii Numinis Conſtantinus quidem Maxen-
um in urbe Roma præter omnium opinio-
m ſuperatum occidit; Maximinus vero a
cinio devictus turpiſſimo mortis genere oc-
buit. Et Maxentius quidem a Conſtanti-
cum militibus ſuis in fugam verſus inſtar
idis in altiſſimum gurgitem ceciderunt,
nſtantinus vero Romam triumphans ingreſ-
s eſt, & cum divinum ſibi auxilium ad-
ſſe probe intelligeret, ſtatim juſſit, ut
minicæ Paſſionis trophæum ſupra manum
tuæ ſibi poſitæ erigeretur, & hujusmodi
criptionem latino ſermone in baſi juſſit ap-
ni: HOC SALUTARI SIGNO, QUOD
RÆ VIRTUTIS INSIGNE EST, VE-
RAM URBEM TYRANNICÆ DOMI-
ATIONIS JUGO LIBERATAM SER-
AVI, SENATU POPULOQUE RO-
ANO IN LIBERTATEM ASSERTO
RISTINUM DECUS NOBILITATIS,
PLENDOREMQUE RESTITUI.

4. „Poſt hæc Imperator Conſtantinus & *Pœna perſecutorum cap. 9.*
llega ejus Licinius uno conſenſu legem
o Chriſtianis promulgarunt, & miracula
æ Deus in ipſis ediderat, partæque de ty-
nno victoriæ nuntium ipſamque adeo legem
Maximinum transmiſerunt; qui primum
idem graviter ingemuit; poſtea vero metu
rum, qui juſſerant, primam pro Chriſtia-
s epiſtolam veluti ſuopte motu & ex pro-
„pria

„pria auctoritate conſcriptam ad præſides
„perii ſui neceſſitate adactus direxit,
„quæ numquam antea feciſſet, confing
„Unde quia fide dignus non videbatur,
„mo noſtrum aut conventus eccleſiaſ
„agere, aut ſeipſum palam facere auſus
„cum nec epiſtola ipſa id nominatim conc
cap. 10. „ret. Cumque magnitudinem Principatu
„ſtinere amplius non poſſet, ad deſperatio
„usque progrediente inſania, violato
„cum Licinio pepegerat fœdere, bellum i
„piabile ſuſcepit, in ipſo autem conflictu
„divina penitus nudatus remanſit, & pe
„lum, qui ſolus eſt omnium Deus, vic
„Licinio comparata eſt. Ac primum qui
„militares copias amiſit, deinde abjecto i
„riali cultu fugiens vix tandem e man
„hoſtium evaſit. Poſt hæc cum Chriſti
„rum Deo gloriam laudemque tribuiſſet
„abſolutiſſimam legem pro eorumdem C
„ſtianorum libertate tuliſſet, quaſi quo
„accepto beneficio mitiore quam merel
„pœna affectus, inflicta cælitus plaga
„corpore percuſſus debitas pœnas perſo
„quippe graviſſimis doloribus exagitatus
„nus humi volutabatur, inedia contabeſc
„carnibus occulto igne colliqueſcenti
„cumque acrius adhuc ab intimis usque
„dullis eum inflammatio torreret, oculi
„dem ipſi exilierunt, & cæcum eum rel
„runt. Poſt hæc nihilominus adhuc ſpi
„multa ſpondens Domino mortem advoca
„tandemque ob contumelias, quibus Chri
„affeciſſet, merito hæc ſe perpeti con
„animam exhalavit. 5

;. „In hunc modum ſublato e vivis Maxi- *Religio Chriſtiana vincit.*
10 Eccleſiarum ædificia ab ipſis funda-
ntis extruebantur, Chriſtique doctrina
jore quam antea libertate frui cæpit: Ma-
nini vero imagines aliæ dejectæ, aliæ in-
les redditæ obliterato nigris coloribus
tu, ſtatuæ quoque ejus contritæ, & ad
ibrium expoſitæ fuerunt. Omnes item
adverſus religionem noſtram inſolenter
bacchati fuerant capite plectuntur. Ex
orum numero fuit Picentius & Culcianus:
i præterea non pauci. Porro etiam Theo-
num ad ſupplicium vocabat divina juſti-
, nam cum Licinius Antiochiam veniſſet,
præſtigiatores deprehendere inſtituiſſet,
ri illius ſimulacri prophetas tormentis
jecit, qui vi tormentorum adacti totius
ſterii ſcenam a Theotecno arte compoſi-
n fuiſſe fatebantur, unde Licinius pri-
im quidem Theotecnum ipſum, deinde
iquos fraudis conſcios ac participes poſt
irimos cruciatus interfici juſſit. Adjecti
it his omnibus etiam Maximini liberi,
os ille jam imperii conſortes fecerat:
iique propinqui omnes tyranni, qui faſtu
ti cunctos mortales oppreſſerant, eadem
m illis ſumma cum ignominia perpeſſi
it. Sic igitur omni malorum colluvie
purgata ſolis Conſtantino ac Licinio im-
rium firmum remanſit, qui cum benefi-
rum, quæ a Deo acceperant, ſibi con-
i eſſent, ante omnia ſtudium virtutis,
ini Numinis amorem & pietatem, gra-
nque erga Deum animum: latis pro
„Chri-

„Chriſtianorum religione legibus decla„runt.

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBER X.

De pace Chriſtianis conceſſa cap. 1.

1. „Ad hunc igitur quem diximus mod„univerſa ſtirps hoſtium Dei fundi„excisa eſt: jamque dies ſerenus ac liqui„nulla amplius nube fuſcatus Eccleſias Chri„toto orbe diffuſas cœleſtis lucis ſplendore „luſtrabat, licebatque iis etiam, qui a c„religionis noſtræ alieni eſſent, ſi non iisd„frui nobiscum, ac certe partem aliqu„percipere bonorum, quæ nobis a Deo ſi„rant procurata.

Inſtauratio Eccleſiarum cap. 2.

2. „Nobis vero præcipue, qui ſpem o„nem in Chriſto poſitam habemus incredib„quædam inerat lætitia, cum loca cunc„quæ tyrannorum impietas paulo ante ſ„ruerat reviviſcere videremus, templa „rurſus a ſolo in immenſam altitudinem er„& longe majore ſplendore niteſcere. Q„etiam crebris pro Religione Chriſtiana p„mulgatis legibus Imperatores eam ampl„care ſtuduerunt. Litteræ quoque ad Epiſ„pos ſcriptæ ſunt, honores aucti, & pecu„donatæ. Poſt hæc votivum nobis ſpecta„lum præbebatur, dedicationum ſcilicet fe„vitas per ſingulas urbes, & oratoriorum „cens ſtructorum conſecrationes: Ad h„Epiſcoporum conventus, peregrinorum c„curſus, populorum mutua charitas. J

Eccleſiarum dedicationes cap. 3.

„W

vero Antiſtitum abſolutiſſimæ cæremoniæ, & accurata ſacrificia Sacerdotum, & auguſti Eccleſiæ ritus, hinc pſalmos canentium, & nobis divinitus traditas voces auſcultantium, illinc divina & arcana obeuntium miniſteria: Myſtica quoque ſalutaris paſſionis ſymbola credebantur. Denique omnis ætas toto pectore precationibus & gratiarum actionibus incumbens Deum bonorum auctorem venerabatur. Sed & Eccleſiarum Antiſtites quotquot aderant, panegyricas habebant orationes, & conventum laudibus extollere ſtudebant. Atque aliquis vir mediocris ingenii, qui hujusmodi orationem compoſuerat, in medium progreſſus præſentibus plurimis paſtoribus ad unum ex illis converſus facile omnium principem Deoque acceptiſſimum Epiſcopum (*Paulinum Tyriorum Epiſcopum*) cujus ſtudio templum in urbe Tyro extructum omnium in Phœnice longe pulcherrimum eſt, ita verba fecit. „ Atque hanc longam panegyrim Euſebius hic in extenſo refert. *Oratio panegyrica de ædificatione Eccleſiarum cap. 4.*

3. Deinde idem Euſebius exempla imperialium Conſtitutionum Conſtantini ac Licinii adducit. Et quidem primum exemplum Conſtitutionis Imperatorum Conſtantini & Licinii pro Chriſtianis jam relatum eſt a nobis (*Analyſ. tom.* 7. *pag.* 636.). Huic adjungit Euſebius Exemplum alterius Conſtitutionis, qua Imperatores ſoli Eccleſiæ Catholicæ liberum Religionis exercitium, & bonorum ablatorum reſtitutionem a ſe conceſſum *Exempla legum imperialium cap. 5.*

eſſe

eſſe indicarunt. Deinde addit aliud exemplum epiſtolæ Conſtantini Imperatoris, „quæ „Epiſcoporum Concilium Romæ fieri jubet in „cauſa Cæciliani Carthaginenſis Epiſcopi, a „quibusdam collegis ſuis per Africam conſti„tutis multis de cauſis inſimulati, in qua ju„bet, ut Cæcilianus cum decem Epiſcopis, „qui accuſare ipſum videntur, & cum decem „aliis, quos ipſe ad ſuam cauſam neceſſarios „eſſe judicaverit, Romam naviget, ut ibi co„ram Meltiade Epiſcopo Romano & Marco, „& coram Reticio, Materno ac Marino poſſit „audiri, quemadmodum ſanctiſſimæ legi con„venire optimum erit, & ex præſcripto juſti„tiæ cauſa terminetur, ſiquidem, ait Conſtan„tinus, tanta a me reverentia ſanctiſſimæ Ca„tholicæ Eccleſiæ exhibetur, ut generaliter „nullum ſchisma aut diſſidium ullibi a vobis „relinqui velim. „ Aliam rurſus epiſtolam Conſtantinus dedit ad Chreſtum Syracuſanum Epiſcopum, in qua in eadem cauſa Cæciliani alteram Synodum Arelate fieri jubet, ut om-

cap. 6. nis Epiſcoporum diſſenſio tollatur. Aliam item Epiſtolam Conſtantinus ſcripſit Cæciliano Epiſcopo Carthaginenſi, ubi ſignificat, quod Urſo Rationali Africæ ſcripſerit, „ut ter mille „folles pro Catholicæ Religionis miniſtris nu„merari curaret, & ſi non ſufficiant, reli„quum ab Heraclida Procuratore prædiorum

Immunitas Clericorum *cap. 7.*

„petat. Denique idem Conſtantinus aliam „epiſtolam ad Anulinum dedit, in qua eos „homines, qui intra Provinciam Africæ in „Eccleſia Catholica, cui Cæcilianus præeſt, „huic ſanctiſſimæ Religioni miniſtrant, quos „Cle-

„Clericos vocare conſueverunt, ab omnibus „omnino publicis functionibus immunes con„ſervari jubet, ne errore aliquo aut caſu ſa„crilego a cultu ſummæ Divinitati debito ab„ſtrahantur, ſed ut potius absque ulla inquie„tudine propriæ legi deſerviant: quippe his „ſummam venerationem Divino Numini exhi„bentibus maxime inde emolumentum rei„publicæ videtur accedere.

Licinii malignitas & mors cap. 8.

4. „Ac res quidem noſtræ in hoc lætiſſi„mo ſtatu erant, ſed virtutis inimicus hoc „ſpectaculum diu ferre non potuit, nam Lici„nius a bonorum quidem imitatione deſcivit, „impiorum vero tyrannorum pravos mores „æmulatus eſt, etenim invidiæ ſtimulis ad„verſus Conſtantinum bene de ſe meritum in„citatus nefarium illi bellum intulit, non na„turæ reveritus jura, non fœderum, non ju„risjurandi, nec conſanguinitatis memor: ac „principio quidem inſidias tegere ſtudens ami„cum ſe eſſe ſimulabat, & dolis Conſtanti„num ſæpius appetebat. Sed enim Conſtan„tino cuſtos erat Deus, qui inſidias ipſi com„paratas in lucem proferens confutabat. Igi„tur Licinius cum occultas inſidias non ſibi „ex voto cedere videbat, bellum palam mo„vet. Porro cum Conſtantino bellum inferre „ſtatuiſſet, ſimul etiam adverſus Deum, quem „a Conſtantino coli cognoverat, præliari in„ſtituit. Dehinc cultores Divini Numinis ſub „ditione ſua degentes tacite oppugnare ag„greſſus eſt. Et primo quidem Chriſtianos „omnes domo ſua expellit: Poſt hæc cunctos

„in urbibus militantes, niſi dæmonibus ſacri-
„ficare mallent, honore militiæ ſpoliari jubet.
„Deinde lege lata prohibuit, nequis miſeris in
„carcere detentis alimenta ſubminiſtraret,
„quin & legi adjecta hæc pœna, ut ſi quis
„reis ſtipem dediſſent, pari cum reis ipſis ſup-
„plicio plecterentur. Quid præterea opus eſt
„commemorare iniquas ejus leges circa nup-
„tias & morientes, auri argentique a ſubditis
„exactiones, exilia innocentibus irrogata, vi-
„ros nobiles in carceres abductos, & uxores
„ipſorum per vim abſtractas, & ſceleratis
„mancipiis conſtuprandas traditas, alias vero
„virgines & nuptas ab ipſo violatas? Denique
„eo furoris proceſſit, ut Epiſcopos etiam ſibi
„adverſos adoriretur, quos ſubdole eſt aggreſ-
„ſus, & ex illis probatiſſimum quemque ſtru-
„ctis per Præſides ſuos inſidiis interemit.
„Modus porro cædis eorum novus plane, nec
„ante umquam auditus, ſed quæ apud Ama-
„ſeam & reliquas Ponti urbes perpetravit,
„omnem crudelitatis modum tranſcendunt,
„ubi Eccleſiæ Dei aliæ ſolo æquatæ ſunt,
„aliæ clauſæ: & quia nos pro Imperatore
„Conſtantino omnia facere ac divinum Numen
„placare ſibi perſuaſerat, omnem furoris ſui
„impetum in nos convertit. Proinde præſi-
„des principis gratiam captantes, Epiſcopos
„partim iisdem quibus maleficos pœnis ſubji-
„ciebant; quidam vero novum quoddam mor-
„tis genus pertulerunt, corpore in multas
„partes fruſtatim conciſo, & in altiſſimum
„mare projecto. Quæ cum ad hunc modum
„impiiſſimo tyranno ſuccederent, deinceps
„per-

erſecutionem adverſus omnes Chriſtianos xcitare in animum induxit, ac procul dubio oti ſui compos extitiſſet, niſi Deus, id uod futurum erat præveniens, Conſtantium famulum ſuum omnibus repente oſteniſſet, & ad has partes quaſi manu apprenſum perduxiſſet.

5. „Et huic quidem victoriam cælitus largitus eſt Deus; illum vero nefarium una cum onſiliariis ſuis Conſtantini pedibus pronum ıbjecit; nam cum ille ad ſummam prorumeret inſaniam, Conſtantinus bonorum prougnator una cum filio Criſpo Cæſare expeitionem ſuſcepit; ac Servatore Dei Filio, c Deo, duce adjutore fulti, acie inter ſe ivifa, Deique hoſtibus undique circumjecta ıerfacilem victoriam retulerunt. Repente rgo Dei hoſtes funditus perierunt. Ad hunc ȝitur modum penes ſolum Conſtantinum jusque liberos imperium Romanum, firnum, & extra omnem invidiam permanſit. *Conſtantini victoria cap. 9.*

EUSEBII PAMPHILI
DE VITA
BEATISSIMI IMPERATORIS CONSTANTINI
LIBRI IV.

§. I.
Argumentum.

Quatuor Libri de vita Conſtantini ſunt proprie loquendo Panegyricus, in quo Euſebius non tam hiſtorico quam oratorio ſtylo deſcribit hujus Imperatoris vitam, imperii mutationes, & quæ ille ad res Eccleſiaſticas pertinentia geſſit. Hujus operis ſtilus paulo floridior eſt ſtilo aliorum operum Euſebii, ſed nec terſior nec jucundior. Pleraque facta leviter tantum perſtringit, omiſſis utilibus circumſtantiis. Libros hos una cum Eccleſiaſtica hiſtoria Valeſius etiam edidit.

§. II.
ANALYSIS.
DE VITA CONSTANTINI
LIBER I.

Conſtantini laus a Deo *cap. 1.* 1. „Nuper quidem univerſum hominum genus ſecunda ac tertia magni Imperatoris noſtri decennalia celebravit, nos quoque eum in ejus vicennalibus laudatione dicta venerati ſumus, ſed & tricennalium orationum coronas ei teximus. *cap. 2.* Jam vero cum „ad ipſos cœli fornices mentis meæ aciem extendens

„tendo, atque illic beatiſſimam Conſtantini „animam cum ipſo Deo verſari cogito, & co„rona perpetuo virente ac immortali vita do„natam eſſe intelligo, mutus hæreo, & po„tiori has partes cedo, ut pro merito con„gruas laudes expromat, illi ſcilicet, qui „cum immortalis Deus ſit, ac Dei ſermo ſola „ipſius dicta rata facere poteſt: cum enim „prædixerit, eos a quibus honoratus fuiſſet, *cap.* 3. „maximis præmiis a ſe viciſſim remunerandos „eſſe, promiſſorum ſuorum veritatem jam in„de ab hac vita comprobavit, quippe impio„rum quidem abominandos exitus nobis ob „oculos poſuit, famulo autem ſuo non vitam „ſolum, verum etiam mortem feliciſſimam „præſtitit, eumque omnium, qui Romano „umquam imperio præfuerunt quaſi illuſtre „quoddam religioſæ vitæ exemplum cunctis „hominibus propoſuit. Hoc quippe Deus *cap.* 4. „ipſe, quem veneratus eſt Conſtantinus evi„denti ſuffragio comprobavit, dum illi non „modo in exordio, ſed & in progreſſu & fine „imperii ſemper propitius adfuit.

2. „Ac tempus quidem imperii ipſius tri- *Conſtantini ætas* „bus denum annorum circulis abſolutis & ali- „quanto amplius honoravit, totius autem vi- *cap.* 5. „tæ tempus, quam inter homines duxit, du„plo majore ſpatio circumſcripſit. Porro cum „eumdem velut imaginem monarchiæ ſuæ „proponere vellet, victorem eum omnis ty„rannici generis præſtitit, clara voce cunctis „teſtantem, ſe verum quidem Deum agnoſce„re, falſorum autem numinum errorem aver-

 „ſari.

Conſtantinus omnium Imp. præſtantiſſimus „ſari. Et hic quidem tamquam bonus & fide„lis ſervus id egit, palam ſe ſervum nomi„nans, ſummique regis famulum ſe fateri non „erubeſcens, unde Deum tantum Imperato„rem eum effecit, quantum nemo umquam

cap. 6. „ſuperiori memoria ullum extitiſſe recordatur.

cap. 7. „Equidem Cyrum Perſarum regem præ cun„ctis, qui umquam extiterint, enituiſſe vetus „narrat hiſtoria: verum ille nequaquam feli„cem exitum vitæ imo turpem potius ſortitus „eſſe dicitur, utpote a muliere interfectus. „Alexandrum Macedonum regem innumera„biles gentes domuiſſe prædicant Græci, ſed „priusquam ad virilem ætatem perveniſſet, „commeſſationibus & temulentia confectum „immatura morte periiſſe. Et hic quidem „duorum ac triginta annorum ſpatio totius „vitæ curſum abſolvit, quorum non plus „quam tertiam partem tempus regni illius ſibi

cap. 8. „vindicat: noſter vero Imperator ex eo ætatis „anno regnare orſus eſt, quo Macedo ille de„ceſſit, ac vitæ quidem ſpatium duplo majus „habuit quam ille, regni vero triplo longius. „Cæterum cum exercitum ſuum manſuetis re„ligionis præceptis muniviſſet, in Britanniam „ſigna intulit, Scythiam ſuo adjunxit impe„rio, Blemmyas & Æthiopes in ſuam ditio„nem redegit: denique ad extremos Indos & „circumſitos populos, cunctos mortales uni„verſi orbis ſplendidiſſimis pietatis radiis illu„ſtrans, Regulos, Præfectos & Satrapas gen„tium barbararum ſibi ſubditos habuit, qui „ſua ſponte cum gaudio ipſum ſalutabant, & „legatos cum muneribus ad ipſum mittebant,

„ejus-

„ejusque amicitiam plurimi æſtimabant, eum„que ſtatuis publice dedicatis honorabant. „Igitur ad has usque gentes regiis allocutio„nibus Deum ſuum cum omni libertate præ„dicavit.

3. „Cæterum non id verbis quidem præ„ſtitit, re autem ipſa fruſtratus eſt: ſed in „omni genere virtutis ſemet exercens variis „pietatis fructibus abundavit, amicos benefi„ciis ſibi devinciens, ſubditos clementiæ legi„bus moderans, & imperium ſuum placidum „cunctis exhibens, donec poſt longa annorum „curricula, Deus eum immortalitatis præmiis „remuneraturus ex mortali regno ad immor„talem vitam tranſtulit, trium liberorum ſo„bole, qui imperio ei ſuccederent excitata. „Ac Deus quidem ipſe, qui beatiſſimum illum „Principem adhuc nobiscum in terris agentem „divinis honoribus ſublimavit, eumdemque „morientem eximia quadam prærogativa di„gnitatis ornavit, ſolus vitæ illius ſcriptor „fuerit idoneus: ego vero neceſſarium etiam „puto piiſſimi Principis imaginem ad ſempi„ternam poſterorum memoriam conſecrare, „ut deſidiæ crimen a nobis depellamus. Sed „& ad communem hominum vitam utile hoc „opus fore confido, quo generoſiſſimi Impera„toris res geſtæ ſummo Imperatori Deo ac„ceptæ comprehenduntur. Quamobrem con„venit, ut tot & tanta bona iis nuntiemus, „quorum mentes bonorum operum exemplo „ad amorem Dei excitantur. Itaque quam „plurima, quæ de hoc Principe narrari poſ-

Conſtantini præmium. cap. 9.

cap. 10.

cap. 11.

 „ſunt,

„ſunt, prælia, victorias, leges ad ſubditorum „commodum latas, labores exantlatos præ„tereundos arbitror, cum inſtituti operis ar„gumentum admoneat me, ut ea ſola, quæ „ad Dei cultum pertinent, ſcribendo perſe„quar, & ſola poſterorum memoria digniſſi„ma quam potero breviſſime exponam.

Conſtantinus in ædibus tyrannorum educatus cap. 12.

4. „Ordiar autem a prima illius ætate in „hunc modum. Noſtra ætate tyranni, qui „adverſus Deum ſummum omnium regem „bellum movere inſtituerant, ejus Eccleſiam „graviter oppreſſerunt: Conſtantinus vero, „qui poſtea tyrannorum interfector fuit, dum „adhuc adoleſcens eſſet, & juvenili lanugine „decorus, in medio illorum ut quondam ille „famulus Dei Moyſes in ipſis tyrannorum ædi„bus ſubſedit, neque tamen eosdem cum im„piis mores tametſi admodum adoleſcens ſe„ctatus eſt. Quippe jam inde ab illa ætate „egregia indoles Divino Spiritu impulſa ipſum „ad Deo acceptam vitam incitabat: Sed & „Patris æmulatio ſtimulos admovebat, qua „ad bonorum actuum imitationem juvenis „provocabatur. Pater ſiquidem ei fuit Con„ſtantius Imperatorum noſtri temporis nobi„liſſimus, qui cum imperium a quatuor Au„guſtis regeretur, ſolus cum Deo rerum om„nium moderatore pacem firmavit, & a ne„faria illorum impietate puras manus ſerva„vit, in quo innumerabiles virtutes prædican„tur, ex quibus unum & alterum facinus „commemorabo.

De Conſtantio Conſtantini patre cap. 13.

5. „Quip-

5. „Quippe cum hic princeps ob incredibilem erga ſubditos indulgentiam celebraretur, quod nullam pecuniam in theſauris reconditam haberet, is Imperator, qui tunc temporis ſupremum imperii gradum obtinebat, miſſis ad eum hominibus objurgavit ejus in republica gerenda negligentiam & paupertatem. At ille rogavit eos, ut apud ſe aliquantiſper morari vellent: deinde ex omnibus provinciis ſibi ſubditis convocato opulentiſſimo quoque ſe pecunia opus habere iis ſignificavit. Illi vero confeſtim auro, argento ac reliquis opibus theſauros ejus compleverunt, ambitioſe certantes, ut ſe invicem in largiendo ſuperarent. Poſt hæc Conſtantius miſſos theſaurorum ſuorum ſpectatores eſſe juſſit, & renuntiare, ea jam pridem apud ipſos dominos tamquam fidos depoſitarum opum cuſtodes ſibi ſervari. Et miſſi quidem mirati ſunt, princeps vero poſt eorum diſceſſum juſſit, ut domini cunctis opibus ſuis receptis domum reverterentur. Alterum facinus illuſtre ejus erga Deum pietatis indicium eſt. Præſides provinciarum per univerſum orbem viros divino cultui deditos Imperatorum juſſu perſequebantur, primique omnium ex ipſis imperialibus palatiis progreſſi martyres pro religione certamina obierunt. Soli Conſtantio ſapiens conſilium venit in mentem: hic ſcilicet Palatinis omnibus dedit optionem, ut ſi dæmonibus ſacrificaſſent, manere ipſis in palatio & honoribus ſuis frui liceret, ſi vero renuiſſent, ab ipſius aditu excluderentur. Cum ergo alius

Conſtantii præclara facta cap. 14.

cap. 15.

cap. 16.

„in hanc, alius in illam partem diſc
„tunc eximius Princeps illorum quider
„ditatem damnavit, hos vero ob d
„Numini conſcientiam magnopere pr
„illos tamquam Dei proditores ne P
„quidem obſequio dignos judicavit: na
„modo, inquit, fidem erga Principen
„ſervaturi ſunt, qui erga Deum perfi
„deprehenduntur. Itaque ejusmodi v
„regiis ædibus procul ablegandos eſſe c

Conſtantii amor erga Chriſtum cap. 11.

6. „Hujusmodi fuit Conſtantini pate
„poſtquam unum ſummum omnium
„agnoſcens reliquum vitæ tempus tra
„ſumma cum gloria exegiſſe dicitur, &
„gem ſuam ac liberos cum omnibus m
„uni omnium Regi Deo conſecravit:
„etiam non diu poſt mercedem a Deo eſ
„ſecutus, ita ut primum imperii locum
„neret. Nam cum Seniores Auguſti pr
„poſt Eccleſiarum everſionem anno imp
„abdicaſſent, ſolus Conſtantius primus
„ſtus renuntiatus eſt. Sed & numeroſæ
„lis præſtantia reliquos Imperatores ſ
„vit. Denique in extrema ſenectute fil
„ipſius natu maximus jamjam moritu
„capeſſendum imperium præſto erat.

Conſtantius Auguſtus renuntiatus cap. 18.

Conſtantinus cum Diocletiano in Palæſtinam venit cap. 19.

7. „Quippe hic Conſtantinus una cu
„peratoribus Diocletiano & Galerio pat
„collegis verſabatur, & jam adoleſcenti
„nos ingreſſus ſummo apud eos in h
„erat. cujusmodi eum vidimus, cum p
„læſtinam tranſiret cum Diocletiano, u

tunc regiæ celſitudinis animi indicia præbebat, pulchritudine & proceritate, robore corporis præſtans virtutibus vero, humanioribus diſciplinis, prudentia & ſapientia illuſtrior. Quare Imperatores invidia & metu ob id torqueri cæperunt, & tempus opportunum captabant, ut malo juvenem afficerent, quod cum juvenis Dei nutu intellexiſſet, fuga ſalutem ſibi quæſivit, ut patri ad ſucceſſionem imperii præſto eſſet, ubi enim in patris aſpectum venit, Conſtantio ultimus vitæ dies imminebat: qui cum filium ſibi inſperato adeſſe cerneret, ambabus ulnis eum amplexus eſt, & gratias Deo agens diſpoſitis ex arbitrio rebus ſuis, & vale dicto liberis, & imperii adminiſtratione filio natu maximo Conſtantino in manus tradita ex hac luce migravit. *Conſtantinus ad patrem redit* *cap. 20.* *Conſtantii mors* *cap. 21.*

8. „Poſt hæc funus paternum & exequias Deo devoti Principis Conſtantinus celebravit, ipſe vero fauſtis acclamationibus, Princeps, Imperator, Auguſtus primo ſtatim impetu appellabatur. Qualis vero fuerit exitus aliorum Eccleſiæ hoſtium, nequaquam hic commemorabo, nam cum cæteri omnes aliorum ſuffragio hunc honorem conſecuti ſint, ſolus Conſtantinus fuit de cujus promotione nemo mortalium gloriaretur; qui proinde in imperio firmatus, univerſas ſuas provincias perluſtravit, deinde barbaros ad Rhenum ſuæ ditioni ſubjecit; denique Britannicas gentes ſubegit. *Conſtantinus Auguſtus Imp. declaratur* *cap. 22.* *cap. 23.* *cap. 24.*

Conſtantinus Maxentium oppugnat cap. 25.

9. „Poſt hæc Romam tyrannica do
„tione oppreſſam conſpiciens primum
„rem quidem eam liberandi Imperat
„ætate ſpotioribus ceſſit, ſed cum nullu
„rum opitulari poſſet, ad extinguenda
cap. 26. „rannidem ſe accinxit. Cum vero int
„ret, præter militares copias præſta
„ſubſidio ſibi opus eſſe, cogitare apud ſ
„pit, quemnam ſibi Deum aſciſceret,
„quidem, qui nusquam eſſent, colendo
„ri, & poſt tanta documenta cæco adh
„rore ferri, ſummæ eſſe dementiæ exi
„vit, ſolum vero Deum genitoris ſui ſib
„colendum cenſuit. Hujus ergo opem i
cap. 28. „rare cæpit. Hæc autem precans hori
Apparitio crucis. „meridianis ſole in occaſum vergente
„tropæum in cœlo ex luce conflatum ſo
„perpoſitum ipſis oculis ſe vidiſſe affirm
„cum hujusmodi inſcriptione: HAC VI
„Quo viſo miraculo ipſe & milites ejus
cap. 29. „menter obſtupuerunt, cumque addubi
„quid hoc ſpectrum ſibi vellet, nox ta
„ſupervenit; tunc vero Chriſtus Dei dorn
„apparuit cum ſigno illo, præcepitque u
„litari ſigno, ad illius ſimilitudinem fa
„to, eo tamquam præſidio in præliis ute
cap. 30. „Ille ergo diluculo ſurgens convocatis
„gemmarumque fabris medius inter eo
„dens juſſit, ut auro & lapillis ſimilitud
cap. 31. „ejus exprimerent. Erat autem hujus
„Haſta longa auro contecta transverſam
„antennam inſtar crucis: in haſtæ ſumn
„corona erat affixa gemmis & auro cont
„in hac ſalutaris appellationis ſignum,

„videlicet litteræ nomen Chriſti primis apicibus deſignabant littera ρ in medio ſui decuſſata, quas quidem litteras Imperator in galea geſtare poſt hæc etiam conſuevit. „Porro ex antenna velum erat purpureum „pretioſis lapidibus multoque intertexto auro „reſplendens. Ipſa vero recta haſta ab infima „parte in magnam longitudinem producta in „ſuperiori parte ſub ipſo crucis ſigno ad veli „ſummitatem auream Imperatoris & liberorum ejus imaginem depictam pectore tenus ſublimem geſtabat. Hoc igitur ſalutari „ſigno Imperator ſemper uſus eſt, aliaque ad „ejus ſimilitudinem expreſſa ſigna cunctis „exercitibus præferri juſſit, & Sacerdotibus „Chriſtianis accerſitis, ab illis in vera fide inſtructus, & divinorum librorum lectioni vacans Deum illum quem viderat, omni obſervantia colendum eſſe duxit. Poſt hæc munitus ſpe bona, quam in illo collocaverat, „tyrannici furoris incendium reſtinguere aggreſſus eſt. *Conſtantinus fit Chriſtianus* *cap.* 32.

10. „Quippe Maxentius eo impietatis proceſſerat, ut quodvis impurum facinus audacter ſuſciperet, adeo ut uxor quædam cujusdam præfecti ab eo ſollicitata ad tuendam „ſuam pudicitiam ſeipſam gladio confoderit. „Qua tam plebeji quam Magiſtratus graviſſima tyrannide opprimebantur, adeo ut quodam die leviſſimam ob cauſam populum Romanum Prætorianis militibus obtruncandum „dederit. Tandem vero tyrannus ſceleribus „ſuis magicæ artis præſtigias impoſuit. Ob „hæc *Maxentii nefaria crimina* *cap.* 33. *cap.* 34. *cap.* 35. *cap.* 36.

Maxentius ſuperatur cap. 37.

„hæc commiſeratione commotus Conſtantinus „omni bellico apparatu adverſus tyrannidem „ſe inſtruxit, cumque Deum patronum ſibi „adſciviſſet, Chriſtumque invocaſſet, & victo„riæ tropæum, ſalutare ſcilicet ſignum ante „milites ſtatuiſſet, cum exercitu ſuo progreſ„ſus eſt, & quia Maxentius magicis præſtigiis „confiſus nequidem extra urbis portas pro„gredi audebat, cuncta vero in circuitu urbis „Romæ armatorum multitudine muniiſſet, „divino fretus auxilio Conſtantinus, primam, „ſecundam, ac tertiam tyranni aciem aggreſ„ſus cunctis primo ſtatim impetu fuſis ac fu„gatis in interiora Italiæ penetravit: tandem„que ad ipſam urbem Romam propius acceſſit, „& Maxentius in fugam actus cum fluvium „ſibi objectum pertranſiret, ponte diſſoluto „infelix ille primum, deinde cuncti ſui ſtipa„tores in altiſſimum gurgitem (*Tiberim*) ce„ciderunt.

Maxentii mors cap. 38.

Conſtantinus victor Romam ingreditur cap. 39.

11. „Conſtantinus igitur Romam trium„phans ingreſſus lætis acclamationibus ab „omnibus exceptus eſt. Verum ille nec hu„jusmodi acclamationibus nec laudibus elatus „eſt, ſed cum Dei auxilium ſibi adfuiſſe pro„be intelligeret, illico victoriæ auctori gratia„rum actionem ſupplex rependit, & clara vo„ce ſalutare ſignum cunctis hominibus annun„tiavit, & ſublimem haſtam in modum crucis „ſub manu ſtatuæ ſuæ in celeberrimo urbis „loco poni juſſit, & hanc inſcriptionem lati„nam ſubjici: HOC SALUTARI SIGNO „&c. uti ſupra l. 9. hiſt. Eccl. n. 3. In hunc „mo-

Conſtantini ſtatua crucem tenens cap. 40.

modum Romani a tyrannica dominatione liberati reſpirare cæperunt, gentes quoque univerſæ, quotquot occidentali oceano terminantur feſtos dies celebrabant. Sed & Imperatoris litteræ ubique legebantur, quibus bonis ſpoliati, relegati, vinculis conſtricti reſtituebantur. *Exultatio provinciarum cap. 41.*

§. 12. „Porro ipſe Imperator miniſtros Dei omni honore proſequebatur, menſæ ſuæ adhibebat, in itineribus ſecum deducebat, & plurima item ex theſauris ſuis Eccleſiis Dei beneficia ſubminiſtrabat partim ſacras ædes amplificans, partim anguſta Eccleſiarum ſacraria plurimis donariis exornans, variis denique pecuniarum diviſionibus egentium inopiam ſublevans. Præterea Eccleſiæ Dei præcipue curam gerens, cum per diverſas provincias quidam inter ſe diſſentirent, miniſtrorum Dei concilia congregavit, in medio eorum pacem procurans conſedit, ad concordiam propenſos probabat, pertinaces vero averſabatur. Quin etiam nonnullos, qui adverſus eum aſperius invecti fuerant, patienter tulit. *Conſtantini reverentia erga Epiſcopos & Eccleſias cap. 42.* *Beneficentia in pauperes cap. 43.* *Synodis interfuit cap. 44.* *Inſipientes toleravit cap. 45.*

13. „Et Imperator quidem ita in omnibus ſuis actibus Deo cultum exhibens eccleſiis providebat, Deus vero cunctas fere barbaras gentes pedibus ejus ſubjecit. Quæ dum ab eo geruntur, Maximianus Herculius, qui ſe imperio abdicaverat, cum inſidias in ejus necem pararet, deprehenſus turpiſſimo mortis genere interiit, Imperator deletis inimicis *Barbaros vincit cap. 46.* *Maximiani interitus cap. 47.*

„ſuis

„ſuis reliquum tempus ætatis tutiſſime tr
cap. 48. „xit, & decennalia ejus per univerſum or
„Romanum feſtis diebus & precibus celeb
„ſunt.

Licinii perſecutio cap. 49. 14. „Ex his quidem Conſtantinus m
„mam capiebat voluptatem, ſed non per
„eum oblectabant nuntii, qui de Provi
„rum orientis vaſtatione afferebantur,
„Licinius tyrannus religioſi quidem Impe
„ris exemplum ſequi noluit, impiorum
cap. 50. „inſtituta ſtuduit imitari. Bellum igitur
„ſtantino intulit, ac primo dolo omnia
„bat, quo detecto bellum palam indixit
„deſperata mentis audacia adverſus D
cap. 51. „ipſum arma deinceps ferre inſtituit. Ac
„mum quidem Dei miniſtros lege lata p
„buit, Synodos ac concilia de commu
„negotiis habere: deinde cunctos Dei cul
cap. 52. „palatio expulit, devotos in ſuo comita
„exilium relegavit, in dignitate conſti
cap. 55. „depoſuit, & eorum bona rapuit: Item le
„tulit ne viri orandi cauſa in Eccleſiam
„ſimul cum mulieribus convenirent,
„mulieres ad virtutis ſcholas diſcendi c
„ventitarent, & ne Epiſcopi mulieribus
„gionis præcepta traderent, ſed muliere
„id electæ docendis mulieribus præficere
„& ut ſacri populorum conventus extra
„tas in aperta planicie celebrarentur, eo
cap. 53. „liber aer commodior eſſet: & ut qui di
„crificare nollent, ab apparitione Præſi
„officii removerentur; ne quis miſeris in
cap. 54. „cere alimenta ſubminiſtraret. Quid

„

„opus eſt exactiones, & ſtupra ac reliqua ejus „flagitia recenſere? Denique eo furoris pro- „ceſſit, ut Eccleſiis bellum inferret, ipſosque „Epiſcopos adoriretur, nec exemplum eorum, „qui ante ipſum Chriſtianos fuerant perſecuti, „ſcilicet Maximiani & Maximini, in memo- „riam ſibi revocavit, nec illorum, quorum ob „impia facinora ultor ipſe fuerat conſtitutus. *cap. 56. 57. 58. 59.*

DE VITA CONSTANTINI LIBER II.

1. „Licinius igitur tamquam mala beſtia „Eccleſiis ſub imperio ſuo conſtitutis „occultas inſidias ſtruens inprimis probatiſſi- „mum quemque Epiſcopum compoſitis per „provinciarum rectores calumniis interfecit. „Porro cædis illorum modus novus fuit. „Certe quæ apud Amaſiam geſta ſunt omnem „crudelitatis modum tranſcendunt: nam opti- „mos quosque Eccleſiarum Antiſtites punie- „bantur perinde ac ſicarii corpore in multas „partes conciſo, & in mare projecto, quæ „dum ad hunc modum tyranno ſuccederent, „deinceps perſecutionem adverſus omnes Chri- „ſtianos excitare in animum induxit, ac pro- „cul dubio voti compos extitiſſet, niſi Deus „famulum ſuum has in partes perduxiſſet. *Licinii perſecutio in Antiſtites cap. 1. cap. 2.*

2. „Qui cum harum rerum nuntium ac- „cepiſſet, iis qui opprimebantur, auxilium „ferre properavit, & militarium quidem co- „piarum ingentem apparatum coegit, quibus „ſignum ſalutare crucis præibat, & ſacerdo- *Conſtantini victoria de Licinio cap. 3. cap. 4.*

„tes Dei ſecum duxit, eos velut optimos ani-
„mæ cuſtodes exiſtimans, cum econtra Lici-
„nius vates Ægyptiorum & ſacrificulos deo-
„rum ſibi adjunxit, ex quibus belli exitum
„ſciſcitabatur, quorum fallacibus pollicitatio-
„nibus inflatus ſe ad pugnam ineundam in-
cap. 5. „ſtruxit. Cumque bellum jam orſurus eſſet,
„lucum opacum deorum ſtatuis ornatum pe-
„tiit, quibus cum ſacrificaſſet, & milites ſuos
„ad pugnam animaſſet, juſſit, ut prælium ini-
cap. 6. „rent. Quæ dum geruntur, ſpectrum quod-
„dam mirabile in urbibus Licinio ſubjectis ap-
„paruiſſe ferunt, varia enim Conſtantini mi-
„litum agmina per meridiem viſa, quæ tam-
„quam parta victoria per urbes tranſirent.
„Porro cum exercitus congredi jam pararet,
„Licinius primus pugnam exorſus eſt, Con-
„ſtantinus vero Deo in auxilium vocato ho-
„ſtes primo prælio fudit: nec multo poſt alte-
„ra commiſſa pugna longe majorem victoriam
„retulit, cum ſalutare crucis trophæum exer-
cap. 7. „citum ipſius antecederet: certe ubicunque
„hoc ſignum conſpectum fuerat, continuo fu-
„ga hoſtium victoribus terga illorum premen-
cap. 8. „tibus ſequebatur. Quare quinquaginta viri
„electi ſunt, quorum nullum aliud erat offi-
„cium quam circumſtare & cuſtodire ſignum,
„quod ſinguli humeris ſuis alternatim geſta-
„bant: ubi res memoratu digniſſima contigit:
cap. 9. „nam cum forte inter pugnandum ingens ſtre-
„pitus exercitum conturbaſſet, is qui hoc
„ſignum humeris ferebat, metu perculſus al-
„teri geſtandum tradidit, ut ipſe diſcrimen
„evaderet. Vix alter ſignum geſtandum ſu-
„ſce-

„ſceperat, cum ecce is, qui cuſtodiam ſigni „deſeruerat, telo in ventre percuſſus occubuit: „cum econtra cuncta hoſtium tela in breviſſi„mum illum haſtæ ambitum caderent, quæ „cum in haſtam impacta defigerentur, ſigni„fer ſervabatur incolumis: uti ipſe Imperator „narravit.

Licinii cædes cap. 10.

3. „Porro adverſarum partium anteſignani „cum primum Conſtantini impetum ſuſtinere „non potuiſſent, abjectis armis ſeſe ad Impera„toris pedes proſtraverunt, quos ille cunctos in„columes ſervavit; alii vero, ſeſe ad pugnam „parabant, quos Imperator ad deditionem „fruſtra invitabat, quare exercitum in eos „immiſit, qui continuo in fugam vertuntur, „& alii comprehenſi jure belli cæſi, alii in ſe „mutuo impingentes ſuismet gladiis obtrun„cati ſunt, & Licinius ipſe turpiſſimam fugam *cap. 11.* „iniit: & ad magorum deteſtandas artes con„fugiens efferri inſolentius cæpit, Conſtanti- *cap. 12.* „nus vero crucis tabernaculum fixit extra ca„ſtra, & preces ad Deum fundebat, uti ſem„per ante certamen facere conſueverat. Ex„inde vero ex tabernaculo proſiliens ſtatim „militibus imperabat, ut absque mora gladios „ſtringerent, qui confeſtim impetu in hoſtem „facto exiguo temporis momento parta victo„ria trophæa de victis hoſtibus erexerunt. „Porro victoriam adeptis præcepit Imperator, *cap. 13.* „ut victis parcerent, & militum animos ad „cædem obſtinatos auri largitione reprimebat. „Sic Conſtantinus ante prælium orationi & *cap. 14.* „jejuniis vacans non magis pro ſuorum quam

cap. 15. „pro hoſtium ſalute vota faciebat. Quoniam
„vero Licinius paulo ante fugiens ſimulans
„amicitiam fœdera renovari poſcebat, Impe-
„rator pacem illi ſub certis conditionibus in-
„dulgere non recuſavit: at Licinius fidem
cap. 16. „quidem jurejurando firmabat, ſed bellum
„inferre meditabatur, militibus vero præce-
„pit, ne adverſus crucis ſignum impetum fa-
„cerent. Ac principio quidem Conſtantinus
„ſuſtinebat parcens ferro, ne videretur pu-
„gnam iniiſſe ob fœderum religionem: ſed
cap. 17. „poſtquam hoſtes jam gladios diſtringere ani-
„madvertit, indignatione commotus ſolo cla-
„more ac minimo temporis momento hoſtium
„copias in fugam vertit, & de iis victoriam
cap. 18. „reportavit. Poſt hæc ipſum Dei hoſtem Li-
„cinium ejusque familiares belli jure dijudica-
„tos congruo ſupplicio affecit.

cap. 19. 4. „Impiis igitur e medio ſublatis cunctæ
„imperii Romani partes in unum corpus coa-
cap. 20. „luerunt. Tunc etiam apud nos propoſita
Leges Conſtant. pro Confeſſoribus. „ſunt Imperatoris edicta plena humanitatis,
„quibus ob fidem relegati domum revocan-
„tur: curiis & metallis addicti, bonis ſpoliati
„reſtituti ſunt: officiis ſuis privati, & gynæ-
Pro martyribus cap. 21. „ciis mancipati libertate donati ſunt. Item
„ſanctorum martyrum bona ad proximos eo-
„rum devolvi Imperator juſſit, vel ſi nullos
„conjunctos haberent, hæreditatem eorum
„Eccleſiis deferri, bona vero ex fiſco ad alios
„translata vel fiſco addicta dominis reſtitui
cap. 22. „debere. Populis vero a fide noſtra alienis &
„univerſis Provinciis multo plura ac majora
„do-

„donavit Principis munificentia. Imperator „autem ipſe Deum victoriarum ſuarum aucto„rem fuiſſe non autem ſeipſum profeſſus eſt, „idque litteris tum Latino, tum Græco ſer„mone ſcriptis, & ad omnes Provincias miſſis „prædicavit. „ Quas litteras Euſebius hoc loco recenſet. *cap. 23.* *cap. 24 — 42.*

5. „Et hæc quidem prima Imperatoris epi„ſtola, ad nos miſſa conſtituit. Cæterum ea, „quæ lege ſancita fuerant, continuo execu„tioni mandata ſunt, & cuncta iis, quæ cru„delitas tyrannica præſumſerat, contraria ge„rebantur. Fruebantur Imperatoris benefi„centia hi, quibus id lege conceſſum erat. „Poſthæc Imperator ſerio manum operi ad„movit: ac primum quidem in ſingulas Pro„vincias eos Præſides miſit, qui ſalutari fidei „dicati eſſent; quod ſiqui eorum Græci ſuper„ſtitioni dediti eſſe viderentur, iis vetitum „erat ſacrificare. Eadem lex etiam illis im„poſita eſt, qui dignitate Præſides anteibant, „iisque adeo, qui ſummum honorum faſti„gium, & Præfecturæ Prætorianæ poteſtatem „obtinebant. Exinde duæ leges uno eodem„que tempore ſunt emiſſæ. Altera quæ dete„ſtanda idolorum cultus ſacrificia per urbes „olim & agros fieri ſolita prohibebat, ita ut „nullus deinceps nec ſtatuas deorum erigere, „nec divinationes & hujuſmodi vanas artes „attentare, nec victimas cædere auderet. „Altera lex quæ oratoriorum fabricam in ſub„lime erigi, & Eccleſias Dei tam latitudine „quam longitudine ampliores effici præcipie„bat.

Leges Conſtant. contra idola, & pro Eccleſiis cap. 43. *cap. 44.* *cap. 45.*

„bat. Illud præterea lex continebat, ne Præ„ſides pecuniis largiendis parcerent, ſed ut „ex imperialibus theſauris ſumptus ad ædium „ſacrarum extructionem depromerentur. Quin „etiam ad cujusque loci Eccleſiarum Antiſti„tes iſtiusmodi litteræ ſcribebantur, cujusmo„di etiam ad me ſcribere dignatus eſt: eas„que primas ad me nominatim litteras dedit. „Rectoribus quoque Provinciarum mandatum „eſt, ut his convenientia exequerentur: adeo„que cum ſumma celeritate legis præcepta „opere ipſo adimplebantur.

Edictum Conſtant. contra cultum idolorum cap. 47 – 60.

6. „Imperator vero ſuam erga Deum pie„tatem quotidie adaugens ad univerſos Pro„vinciales orationem miſit de errore cultus „ſimulacrorum, & ſubditos ſuos cum admira„bili facundia exhortatus eſt, ut ſummum „omnium Deum agnoſcerent, ejusque Filium „Chriſtum ſibi Servatorem adſciſcerent. Porro „has etiam litteras manu ipſius ſcriptas ex „Latino ſermone in Græcum transferre, & „operi huic intexere neceſſarium duxi, ut „ipſum quodammodo Imperatorem nobis au„dire videamur.„ Sequitur modo Edictum Conſtantini ad Provinciales de falſo cultu multorum deorum, ab Euſebio hic relatum.

Quæſtiones motæ propter Arium cap. 61

7. „Porro cum Imperator ſubditos ad ve„rum Dei cultum incitare conatur, nuntius „ad eum perlatus eſt de quodam non medio„cri tumultu qui Eccleſias occupaverat, cujus „hæc origo fuit. Florebat populus Dei, & „profundiſſima pax Eccleſiam communiebat: „ſed

„ſed enim invidia primo intro irrepens, poſtea „in medio ſanctorum cætu tripudiavit, tandem Epiſcopos inter ſe commiſit, altercationem inter eos excitans divinorum dogmatum „obtentu. Exinde graviſſimum exarſit incendium, quod ab Eccleſia Alexandrina exorſum, univerſam poſt hæc Ægyptum, & Lybiam & ulteriorem Thebaidem peragravit: „ſed & reliquas provincias depaſtum eſt, adeo „ut non ſolum Antiſtites verbis inter ſe digladiantes, verum etiam plebem diſciſſam cernere liceret, & in mediis infidelium theatris „divinæ prædicationis doctrina turpiſſimo riſu „traduceretur. Cum autem Eccleſiæ corpus *cap. 62.* „hujusmodi morbo laboraret, univerſa Lybia „ſimul etiam ægrotavit. His auditis Impera- *cap. 63.* „tor graviſſimo dolore perculſus confeſtim ex „Dei cultoribus quemdam, quem ob religionis confeſſionem præ cæteris nobilitatum cognoverat (*ſcilicet Hoſium Cordubenſem*) Alexandriam dirigit, ut inter diſſidentes pacem „componeret, eidemque litteras dat ad con- *cap. 64 — 73.* „tentionis Auctores Alexandrum Epiſcopum, „& Arium presbyterum, in quibus jubet, ut a „propoſitis ſubtilibus quæſtionibus abſtineant, „quia tales quæſtiones, quas nullius legis neceſſitas præſcribit, ſed inutilis otii altercatio „proponit, licet ingenii exercendi cauſa inſtituantur, tamen intra mentis noſtræ penetralia continere debemus, nec eas facile in publicos efferre conventus: quotusquisque enim „eſt, qui tantarum rerum naturam comprehendere ſufficiat? Quocirca in hujusmodi „quæſtionibus loquacitas comprimenda eſt,

„ne forte aut nobis ob naturæ noſtræ infirmi-
„tatem, aut auditoribus ob ingenii tarditatem
„ex alterutro horum aut in blaſphemiæ, aut
„in ſchismatis neceſſitatem populus incurrat:
„neque enim de ſummo legis noſtræ mandato
„inter vos eſt orta contentio, neque novum
„aliquod a vobis de Dei cultu introductum eſt
„dogma, ſed unam ſententiam tenetis, adeo,
„ut ad communionis ſocietatem coire facile
„poſſitis. Et ad hunc quidem modum Impe-
„rator Deo carus miſſa epiſtola pacem Eccle-
„ſiæ Dei reformare ſtuduit. Verum majus
„erat negotium, quam ut litterarum miniſte-
„rio ſedari poſſet. Adeo ut contendentium
„rixa magis indies aucta ſit, & cunctas orien-
„tis Provincias vis mali pervaſerit.

DE VITA CONSTANTINI
LIBER III.

Conſtant. pietas in Deum *cap. 2.* 1. „Interim vero Deo carus Imperator, quæ
„ſui officii erant minime neglexit pror-
„ſus contraria iis, quæ tyrannica crudelitas
„paulo ante præſumpſerat agere ſtudens, ea-
„que ratione cunctis hoſtibus ſuperior fuit.
„Quippe ille cum omni fiducia Chriſtum Dei
„cunctis perpetuo prædicavit, nec ſalutari
„vocabulo cenſeri erubuit, verum ob eam
cap. 3. „rem ſeſe magnopere efferens, omnibus ſe
„noſcendum exhibuit, dum nunc quidem ſa-
„lutari ſigno vultum conſignat, nunc trium-
„phali gloriatur trophæo. Quin etiam in ſub-
„limi quadam tabula ante veſtibulum poſita
„ſalutare ſignum capiti ſuo ſuperpoſitum pro-
„po-

‚poſuit, infra vero inimicum generis humani ‚ſub draconis forma in præceps ruentem.

2. „Verum livor invidiæ, qui Eccleſias ‚Dei in urbe Alexandrina etiamnum conturbabat, & Thebæorum atque Ægyptiorum ‚peſtilens Schisma (*Meletianorum*) non medio‚criter animum Conſtantini angebat. Quippe ‚cum per ſingulas urbes Epiſcopi adverſus Epiſcopos confli**c**tarentur, & populi adverſus populos inſurgerent, ac mutuis ſe vulneribus conciderent, ipſasque Imperatoris imagines violari auſi eſſent, hæc non tam ad iracundiam quam mœrorem Principem excitabant. Acceſſit his diſſenſio de ſalutari fe‚ſto Paſchatis: Quippe alii conſuetudinem Ju‚dæorum ſequi oportere aſſerebant, alii tem‚pus ipſum accurate obſervandum eſſe aje‚bant. Poſtquam vero Conſtantinus auditio‚ne percepit, & litteras, quas ad Alexandri‚nos miſerat, nihil ſe profeciſſe cognovit, no„vum ſibi bellum adverſus inviſibilem hoſtem „Eccleſiæ ſtatum perturbantem conficiendum „eſſe dixit. *Controverſia Arianorum & Meletianorum cap. 4.* *cap. 5.*

3. „Mox igitur generalem Synodum con„vocavit, honorificis litteris Epiſcopos undi„que invitans, & aliis quidem curſus publici „copiam præbuit, aliis vero jumentorum „uſum abunde ſubminiſtravit, quin etiam ſe‚des huic Synodo convenientiſſima aſſignata ‚eſt urbs Nicæa in Bithynia ſita. Quare ex ‚omnibus Eccleſiis, quæ univerſam Europam, ‚Africam atque Aſiam impleverant, ii, qui *Synodus Nicæna celebratur cap. 6.* *cap. 7.*

„inter Dei miniſtros principem locum obtine„bant, ſimul convenerunt. Ab ipſa quoque „Hiſpania vir ille omnium ſermone celebratus „Hoſius una cum aliis conſedit. Aberat qui„dem regiæ urbis Romanus Antiſtes (*Silve„ſter*) ob ſenilem ætatem, ſed præſto erant
cap. 8. „Presbyteri, qui vices ejus implerent. Con„venerunt autem in præſenti choro Epiſcopi „quidem ſupra ducentos quinquaginta, Pres„byterorum vero, qui eos comitati ſunt, Dia„conorum, Acoluthorum, aliorumque com-
cap. 9. „plurium numerus iniri vix poteſt. Porro ex „his Dei miniſtris alii ſermone ſapientiæ, alii „gravitate vitæ, & laborum tolerantia, alii „modeſtia, alii provecta ætate eminebant, „quibus omnibus quotidie annonas copioſe
cap. 10. „præberi Imperator mandaverat. Cæterum „die Concilio conſtituta cum ſinguli præſto „eſſent, in ipſa media æde palatii, plurimis „ſedilibus ad utrumque latus ordine diſpoſitis „ſuo quisque loco conſedit: cumque ſigno da„to, quo Imperatoris introitus nuntiabatur, „omnes aſſurrexiſſent, tandem ipſe medius in„cedens advenit, & poſtquam ad caput ſub„ſelliorum venit, primum medius ſtetit, po„ſitaque ante eum humili ſella ex auro fabre„facta non prius aſſedit, quam Epiſcopi ei in-
cap. 11. „nuiſſent: idem omnes poſt Imperatorem fe„cerunt. Tum ex Epiſcopis is, qui in dextra „parte primum locum obtinebat (qui vero ſimilius Euſebius Cæſarienſis erat) conſur„gens modica oratione Imperatorem allocutus „eſt, propter illum gratias perhibens omnipo„tenti Deo. Poſtquam vero ille aſſedit, ſilen-

„tio

„tio facto Imperator moderata voce ad Synodum orationem de pace ſectanda prolocutus eſt. *cap.* 12.

4. „Quam cum Conſtantinus latino ſermone dixiſſet, & eam alius Græce interpretatus eſſet, deinceps Concilii Præſidibus ſermonem conceſſit. Tunc vero alii proximos inſimulare cæperunt, alii accuſantibus reſpondere, & magna controverſia in ipſo principio excitata Imperator Græca lingua utens dum alios vi rationum adductos in ſuam ſententiam trahit, alios orat & flectit, eosque qui recte dixiſſent, laudibus afficit, & univerſos ad concordiam incitat, adeo ut non modo unius fidei conſonantia apud omnes obtineret, verum etiam unum idemque tempus in ſalutaris feſti Paſchatis celebratione ab omnibus firmaretur. Porro ea, quæ in commune placuerant, ſcriptis mandata & ſingulorum ſubſcriptione roborata ſunt. Eodem tempore viceſimus Imperii Conſtantini annus complebatur, cujus rei cauſa cum in omnibus provinciis publicæ feſtivitates agerentur, Imperator Dei miniſtros ad convivium vocavit, & cum iisdem jam inter ſe conciliatis epulatus hoc velut conveniens ſacrificium per illos Deo obtulit. Celebratis autem ſplendidiſſimo ornatu conviviis Imperator etiam unumquemque pro meritis ac dignitate muneribus honoravit, & eos quoque, qui huic Synodo minime interfuiſſent, de rebus in ea geſtis per litteras certiores fecit," in quibus potiſſimum de celebrando Pa-

Conſtantinus diſſidentes componit *cap.* 13. *cap.* 14. *cap.* 15. *cap.* 16. *cap.* 17 — 20.

Paſchate contra Judæorum ritum decretum omnibus Eccleſiis promulgat, & demum ita concludit: „cœleſtem gratiam, & plane divi„num mandatum libenter ſuſcipite; quidquid „enim in ſanctis Epiſcoporum conciliis geri„tur, id omne ad divinam referendum eſt vo„luntatem.

Synodo Nicæna finita Epiſcopos ad pacem hortatur Conſtantinus *cap.* 21. 5. „Porro cum Synodus jam diſſolvenda „eſſet, Imperator ſermonem cum Epiſcopis „habuit, quo ipſis valediceret, eosque admo„nuit, ut pacis inter ſe ſervandæ ſtudioſi eſ„ſent, & pervicaces contentiones fugerent, „nec inviderent, ſiquis inter ipſos Epiſcopos „ſapientiæ & facundiæ laude floreret, ſed „uniuscujusque virtutem commune omnium „bonum eſſe exiſtimarent. Ad extremum ve„ro adjecit, ut pro ſe quoque preces ad Deum „ſedulo facerent: & ſic eis in patriam redeun„di poteſtatem fecit. Illi vero ſumma hilari„tate domum reverſi ſunt, & deinceps una *cap.* 22. „apud omnes valuit opinio. Sed & univerſis „populis tam in agris quam in urbibus ma„gnam pecuniæ vim diſtribui juſſit Imperator „publicam feſtivitatem ob viceſimum imperii *cap.* 23. „ſui annum hac ratione concelebrans. Ve„rum cum cunctis inter ſe pacem colentibus „apud ſolos Ægyptios contentionis furor ar„debat, Imperator eos iterum ad ſe vocavit, „arbiter eorum fuit, eos muneribus honora„vit, & ſententiam, quam arbiter dixerat, „per epiſtolam ſignificavit, ſanciens ea, quæ „a Synodo decreta fuerant, eosque adhor„tans, ut concordiæ ſtuderent, nec Eccleſiæ „cor-

„corpus diſcerpere vellent: & hæc quidem „Imperator ſpeciali epiſtola eis ſuggeſſit. Sed „& alias pene innumerabiles ſcripſit epiſtolas, „nunc Epiſcopis præſcribens ea, quæ ad Ec- *cap.* 24. „cleſiarum Dei utilitatem ſpectabant, nunc „ipſas plebes compellans fratresque & conſer- „vos ſuos nominans Eccleſiæ populos vir bea- „tiſſimus.

6. „His ita geſtis Imperator Deo carus „aliud quidquam memorabile aggreſſus eſt in „Palæſtina: ſcilicet beatiſſimum illum Domi- „nicæ reſurrectionis locum, qui eſt Hieroſo- „lymis venerabilem cunctis mortalibus effice- „re, officii ſui eſſe exiſtimavit. Confeſtim „igitur ibi oratorium exſtrui mandavit ipſo „Servatore ejus animum incitante: quippe „impii quondam homines funditus abolere „venerandum hoc monumentum in animum „induxerant, ſtulte opinati, ſe hoc modo ve- „ritatem eſſe occultaturos, & plurima humo „advecta locum oppleverunt, & ſupra illud „ſolum in honorem laſcivi dæmonis, quem „Venerem vocant, obſcuram mortuorum „ſimulacrorum cavernam ædificaverunt. „Hunc igitur locum omnibus ſordibus purgari „præcepit Conſtantinus, & mox ædificia ad „decipiendos homines conſtructa cum ipſis „ſtatuis ac dæmonibus diruta ſunt ac diſſipa- „ta, & quam longiſſime extra fines regionis „projecta. Quin etiam divino quodam æſtu „incitatus juſſit, ut loco altiſſime effoſſo ſo- „lum ipſum dæmonum piaculis contaminatum „ſimul cum egeſta humo quam longiſſime ex-

Templum in loco reſurrectionis Chriſti extruit *cap.* 25.

cap. 26.

cap. 27.

„por-

cap. 28. „portaretur. Poſtquam vero locus, qui in „imo erat, apparuit, tunc vero ipſum ſan„ctiſſimum Dominicæ reſurrectionis monu„mentum præter omnium ſpem refulſit, & „miraculorum, quæ ibi quondam geſta fue„rant, hiſtoriam iis, qui ad ſpectandum con„fluxerant, manifeſtiſſime videndam exhi„buit, rebus ipſis Servatoris noſtri reſurrectio„nem teſtata. *cap.* 29. Confeſtim igitur Imperator „emiſſis conſtitútionibus, & liberali ſumptu „ſuppeditato circa ſalutarem ſpeluncam Deo „dignum templum regali magnificentia ex„ſtrui jubet, ac Rectoribus Provinciarum per „Orientem præcepit, ut impenſis copioſe ſub„miniſtratis magnificum opus illud efficerent: „ad Epiſcopum vero Hieroſolymitanum Ma„carium ejusmodi litteras dedit, quibus ſalu„taris fidei doctrinam apertiſſimis verbis ad„ſtruebat. *cap.* 30 -- 32.

Deſcriptio templi S. Sepulchri

7. „Igitur in ipſo Servatoris noſtri Marty„rio nova fabricata eſt Hieruſalem ex adverſo „veteris illius celeberrimæ, quæ poſt nefa„riam Domini cædem ultimam vaſtitatem ex„perta eſt, *cap.* 33. contra quam Imperator tropæum „victoriæ, quam Servator noſter de morte re„tulerat, ambitioſo cultu erexit. Primum „autem ſacram illam ſpeluncam utpote totius „operis caput exornavit, & magnificentia „eximiis columnis & maximo cultu decora„vit: *cap.* 34. transgreſſus inde eſt ad vaſtiſſimum lo„cum libero patentem cœlo, cujus ſolum „ſplendido lapide, ſeu marmore conſtravit, „longiſſimis undique porticibus ad tria latera *cap.* 35.

„addi-

lditis. Lateri orientali conjuncta erat Ba- *cap.* 36.
.ica opus admirabile in immenſam altitudi-
em elatum, & longitudine ac latitudine
axima expanſum, cujus interiora verſico-
ribus marmoris cruſtis obtecta ſunt, exte-
or vero parietum ſuperficies politis lapidi-
ıs probe inter ſe vinctis decorata. Ad cul-
ien vero & cameras quod attinet, exteriora
ıidem tecta plumbo obvallavit, interius
ıtem tectum ſculptis lacunaribus conſer-
ım totumque auro puriſſimo coopertum
niverſam Baſilicam velut quibusdam radiis
lendere faciebat. Porro ad utrumque la- *cap.* 37.
ıs geminæ porticus tam ſubterraneæ quam
ıpra terram eminentes totius Baſilicæ lon-
tudinem æquabant, quarum concamera-
ones auro perinde variatæ ſunt: Ex his,
ıæ in fronte Baſilicæ erant, ingentibus co-
mnis fulciebantur, quæ vero interiores,
iſſis magno cultu ornatis ſuſtinebantur.
ortæ tres ad orientem ſolem apte diſpoſitæ
troeuntium turbam exceperunt. E regio- *cap.* 38.
e harum portarum erat hemiſphærium,
ıod totius operis caput eſt, usque ad cul-
ien Baſilicæ protentum: cingebatur id duo-
ecim columnis pro numero ſanctorum Ser-
atoris noſtri Apoſtolorum, quarum capita
ıaximis crateribus argenteis ornata. Hinc *cap.* 39.
l eos aditus, qui ante templum ſunt, pro-
redientibus aream interpoſuit. Erant au-
m in eo loco primum atrium, deinde por-
cus ad utrumque latus: poſt has totius
peris veſtibula in media platea, in qua fo-
ım eſt rerum venalium. Hoc igitur tem-
„plum

cap. 40. „plum Imperator exſtruxit, nec dici poteſt,
„quot, quantisque ornamentis ac donariis ex
„auro, argento & gemmis illud venuſtaverit.

Templum in Bethlehem & monte oliveti ab Helena conſtructum

8. „Præterea ſpeluncam illam Bethlehe-
„miticam, in qua Servator noſter naſci vo-
„luit, Imperator convenienti honore affecit:
„& in altera ſpelunca Aſcenſionis Dominicæ,
„quæ in montis oliveti vertice contigerat me-
„moriam honoravit. Atque hæc loca magni-
„fico cultu exornans ſimul nomen matris ſuæ,
cap. 41. „cujus opera tantum bonum humano gene
„procurabatur, ad æternam poſterorum me-
cap. 42. „moriam conſecravit, quæ quamvis affecta
„jam ætate tamen juvenili animo properavit,
cap. 43. „ut terram veneratione dignam perluſtraret,
„& poſtquam Servatoris noſtri veſtigia debito
„cultu venerata eſt, duo ſtatim templa dedi-
„cavit, alterum ad ſpeluncam in qua natus
„eſt Dominus, alterum in monte, ex quo in
„cœlum aſcendit. Nec multo poſt Helena
„Auguſta religioſi Imperatoris mater religio-
„ſiſſima grandæva dignum laboribus ſuis præ-
cap. 44. „mium retulit. Quippe cum totum Orientem
„peragrat, innumera beneficia omnibus con-
„tulit, pauperibus quamplurima donavit,
„alios vinculis aut metallorum ærumnis affli-
„ctos exſolvit; quosdam violentia potentio-
„rum oppreſſos liberavit, nonnullos etiam ab
cap. 45. „exilio liberavit. Præterea in Eccleſiam aſſi-
„due ventitabat, ſacras ædes decorabat,
Helenæ obitus „ſuamque erga Deum religionem omni pio-
„rum operum genere declarabat. Denique
cap. 46. „annum ætatis agens circiter octogeſimum te-

„ſta-

„ſtamento facto ultimam voluntatem declara-„vit, hæredem relinquens unicum filium ſo-„lum Imperatorem, cum filiis cæſaribus ne-„potibus ſuis, quorum ſingulis bona ſua divi-„ſit, ac demum diem ultimum clauſit, aſtan-„te illi filio, omnique obſequiorum genere „matrem fovente, manusque ejus ample-„ctente: Cadaver autem illius cum ingenti *cap.* 47. „ſatellitum numero in regiam urbem per-„vectum ibidem in regali monumento depoſi-„tum eſt.

9. „Cum igitur Conſtantinus civitatem *Oratoria & imagines Conſtantinopoli erectæ* „nominis ſui ad ſummam gloriam extollere „ſtatuiſſet, plurimis eam oratoriis, ampliſſi-„misque martyriis, & ſplendidiſſimis ædibus „exornavit. Vidiſſes etiam ibi in fontibus in *cap.* 48. „medio fori boni paſtoris imagines, Danielis *cap.* 49. „effigiem una cum leonibus ære expreſſam, „& auri bracteis refulgentem, quin & in pa-„latii eminentiſſimo cubiculo in maxima tabu-„la, quæ in medio lacunaris inaurati expanſa „eſt, ſignum Dominicæ paſſionis ex auro pre-„tioſisque lapidibus elaboratum infixit. Ur- *cap.* 50. „bem item primariam Bithyniæ Nicomediam „magnificentiſſimæ Eccleſiæ monumento ex-„ornavit. In reliquis etiam provinciis præci-„puas urbes oratoriorum magnificentia illu-„ſtravit, exempli gratia Antiochiam, in qua „Baſilicam ad ſummam erexit altitudinem „figura octaedri conſtructam. In Palæſtina *cap.* 51. „item juxta quercum, quæ dicitur Mambre, „ubi Deus Abrahæ viſus eſt, baſilicam ædifi-„cari præcepit, datis litteris, quibus jubeba- *cap.* 52. 53

„tur, ut injunctum ſibi opus ad exitum per„ducere maturarent.

Idola diruta *cap.* 54. 10. „Gentilium vero ſuperſtitioſum errorem, omnibus modis ſtudebat convincere. „Itaque fanorum veſtibula nudabantur, aerea „ſimulacra ad riſum & ludibrium exponebantur. Simulacra vero ex auro fabrefacta e „medio ſuſtulit, & in ignem conjecta atque „conflata, ea quæ utilia in materia erant, re„ſervabat. *cap.* 55. Lucum etiam Veneri dicatum in „parte verticis Libani montis apud Aphaca „ſcholam nequitiæ & omnis impuritatis to„tum fuuditus everti juſſit. *cap.* 56. Templum item „Æſculapii Ægis deſtruxit. *cap.* 57. Itaque quotquot „antea ſuperſtitioſo cultui dæmonum addicti „fuerant, cum errorem ſuum confutatum ocu„lis ſuis viderent, alii ad ſalutarem Chriſti „doctrinam ſe conferebant, alii licet idem fa„cere nollent, majorum tamen cæremonias „utpote vanas condemnabant. *cap.* 58. Atque hæc in„ter præclara Imperatoris facinora merito re„cenſeamus, ſicut & illa quæ in variis pro„vinciis conſtituit. Cujusmodi illud eſt, quod „in urbe Phænices Heliopoli deſtructo Vene„ris fano primus Eccleſiam Chriſtiani cultus „conſtruxerit.

Tumultus Antiochiæ propter Euſtathium *cap.* 59. 11. „Verum cum ob hæc omnes in ſum„ma hilaritate vitam agerent, maximo incen„dio conflato Antiochenorum Eccleſia tragicis „quibusdam calamitatibus impleta eſt. Quip„pe cum populus quidem Eccleſiæ duas in „partes diviſus eſſet, reliqua autem civitas „cum

„cum magiſtratibus ac militibus hoſtili modo „inter ſe diſſideret, ventum eſſet ad gladios, „niſi divina Providentia & Imperatoris metus „plebis impetum repreſſiſſent (*ſcilicet ob Eu*„*ſtathium a ſede Antiochena ab Euſebianis deje*„*ctum*). Atque hic rurſus Principis clementia „medicinam orationis adhibuit, aliisque ſu„per alias ſcriptis litteris hortatus eſt eos, ut „paci ſtuderent, & monet eos, ut alterius lo„ci (*id eſt*, *Cæſareæ*) Antiſtitem (*Euſebium*) „nequaquam ſibi vindicare velint, ſed potius „juxta Eccleſiæ ritum eum Epiſcopum eli„gant, quem ipſe communis omnium Serva„tor deſignaverit. Unde epiſtolam ad Antio„chenos dedit, ne Euſebium Cæſarea abſtra„herent, ſed ut alium quærerent. Item ad „ipſum Euſebium ſcripſit, quibus eum lau„dat, quod Antiochenum Epiſcopatum repu„diaverit. Denique ad Synodum Antioche„nam epiſtolam dedit, ne Euſebius a Cæſarea „abſtrahatur.

cap. 60. *cap.* 61. *cap.* 62.

12. „Poſtquam vero ſublatis e medio diſ„ſenſionibus Eccleſiam Dei ad concordiam „Imperator revocavit, conſtitutionem adver„ſus hæreticos Novatianos, Valentinianos, „Marcioniſtas, Paulianos & Cataphryges edi„dit, & interdixit, nequis eorum impoſterum „conventus agere præſumat, atque idcirco „univerſa loca, in quibus ejusmodi cætus per„agebantur, auferri præcepit. Hoc igitur „modo hæreticorum cubilia imperiali præ„cepto diſſipata ſunt, & auctores eorum in „fugam acti: eorum vero qui ab ipſis decepti

Hæreſes ſublatæ *cap.* 63. *cap.* 64. *cap.* 65. *cap.* 66.

„fuerant, alii quidem Imperatoris minis per-
„territi ſpurio ſenſu in Eccleſiam irrepſerunt,
„alii vero ſincere ad ſpem meliorem transfuge-
„runt. Porro Eccleſiarum Antiſtites eos qui-
„dem, qui ſimulanter accedere tentabant,
„procul abigebant; eos vero, qui ſincere id
„agerent, aliquanto tempore exploratos ad
„ſacros conventus admittebant: ii vero, qui
„nullam in dogmatibus ſuis impietatem præ-
„ferrent, ſed quorumdam Schismaticorum
„culpa a communi ſocietate ſejuncti eſſent,
„ſine mora in Eccleſiam ſunt admiſſi.

DE VITA CONSTANTINI
LIBER IV.

Conſtantini beneficentia *cap.* 1.

1. „Poſt tot tantasque res ad amplificatio-
„nem Eccleſiæ Dei factas Conſtanti-
„nus civilia interim negotia haudquaquam
„neglexit, ſed omnium Provinciarum incolas
„continuis beneficiis afficere numquam deſti-
„tit, nunc quidem erga omnes paternam ex-
„hibens ſollicitudinem, nunc privatim ſingu-
„los variis ornans dignitatibus, nec a ſcopo
„umquam aberrabat, qui ab eo beneficium
„petebat: quippe alii pecunias, alii prædia
„impetrabant, alii conſulari, alii ſenatoria
cap. 2. „dignitate ornabantur. Præterea ex annuis
„tributis, quæ terræ nomine conferebantur,
„quartam detrahens partem, agrorum poſſeſ-
cap. 3. „ſoribus donavit. Jam vero cum nonnulli
„terræ deſcriptiones a ſuperioribus Principi-
„bus factas reprehenderent, agrosque ſuos
„nimium oppreſſos eſſe quererentur, peræ-

„qua-

„quatores mittebat, qui a ſupplicantibus dam-
„num depellerent. Quin etiam quoties inter *cap. 4.*
„duos litigantes ſententiam pronuntiaverat,
„ne forte cauſa cadens triſtior abſcederet,
„ex propriis bonis donabat interdum prædia,
„nonnumquam pecunias.

2. „Præterea barbaras nationes ſub impe- *Scythæ*
„rii Romani ditionem redegit, Scythas & *ſubacti*
„Sarmatas primus ſub jugum Romanum mi- *cap. 5.*
„ſit, quibus ſuperiores Imperatores tributum
„pendebant. At Sarmatas Deus ipſe Con- *Et Sar-*
„ſtantini pedibus ſubſtravit; nam cum Scythæ *matæ*
„bellum eis intuliſſent, Sarmatæ ſervos ſuos *cap. 6.*
„contra eos armaverant. Servi parta de ho-
„ſtibus victoria arma in dominos vertere cæ-
„perunt, cunctosque patriis ſedibus expule-
„runt. Hi vero nullum alium ſalutis portum
„quam Conſtantinum repererunt, qui univer-
„ſos intra fines Romani imperii recepit, &
„idoneos militaribus copiis adſcripſit, reliquis
„ad neceſſaria vitæ ſubſidia agros colendos aſ-
„ſignavit. Hac ratione Deus plurimas bar-
„barorum gentes ejus adjunxit imperio:
„quippe ex omnibus locis legati continue ad *cap. 7.*
„eum accedebant pretioſiſſima dona offeren-
„tes, inter quos Blemmyes & Indi atque
„Æthiopes conſpiciebantur, & alii coronas
„aureas, alii diademata gemmis conſerta, alii
„pueros flava cæſarie conſpicuos, quidam
„barbaricas veſtes auro & floribus intextas,
„hi equos, illi clypeos & haſtas longas, &
„ſagittas & arcus afferebant: ille vero a ſin-
„gulis oblata accipiens tanta eis viciſſim do-

„nabat, ut momento eos ditiſſimos redderet: „ſed & eorum nobiliſſimos Romanis dignitati„bus ornabat, adeo, ut plerique illorum hic „apud nos manere maluerint. Jam vero cum „Rex etiam Perſarum Sapor per legatos noti„tiam ambiret Conſtantini, donaque ad eum „miſiſſet pacis & amicitiæ ſigna, eum Impe„rator munerum magnificentia longe ſupera„vit. Cumque apud Perſas crebras eſſe Ec„cleſias Dei accepiſſet, & numeroſam fide„lium multitudinem ad illa etiam loca provi„dentiam ſuam extendit, & in gratiam Chri„ſtianorum illic agentium ad Saporem Perſa„rum regem litteras dedit.

Sapori regi Perſarum Conſtantinus Chriſtianos commendat

cap. 8.

cap. 9--13

Conſtantini pietas

cap. 14.

3. „In hunc modum cum omnes ubique „gentes unius gubernatoris regerentur indu„ſtria, cuncta poſthac tranquillam vitam age„bant, Imperator vero cum piorum hominum „preces ad ſalutem reipublicæ plurimum va„lere æſtimaret, eas quoque neceſſario conci„liandas ſibi putavit. Itaque & ipſe ſupplex „Dei opem imploravit, & Præſidibus Eccle„ſiarum præcepit, ut pro ſe preces ad Deum „funderent, quin & in aureis nummis expri„mi ſe juſſit vultu in cœlum ſublato & mani„bus expanſis inſtar precantis: in ipſa vero „regia juxta quasdam januas in imaginibus „ad ipſum veſtibuli faſtigium poſitis depictus „eſt ſtans defixis quidem in cœlum oculis, „manibus autem expanſis precantis in mo„dum, quin etiam lege lata vetuit, imagines „ſuas in idolorum templis dedicari, ne forte „errore vetitæ ſuperſtitionis, vel inani ſpecie

cap. 15.

cap. 16.

„tenus

„tenus inquinaretur. Præterea in palatio ſuo „veluti Eccleſiam Dei conſtituit, ac diligentia „quidem præibat cunctis, qui in Eccleſiam il„lam erant adſcripti, & ſacros codices in ma„nus ſumens oracula a Deo edita attento ani„mo meditabatur: poſthac ſolemnes preces „cum univerſo aulicorum cœtu recitabat. *cap.* 17.

Cultus Dominica & feſtorum *cap.* 18.

4. „Diem vero precationibus congruum „haberi conſtituit eum, qui revera Dominicus „eſt & ſalutaris. Item Diaconos & Deo con„ſecratos miniſtros, qui vitæ gravitate & re„liquis virtutibus ornati eſſent, totius domus „cuſtodes ordinavit. Denique Protectores fidi „Imperatorem pietatis magiſtrum habebant, „& Dominicum diem perinde honorabant, „eoque die precationes Imperatori gratas ad „Deum fundebant, reliquos etiam mortales „ad idem faciendum incitavit, atque ob hanc „cauſam cunctis præcepit, ut die Dominico „feriarentur, utque diem qui eſt pridie Sab„bati ſimiliter honorarent in memoriam earum „rerum, quæ a communi omnium Servatore „illis diebus geſtæ eſſe perhibentur: & ita „fidelibus otium indulſit, quo absque ullo „impedimento orationibus vacarent, reliquis „vero, qui divinæ fidei doctrinam nondum *cap.* 19. „ſuſceperant, altera lege præcepit, ut Domi„nicis diebus in campum purum procederent, „& precationem, quam antea didiciſſent ſimul „omnes ſigno dato ad Deum funderent, cu„jus formulam ipſe Imperator cunctis militi„bus tradidit jubens, ut latino ſermone om„nes pronuntiarent ad hunc modum: Te ſo-

cap. 20. „lum agnoſcimus Deum: Te regem profite„mur: Te adjutorem invocamus. Tui mu„neris eſt, quod victorias retulimus, quod „hoſtes ſuperavimus. Tibi ob præterita jam „bona gratias agimus, & futura a te ſpera„mus: Tibi omnes ſupplicamus, utque Im„peratorem noſtrum Conſtantinum una cum „piiſſimis ejus liberis incolumem & victorem „diutiſſime nobis ſerves, rogamus. Hæc die
cap. 21. „ſolis a militibus pronuntiari præcepit, & „etiam in ipſis armis ſalutaris tropæi ſignum „juſſit effingi.

Feſti Paſchatis cultus cap. 22. 5. „Ipſe vero ſacrorum myſteriorum parti„ceps in intimis palatii ſui penetralibus ſtatis „horis ſeſe includens ſolus cum ſolo colloque„batur Deo, & in genua provolutus ea, qui„bus opus haberet, ſupplici prece poſtulabat. „In ipſis autem ſalutiferæ feſtivitatis diebus „diſciplinæ atque exercitiorum vigorem in„tendens cæteris omnibus præibat ad feſti ce„lebrationem. Sacram autem vigiliam in „diurnum ſplendorem converterat accenſis „tota urbe cereorum columnis: ſimul vero ac „dies illuxerat, Servatoris noſtri beneficen„tiam imitari ſtudens univerſis provinciis opu„lentiſſima donabat omnibus munera. Cæte-
cap. 23. „rum cunctis ſub Romano imperio degentibus „occluſæ erant fores cultus ſimulacrorum, & „quodvis ſacrificiorum genus interdictum. „Miſſa quoque lex eſt ad Præſides Provincia„rum, ut diem Dominicum & ipſi venerarentur: iidem feſtos Martyrum dies juſſu Prin„cipis obſervabant, & Eccleſiaſticarum feſti„vita-

„vitatum tempora honore debito proſequebantur.

6. „Quocirca non abſurde Imperator cum „Epiſcopos aliquando convivio exciperet, ſe „quoque Epiſcopum in iis, quæ extra Eccle„ſiam geruntur, eſſe dixit. Hinc eſt, quod „crebris legibus interdixit omnibus, ne ſimu„lacris ſacrificarent; ne vates conſulerent; ne „ſimulacra erigerent, aut arcana ſacra pera„gerent, & ne cruentis gladiatorum ſpectacu„lis urbes contaminarent. Cumque Ægyptii „& Alexandrini fluvium ſuum miniſterio quo„rumdam hominum effeminatorum colere „conſueviſſent, lex ad eos data eſt, ut omnis „Androgynorum natio tamquam adulterina e „medio tolleretur, nec usquam conſpiceren„tur ii, qui hujusmodi impudicitiæ morbo „laboraſſent. Sed quoniam ſuperſtitioſi ho„mines exiſtimabant, Nilum poſthac agros „ſuos minime irrigaturum, Imperatoris legi „favens Deus, contrarium prorſus, quam „ſperaverant, præſtitit. Præterea orbos an„tiquæ leges, ſeu liberis deſtitutos hæredita„tis patrum ademtione plectebant. Imperator „vero hoc abrogato jure ſanctam legem tulit, „eos quibus naturalis infirmitas liberos de„negavit, commiſeratione potius, quam pœ„na afficiendos: qui vero virginitatem colen„tes puriſſimæ vitæ ſe mancipant, non mul„cta, ſed admiratione dignos eſſe. Præterea „antiquas leges de teſtamentis ſub verborum „certis formulis faciendis correxit. Item le„gem tulit, ne Chriſtianus ullus ſerviret Ju„dæis,

Leges contra gentiles cap. 24. cap. 25.

cap. 26.

cap. 27. „dæis, ſed ſubito libertate donaretur. J
„vero Epiſcoporum ſententias in Conci
„promulgatas auctoritate ſua confirmav
„adeo ut Provinciarum rectoribus non lic
„Epiſcoporum decreta reſcindere. Hujusn
„di pene innumeras ſubditis ſuis promul
„vit, ſeque erga omnes æquum ac civil
„bene de cunctis merendo præbebat.

Conſtantini liberalitas & lucubrationes *cap.* 28.

7. „Sed præcipue in Eccleſias Dei pluri
„contulit dona, nunc agros, nunc anno
„in alimoniam pauperum & veſtitum l
„giens: præ cæteris vero eos magis hono
„bat, qui ſe totos divinæ Philoſophiæ ad
„xiſſent, & ipſum ſanctiſſimum perpetuan
„Dei Virginum cætum honorabat, in quan
„mentibus Deum habitare pro certo habeb
cap. 29. „Quin & totas interdum noctes vigil tradu
„bat, ſuam mentem divinarum rerum me
„tatione inſtruens, & per otium ſcriben
„orationibus vacans crebras habebat conc
„nes, quarum partitionem ita faciebat,
„primum refutationem erroris gentilium
„multis diis colendis quaſi fundamentum ſu
„ſterneret: poſt hæc de ſingulari imperio I
„differebat. Tum ſermonem faciebat de p
„videntia, qua & univerſa reguntur & ſingu
„Hinc ad ſalutarem progrediens diſpenſat
„nem (Incarnationem) hanc quoque neceſ
„ria & convenienti ratione factam fuiſſe oſt
„debat. Inde orationis curſum promoven
„diſputationem de divino judicio aggredieb
„tur. Quo in loco auditorum animos grav
„ſime perſtringebat: nonnullis etiam e fan

„li

laribus ſuis denuntiabat, ipſos actorum ſuorum rationes Deo reddituros, imo quemdam manu apprehenſum his aliquando verbis compellavit: Quousque tandem, heus tu, cupiditatem extendimus? deinde cum haſta humani corporis ſtaturam humi delineaſſet: etiamſi inquit, cunctas ſæculi divitias tibi comparaſſes, tamen nihilo plus, quam hoc a me deſcriptum terræ ſpatium ablaturus es, ſi modo hoc etiam tibi conceſſum fuerit. Quia vero tum nullus erat extremi judicii metus, Imperatore in clementiam propenſo, ſed ex Provinciarum rectoribus nemine crimina coercente publica adminiſtratio an jure an injuria non mediocrem reprehenſionem ſubiit. *cap.* 30. *cap.* 31.

8. „Non ſolum autem Conſtantinus latino ſermone orationes componebat, ex quibus illa eſt, quam ad Sanctorum cætum inſcripſit, ſed etiam cum aliquando nos de Salvatoris noſtri ſepulchro dicentes audire vellet, ſtans ipſe ſolio regali repudiato una cum cæteris orationem audivit. Deinde de conficiendis ſacris codicibus & de feſto Paſchali ad nos epiſtolam ſcripſit: nam cum nos librum quemdam, quo arcana illius feſti ratio (*ſeu computus Paſchalis*) erat expoſita, ei nuncupaſſemus, nos reſponſionis ſuæ honore viciſſim remuneratus eſt. Ad hæc etiam de parandis divinis Codicibus ad Eccleſiaſticas lectiones litteras dedit, cujus dicta continuo opus ipſum excepit, cum nos in voluminibus magnifice exornatis terniones & quaterniones ad eum miſiſſemus. *Sacri Codices confecti* *cap.* 32. *cap.* 33. *cap.* 34. *cap.* 35. *cap.* 36. *cap.* 37.

9. „Quod

Conſtantia urbs facta cap. 38. 9. „Quod ipſum altera Imperatoris re„ſponſio teſtabitur, in qua cum forte ei nun„tiatum fuiſſet urbem apud nos Conſtantiam „priſtinum ſuperſtitionis errorem abjeciſſe, „gaudere ſe ſignificavit: unde & civitatis no„men accepit, cum antea vicus eſſet, & pri„ſtinum nomen cum præſtantiore vocabulo „religioſiſſimæ videlicet ſororis Principis com„mutavit. *cap.* 39. Idem quoque pluribus in locis fa„ctitatum, uti in urbe quadam Phœnices, „quæ Imperatoris nomine appellatur, cujus „incolæ ſalutarem religionem amplexi ſunt. „Sed in reliquis Provinciis innumeri ad ſalu„tarem Dei cognitionem ſeſe transferentes Ec„cleſias a fundamentis ædificantes priſtinum „errorem mutaverunt.

Dedicatio Baſilicæ Hieroſol. cap. 40. 10. „Annus jam imperii Conſtantini trice„ſimus peragebatur. Tres autem ejus Filii „variis temporibus conſortes imperii fuerant „renuntiati. Primus Conſtantinus decimo „circiter paterni imperii anno hunc honorem „ſortitus eſt. Secundus Conſtantius circa pa„rentis ſui vicennalia Cæſar eſt declaratus. „Tertius Conſtans triceſimo circiter paterni „principatus anno ad hoc faſtigium eſt eve„ctus: quo tempore tricennalium ſuorum „ſummo omnium regi gratias acturus opti„mum factu judicabat, ſi ejus martyrii, quod „ſingulari magnificentia conſtruxerat Hieroſo„lymis dedicationem celebraret. *Synodus Tyri cap.* 41. Verum in„vidus dæmon hujus celebritatis nitorem tur„bare conatus eſt, Eccleſiarum Ægypti ſta„tum contentionibus ſuis iterum concutiens.

„Sed

Sed enim Deo carus Imperator collectam plurimorum Antiſtitum Synodum dæmoni objecit, Epiſcopis ex univerſa Ægypto, Lybia, Aſia & Europa convenire juſſis, primum quidem ad dirimendam controverſiam, exinde vero ad ſupradicti martyrii dedicationem. Proinde mandavit iis, ut obiter in civitate Tyri, quæ totius Phœniciæ caput eſt, controverſias componerent, per litteras ad eos ſcriptas. Cumque hæc præcepta executioni mandarentur, alius ab Imperatore nuntius ſupervenit, qui oblatis imperialibus litteris Synodum hortatus eſt, ut nulla interpoſita mora omnes quamprimum Hieroſolymam properarent. Cuncti igitur publico curſu eo contendere cæperunt, qui ſumptibus ab Imperatore ſubminiſtratis feſtivitatem illuſtrarent, quos Marianus Tribunus & Notarius ſingulari comitate & magnificentiſſimis conviviis honorifice excepit, pauperibus vero utriusque ſexus infinitæ multitudini magnam pecuniæ vim & plurimas veſtes diſtribuit, & ipſam Baſilicam regalibus donariis magnifice exornavit. At Sacerdotes partim precationibus, partim ſermonibus feſtivitatem ornabant. Ibi nos quoque variis ſermonibus ſolemnitatem decoravimus, nunc regalis fabricæ decorem ſcriptis enarrantes, nunc propheticorum oraculorum ſenſus accommodate ad præſentes figuras interpretantes. Cæterum qualis forma Baſilicæ Servatoris, quanta elegantia & donaria ex auro, argento & gemmis fuerint, peculiari opere executi ſumus. Hanc porro Synodum

cap. 42. *cap.* 43. *cap.* 44. *cap.* 45. *cap.* 46. *cap.* 47.

„om-

„omnium maximam Imperator Hieroſol
„congregavit, poſt primam illam quam N
cap. 48. „in Bithynia collegerat. His omnibus c
„ctis, cum quidam ex numero Sacerd
„Imperatorem coram beatum pronuntiar
„eſt veritus, ille id ægre paſſus hominen
„monuit, ne his verbis uti præſumeret,
„potius ſupplex Deo vota faceret, ut ta
„hac quam in futura vita cenſeri inter f
„los Dei mereretur.

Legatio ab Indis miſſa & nuptiæ filiorum *cap.* 49. *cap.* 50.

11. „Abſoluto jam triceſimo imperii
„ſecundi filii nuptias celebravit, cum ma
„natu nuptias dudum antea celebrav
„Eodem tempore Indorum Orientem inc
„tium legati advenere dona afferentes, é
„ras forma atque indole a noſtris penitu
„ſcrepantes, quæ omnia Imperatori offe
„tes erectis etiam in ejus honorem ſtatuis
„peratorem ac regem ſe illum agnoſcere
Diviſio regni in tres filios *cap.* 51. „fitebantur. Cum igitur utrumque termi
„orbis terrarum ſub poteſtatem ſuam red
„ſet, & totius imperii ſummam in tres f
„diviſit: & avitam quidem ſortem ma
„natu: alteri vero orientis imperium:
„diam inter has portionem regni tertio
„tribuit. Præterea autem pietatis ſemin
„inſperſit, partim divinis documentis eos
„imbuens, partim magiſtros eis appo
„compertæ religionis viros. Sæcularium
„que diſciplinarum peritiſſimos artis bell
„& jurisprudentiæ doctores eisdem præ
cap. 52. „Porro cum infirma adhuc ætate Cæſare
„ſent, conſiliarii iis adjuncti rempublicam

„bernabant, verum ubi ad virilem ætatem per-
„veniſſent, ſolius patris magiſterium eis ſuffe-
„cit, qui nunc præſentes admonitionibus, ab-
„ſentes vero per litteras ad æmulationem ſui
„provocabat.

12. „Tandem cum beatiſſimus Princeps *Conſtanti-*
„hæc quoque conſtituiſſet, Deus bonorum *ni ætas*
„omnium diſpenſator fatalem ejus vitæ finem *cap.* 53.
„impoſuit. Ac imperii quidem curriculum
„duobus & triginta annis explevit exceptis
„menſibus ac diebus paucis, vitæ vero ſpa-
„tium duplo fere longius fuit, qua in ætate
„corpus ei ab omni morbo & labe vacuum
„fuit, & tum decorum aſpectu, tum ad quid-
„vis agendum viribus pollens: animus ſimili- *cap.* 54.
„ter ad ſummum humanæ perfectionis culmen
„pervenerat, quippe qui omnibus dotibus or-
„natus erat, præcipue vero humanitate,
„quam tamen multi reprehendebant, ob exu-
„berantem malitiam improborum: cum enim
„inſita Imperatori humanitas eo ipſum addu-
„ceret, ut crederet fictæ in ſpeciem pietati
„hominum illorum, qui pro Chriſtianis habe-
„bantur, & qui ſinceram erga ipſum benevo-
„lentiam callida mente ſimulabant, & illis ſe-
„metipſe credidiſſet, interdum fortaſſe in ea,
„quæ parum decora eſſent, impegit maligni
„dæmonis invidia hanc velut maculam reli-
„quis ejus laudibus aſpergente. Verum illos
„divina juſtitia non multo poſt merito ſuppli-
„cio affecit. Imperator vero ad ultimum uſ- *Conſtanti-*
„que diem vitæ orationes conſcribebat, con- *ni ſermo-*
„ciones habebat, & divina documenta audi- *nes*
„tori- *cap.* 55.

„toribus inſinuabat, legesque ferebat aſſiduè: „& cum extremus vitæ dies ipſi jam impenderet funebrem quamdam orationem recitavit; in eaque de immortalitate animi diſſeruit, & de pœna juſtorum, & pœna improborum.

Bellum contra Perſas parat *cap.* 56.

13. „Cum vero circa hæc tempora de motu barbarorum ad orientem degentium nuntius allatus eſſet, Perſis bellum inferre ſtatuit. Quare copias undique excitavit, & „Epiſcopos continuis apud Deum ſupplicationibus una cum illo pugnaturos ſecum aſſumſit. Deinde tabernaculum in ſpeciem Eccleſiæ ambitioſo cultu ad hujus belli uſum præparavit, in quo preces ad Deum victoriæ „Auctorem una cum Epiſcopis fundere decreverat. *cap.* 57. Cum autem Perſæ Imperatorem bellum parare comperiſſent, & cum illo congredi vehementer reformidarent, miſſis legatis pacem ab eo poſtulaverunt, quam cum „eis Imperator pacis amandiſſimus libenter pepigit. Aderat jam magna paſchalis feſti „ſolemnitas, in qua Imperator vota Deo perſolvens pernoctavit.

Eccleſia S.S. Apoſtol. Conſtantinopoli extruitur *cap.* 58. *cap.* 59.

14. „Poſt hæc in memoriam Apoſtolorum „Martyrium ædificare cæpit in urbe ſibi cognomine cumque illud in immenſam altitudinem extuliſſet, a ſolo ad cameram uſque „marmoreis cruſtis illud operuit, cameram „vero totam auro imbracteavit, æsque tegularum loco impoſuit. Circa ipſum templum „ingens erat area patente deſuper cœlo, cu-

„jus

„jus ad quatuor latera porticus erant ſibi in-„vicem conjunctæ quibus habitacula ad uſum „cuſtodum erant applicita. Hæc omnia dedi-„cavit Imperator, ut Apoſtolorum memoriam „poſteris commendaret: imo ipſe hunc locum „ſibi poſt mortem pro ſepultura deſignavit, ut „precationum, quæ in honorem Apoſtolorum „ibi celebrandæ erant, etiam mortuus parti-„ceps fieret. Nec vero Deus eum expectatio-„ne ſua fruſtratus eſt, nam cum Paſchalis fe-„ſti exercitationes obiiſſet, Deus opportune „tandem eum ad meliorem ſortem transferre „dignatus eſt. *cap. 60.*

15. „Principio quidem inæqualis corporis „intemperies, poſt hæc morbus eum invaſit. „Itaque ad aquas calidas civitatis ſuæ pro-„greſſus inde Helenopolim delatus eſt, ibique „in templo Martyrum preces obtulit Deo. „Cumque extremum vitæ diem ſibi jam im-„minere ſentiret, tempus tandem adeſſe exi-„ſtimavit, quo totius vitæ delicta expiaret, „firmiſſime credens, quæcunque humanitus „peccaviſſet, arcanorum verborum efficacia „& ſalutari lavacro penitus eſſe delenda. Un-„de genu flexo humi procumbens veniam a „Deo ſupplex popoſcit, peccata ſua confitens, „& in eodem Martyrio manuum impoſitionem „cum ſolemni precatione primum meruit ac-„cipere (*id eſt, Catechumenus factu eſt*). Hinc „ad ſuburbana Nicomediæ progreſſus convo-„catis Epiſcopis Baptiſmum petiit, illi autem „divinas cæremonias peregerunt, injunctisque „ei, quæcunque neceſſaria erant, ſacrorum *Conſtantini morbus & Baptiſmus cap. 61.* *cap. 62.*

„myſteriorum participem eum fecere, & poſt-
„quam omnia rite impleta ſunt, candidis ac
„regiis veſtibus eſt amictus, & candidiſſimo
„in lecto recubuit, nec purpuram amplius
cap. 63. „contingere voluit: & poſt hæc ſublata voce
„precabundus gratias egit Deo, ſubjiciens:
„nunc me revera beatum eſſe nunc immortali
„vita dignum cognoſco. Cumque duces mili-
„tarium copiarum introgreſſi dolentes vicem
„ſuam longiorem ei vitam comprecarentur,
„nunc demum veram ſe vitam adeptum eſſe
„dixit. Singula deinde diſpoſuit, ac Roma-
„nis quidem incolis annua munera legavit,
cap. 64. „ſuis autem liberis imperium reliquit. Porro
„hæc omnia gerebantur in ſolemnitate ſacra-
„tiſſimæ Pentecoſtes, quæ ſeptenario hebdo-
„madum numero decorata unitate obſignatur,
„in qua ultima die Imperator circa meridiem
„migravit ad Dominum.

Conſtantini funus cap. 65.

16. „Et Protectores quidem omnisque ſti-
„patorum turba planctu & lamentis eum, ut
„Dominum, Imperatorem, & Patrem incla-
„mabant: Tribuni vero & Centuriones Serva-
„torem prædicabant; reliqui exercitus ut pa-
„ſtorem deſiderabant: plebs vero per civita-
„tem diſcurrens animi ſui dolorem vociferа-
cap. 66. „tione abunde ſignificabat. Poſt hæc milites
„ſublatum e lecto corpus in arca aurea depo-
„ſuerunt, eamque purpurea obtectam veſte
„Conſtantinopolim deportarunt, atque in præ-
„cipuo imperialis palatii cubiculo ſublimem
„collocaverunt: dehinc aurea ſuper candela-
„bra luminibus undique accenſis admirabile

„ſpe-

pectaculum intuentibus præbebatur. Quippe Imperatoris funus regiis inſignibus exornatum multi noctu & interdiu vigiles cuſtodiebant, Duces vero exercitus, comites & reliqui Judices Imperatorem in arca depoſitum perinde ac vivum genu flexo poſt obitum ſalutabant. *cap. 67.* Interea tribuni lectos quosdam ex militaribus numeris ad Cæſares mittunt, geſta nuntiaturos, omnes vero exercitus uno conſenſu decreverunt, neminem præter ejus liberos Imperii Romani Principem habituros, nec multo poſt eos non Cæſares ſed Auguſtos appellari voluerunt. *cap. 68.* Romæ vero Senatus populusque Romanus ob Imperatoris mortem nullum luctui modum fecere, & imaginibus dedicatis mortuum perinde ac ſuperſtitem honorabant, in quibus cum cœli ſimilitudinem expreſſiſſent in tabula, ipſum ſupra cœleſtes fornices in ethereo domicilio requieſcentem pinxere, magnisque clamoribus poſtulabant, ut Imperatoris ſui funus apud ſe haberent. *cap. 69.* At ſecundus ex filiis Conſtantius ad patris funus cum adveniſſet, in urbem patri cognominem illud devexit ipſe exequias præcedens. *cap. 70.* Præibant per catervas diſpoſiti numeri militares: pone ſequebatur innumerabilis hominum multitudo: haſtati vero & ſcutarii ipſum Imperatoris corpus medii cingebant, & poſtquam ad Apoſtolorum Eccleſiam perventum eſt, arcam illic depoſuerunt.

17. „Ubi vero ille cum militaribus numeris abſceſſit, miniſtri Dei cum tota fidelium *Exequiæ & Miſſa*

pro defuncto Conſt. cap. 71. „plebe in medium prodiere, & divini cultus „cæremonias precationibus peregerunt. Ac „beatus quidem Princeps alto in ſuggeſtu ja„cens laudibus tunc celebrabatur, innumera„bilis autem populus una cum Sacerdotibus „Dei non ſine lachrymis pro Imperatoris ani„ma preces offerebant Deo, gratiſſimum pio „Principi officium exhibentes. Porro in hoc „etiam Deus erga famulum ſuum benevolen„tiam declaravit, quod locum juxta Apoſto„lorum memoriam ei conceſſerit, divinisque „cæremoniis, ac myſtico ſacrificio, & ſancta„rum precum communione potiri meruerit, „& etiam poſt mortem quaſi redivivus univer„ſum orbem gubernet, non quemadmodum

cap. 72. Phœnix. „illa Ægyptiaca Phœnix, quæ ex ſuis favillis „renaſci dicitur, ſed potius exemplo Serva„toris ſui, qui inſtar tritici ſati ſpicam protu„lit, & univerſum orbem fructibus ſuis imple„vit. Ad hunc modum beatiſſimus Princeps „per ſucceſſionem liberorum multiplex factus „eſt ex uno, adeo ut paſſim in omnibus Pro„vinciis imagines ei ſimul cum filiis honoris

cap. 73. „cauſa ſtatuantur. Quin etiam nummi hujus„modi forma ſignati ſunt, anteriore quidem „parte beatum Principem obtecto capite præ„ferentes; altera vero in quadrijugo curru ſe„dentem, & porrecta ipſi cælitus dextra ad

cap. 74. „ſuperos aſſumtum. Ita Deus declaravit, „quantum inter Chriſti cultores, & ejus ho-

cap. 75. „ſtes intereſſet, dum ſolus Conſtantinus tum „in hac vita, tum poſt mortem ea conſequi „meruit, quæ nullus ante eum Imperator „adeptus eſſe perhibetur.

EUSE-

EUSEBII PAMPHILI
DE
AUDIBUS IMPERATORIS CONSTANTINI ORATIO IN TRICENNALIBUS HABITA.

§. I.
Argumentum.

Euſebius poſt libros de vita Conſtantini adjunxit orationem ejusdem ad cætum Sanorum habitam, quam inferius recenſebimus, : orationem in laudem hujus Imperatoris, uam ipſe Euſebius coram illo habuit in feſtitate anni trigeſimi imperii ipſius, in qua ei laudes, providentiæ ejus miracula, & Inrnationis myſterium fuſius, quam Conſtanni elogia proſequitur, quas tantum ab ejus rtutibus deſumpta hinc inde immiſcet: quæ 'atio omnium Euſebii operum eloquentiſſium eſt, & una cum hiſtoria Eccleſiaſtica uſebii a Valeſio edita fuit.

§. II.
ANALYSIS.

„Eſt hæc quidem ſummi Imperatoris feſtivitas, in qua nos ejus famuli exultamus: feſtivitatis autem auctor nobis eſt ſummus ipſe Imperator, qui ultra univerſa conſiſtit omnium altiſſimus & immenſus. Hunc ergo maximum Imperatorem a Victore *Deus ſupremus omnium Imperator cap. I.*

„noſtro Auguſto hymnis quoque celebrari „conſcius cum ſim, recte mihi facere videor: „hunc etiam Dei amandiſſimi Cæſares om„nium bonorum ſuorum fontem agnoſcunt, „ita ſcilicet a parente ſuo inſtituti: Hunc om„nes in Eccleſiam convenientes rite colunt, „& univerſum hominum genus, licet in aliis „rebus diſſentiant, in hac tamen ſola confeſ„ſione conſentiunt, hunc unum & ſolum na„turali ratione, & notionibus ſibi inſitis, nec „ullius magiſterio traditis invocantes Deum. „Hunc ergo maximum Imperatorem totus „ſimul mundus hymnis proſequitur. Ipſe de„nique in omnibus & ante omnes, & poſt „omnes (*ſcilicet ſecundum humanam naturam*) „Unigenitus ejus Filius, ac Servator, præe„xiſtens, magnus, magni Dei Pontifex, om„ni tempore antiquior, & omni ævo, Patris „ſui cultui devotus pro omnium ſalute ei ſup„plicat. (*prout homo eſt*) Qui eſt totius mun„di Dominus ſuper omnia & in omnibus tam „viſibilibus quam inviſibilibus incedens Dei „ſermo, a quo hic noſter Imperator imperii „imaginem gerens terrena moderatur.

Conſtantinus Chriſti imitator *cap. 2.*

2. „Et ille quidem Unigenitus Dei ſermo „a ſæculis principio carentibus ad infinita ſæ„cula regnat cum Patre: noſter vero Impera„tor multis jam annorum curriculis terras re„git. Ille mundum univerſum ac cœleſte re„gnum Patri ſui aptiſſimum comparat: Hic „omnes imperio ſuo ſubjectos ad Unigenitum „Dei ſermonem adducens idoneos ad ejus re„gnum efficit. Ille rebelles aereas poteſtates

„ab

„ab ovili ſuo expellit: Hic apertos veritatis „hoſtes bello deviſtos pœna afficit. Ille ſoda„les ſuos rationales reddit, & paterni regni „ſcientia inſtructos: Hic univerſum genus hu„manum ad cognitionem Dei revocat. Ille „cœleſtes paterni regni portas hinc eo migran„tibus aperit: Hic poſtquam terrenum impe„rium errorum ſordibus purgavit, piorum ho„minum cætus in ſacras baſilicas invitat, & „tertio jam decennalium circuitu a Deo hono„ratus gratias Deo agens acceptam illi victi„mam ſuum videlicet regium animum, ac „mentem Deo digniſſimam conſecrat, dum „partim veris ſententiis pietatem confirmat, „partim orationibus laudes Dei prædicat.

3. „At Deus hujusmodi delectatus hoſtia „venerandi hujus ſacrificii Antiſtitem collau„dat, multosque annorum circuitus ejus im„perio adjicit, ſua in eum beneficia adaugens, „omnesque unius illius imperio ſubjacere de„cernit, monarchiæ Dei quadam effigie ad„umbrata. Porro imperium ſingulare ſupra „omnes ſtatus eminet, & multorum æquali „inter ſe poteſtate præditorum dominatio tu„multus potius dici debet, Proinde unus „Deus, unus Rex, unusque ſermo ejus, qui „omnibus, qui ſub ipſo ſunt, Patris regnum „diſponit; illeque cuncta permeans, & Patris „beneficia copioſe in univerſos extendens ſimi„litudinem regii principatus produxit, & in„explicabili quadam virtute univerſum terra„rum orbem prædicatione ſua implevit, ter„reni regni ſimilitudine exprimens regnum

Deus imperii auctor cap. 3.

cap. 4.

„cœlorum: Ad quod ipſe univerſum genus „humanum incitat, hac fiducia bonaque ſpe „omnibus oſtentata.

Imperatoris virtutes cap. 5.

4. „Cujus quidem ſpei noſter hic Impera„tor etiam in hac vita ſit particeps, quippe „qui innatis virtutibus a Deo exornatus ſit, „etenim rationalis quidem eſt ex univerſali „ratione; ſapiens vero participatione divinæ „ſapientiæ: bonus bonitatis illius communio„ne: juſtus illius participatione juſtitiæ: tem„perans ex illo temperantiæ exemplari; fortis „vero divinæ virtutis beneficio. Hic ergo „Jure Imperator vocabitur, qui animum ſuum „omnibus virtutum coloribus, ad cœleſtis im„perii ſimilitudinem effinxit, qui autem oppo„ſitis vitiis mancipatus fuerit, licet tyrannica „violentia dominari videatur, revera tamen „Imperator numquam merito dicetur. Solus „ergo hic noſter Imperator verus Imperator „prædicetur, qui ſolus liber ſeu reipſa Domi„nus eſt, qui & pecuniarum cupiditate, & „mulierum amore ſuperior eſt, qui non ira„cundiæ ſuccumbit: qui ad primitivum illud „exemplar ſummi omnium Imperatoris effi„ctus eſt, & effuſum ex illo virtutum ſplen„dorem velut in ſpeculo refert, ex his forma„tus, temperans, bonus, juſtus, fortis, pius, „amator Dei, ſapiens. Hic vere Imperator, „qui noctu atque interdiu cœleſtem invocat „patrem, qui cœleſtis regni flagrat deſiderio. „Sed & populorum acclamationes & voces „adulatorum moleſtiæ magis deputat quam „voluptati.

5. „Por-

5. „Porro Deus velut pignora quædam „futuræ remunerationis ei in anteceſſum præ„bens tricennales ipſi coronas tribuit. Inte„rim vero dum mortales exultant, non ab„ſurdum fuerit, cœleſtes etiam choros cum „terrenis gaudio exilire, ipſumque adeo uni„verſorum regem inſtar optimi patris lætitia „affici credibile eſt, dum bonos filios Deum „rite colentes videt: atque ob id annos impe„rii ſui in ultimum ævum producet, quod nec „ſeneſcit umquam nec interit, ſemper exi„ſtens, & ſuis partibus ſeu potius partium ex„pers, quod tamen Deus variis numeris illi„gavit, & multiforme effecit. Nam primum „quidem informem materiam in eo condidit, „deinde in materia qualitatem creavit, & „poſtea corpus ex materia formaque compoſi„tum fecit, dum elementa terram, aquam, „aerem & ignem produxit, ac denique etiam „hominem ad imaginem ſuam formavit, cer„toque vivendi ſpatio illi præſtituto poſt hu„jus vitæ curriculum aliam beatam ſupereſſe „docuit, iis, qui hujus vitæ certamen cum „ſpe cœleſtium bonorum obiiſſent: illis vero, „qui in hac vita ſcelerum convicti fuerint, „congruas ſedes paratas eſſe præmonuit. Bo„no autem Imperatori pietate decorato longe „majora certaminum præmia præparata eſſe „denuntiat, quorum quaſi prooemia quædam „hic celebrari permittit: feſtivitatem ſcilicet, „& perfectis numeris compoſitam ternariis & „unitatibus triplicatis. Iisdem dotibus a Deo „exornatum Imperium Auguſti noſtri, novo„rum bonorum initium ſumit: hactenus qui- *Conſtantini virtutis præmium cap. 6.*

 „dem

„dem tricennalium feſtivitatem explens, ab„hinc vero longiora temporum intervalla at„tingens, & ſpem futurorum bonorum in cœ„leſti ſpondens regno Imperatori, qui de om„nibus impiis hoſtibus & barbaris, ac de ipſis „dæmonibus victoriam reportavit.

Conſtantinus victor barbarorum & dæmonum *cap.* 7. 6. „Nam cum duæ ſint in nobis ſubſtan„tiæ, animi ſcilicet & corporis, adverſus „utramque duo hoſtium genera aciem in„ſtruunt. Et alterum quidem corpora com„ponit corporibus, alterum vero incorporeis „machinis nudum hominis animum oppugnat. „Porro barbari hoſtes qui ſub aſpectum ca„dunt, urbes in ſervitutem redigunt, & in„colas interimunt: Inviſibiles autem hoſtes, „dæmones ſcilicet animorum corruptores ſu„perſtitionis impiæ machinis univerſum genus „humanum ſub ditionem ſuam redegerant, „adeo ut verus Deus non amplius ab ipſis „Deus haberetur, ſed multiplici errore abs„que ullo divinitatis cultu hac illac circum„ferrentur: cumque nullam aliam cognoſce„rent vitam, præter eam quæ ex generatione „ſumit initium, & poſt obitum homines nihil „amplius eſſe crederent, nulli poſt eum ra„tionem ſe reddituros rati, ejusmodi perpe„trabant facinora, quæ mille mortibus luenda „eſſent. Quin etiam ii, qui tunc dominari „putabantur usque adeo falſorum deorum „cultui mancipati erant, ut & neceſſariorum „ſuorum cæde diis litarent, & adverſus veri„tatis propugnatores gladios acuerent, qui „tamen glorioſam pro veritatis defenſione

„mor-

„mortem vitæ ipſi anteponere aſſuefacti tole„rantiæ armis muniti quodvis mortis genus „deſpectui habuerunt. Quæ cum ita ſe habe„rent, ſummus omnium moderator eos qui„dem qui poſt exantlatos labores ad eum jam „migraſſent, triumphalibus apud ſe ornamen„tis decoratos cœleſtibus Angelorum choris „adſcripſerat, alios vero velut rediviva pieta„tis ſemina in terra ſervavit, ut & ſumti de „impiis ſupplicii ſpectatores, & rerum geſta„rum narratores eſſent. Poſt hæc cum ad ul„ciſcendum brachium ſuum extendere cæpiſ„ſet, ipſos ſtatim nutu repente e medio ſuſtu„lit, & cælitus inflictis verberibus palinodiam „ſcelerum ſuorum canere invitos coegit, hu„miles vero & propemodum deploratos in fa„ſtigium extulit. Atque hoc Deus perpetra„vit, cum famulum ſuum Conſtantinum quaſi „invictum militem in medium produxiſſet, „qui Servatoris ſui exemplum imitatus ipſos „etiam impios ſervavit, & ad veram pietatem „inſtituit. Deinde etiam duplex illud barba„rorum genus ſuperavit, homines feros pru„dentibus legationibus ad civilem humanio„remque vivendi rationem traducens, dæmo„nes vero a Chriſto victos perſequens, & vi„ctoris Dei militibus manubias abunde diſtri„buens.

7. „Nam cum imperitam hominum multi„tudinem larvas ex auro argentoque fabrefa„ctas fruſtra expaveſcere intelligeret, eas e „medio tollendas cenſuit. Quare lucum Ve„neris in Phœnicia, & reliqua delubra & „ſimu-

Idola de-ſtruit cap. 8.

„ſimulacra deſtruxit, Servatorem ſuum co-„ram omnibus prædicavit, nec fuit quisquam, „qui convictis ac deprehenſis ſubveniret, cum „omnes pietatis radiis illuſtrati majorum ſuo-„rum ignorantiam condemnarent, & univer-„ſum hoſtium genus aſpectabilium & inviſibi-„lium deleretur.

Conſtantini pietas cap. 9.

8. „Opportunum autem hic erit rerum in „melius mutationem ex collatione deteriorum „intueri. Olim quippe ex cultu idolorum, „fructus pietatis illis contigit non pax, ſed „bella & ſeditiones, Dii porro vaticinia & fu-„turorum præſcientiam promittebant ſuis cul-„toribus: iidem vero ſuorum ipſorum exitum „prævidere non potuerunt, & ſic de cæteris. „Hic vero noſter Imperator lorica pietatis in-„dutus cum ſalutare ſignum hoſtium multitu-„dini oppoſuiſſet, de hoſtibus pariter ac dæ-„monibus victoriam reportavit: poſt hæc pre-„cibus cum gratiarum actione Deo perſolutis „triumphale ſignum cunctis hominibus prædi-„cavit, in medio urbis regiæ illud ſtatuens, „cunctisque præcipiens, ut illud orbis totius „præſidium agnoſcerent. Sic Imperator etiam „exercitui ſuo pias preces ac congruentes cæ-„remonias tradidit, ut manibus in cœlum ſub-„latis, mentisque oculis ad cœleſtem regem „erectis illum adjutorem in orationibus invo-„carent, utque diem Dominicum precationi-„bus congruum exiſtimarent. Quin etiam ip-„ſe in ipſis regiæ penetralibus nunc precatur, „nunc ſacrarum ſcripturarum auſcultatione „animum ſuum inſtituit. Præterea homines

„Deo

„Deo conſecratos totius domus cuſtodes ordi-„navit. Porro Imperator triumphale illud „ſignum colit, quo hoſtium agmina in fugam „verſa, dæmones profligati ſunt. Huic ſigno „Imperator ubique terrarum triumphales ar-„cus erexit, templa & oratoria magnifica con-„ſtrui præcepit. Præterea urbem nominis ſui „variis Dei illuſtravit Eccleſiis: urbem Bithy-„niæ principem ampliſſima exornavit Baſilica: „Antiochiæ pulcherrimum templum Deo con-„ſecravit: Hieroſolymis ad locum Dominici „ſepulchri Baſilicam immenſæ amplitudinis, „& ædem ſacram in honorem ſanctæ Crucis „omni magnificentiæ genere exornavit. In-„ſuper ei ſpeluncæ in qua Deus primum appa-„ruit, congruum honorem impendit: in alte-„ra autem ultimæ illius aſſumptionis in mon-„tis vertice memoriam illuſtravit: in illa au-„tem ſpelunca, quæ inter utramque media „eſt, Servatoris noſtri certamina & victorias „extulit, ſalutare crucis ſignum omnibus ho-„minibus prædicans.

9. „De quo ſigno plurima dici poſſunt: il-„lud enim confictas de diis fabulas obſcura-„vit, & oblivioni tradidit, & unum ac verum „Deum omnibus patefecit: illud ſimulacra „evertit: illius virtute mala, quæ erant, „nunc eſſe deſierunt, quæ vero ante non „erant bona irradiante pietatis luce ubique „reſplendent. Sermones item & præcepta ad „vitam modeſte ac religioſe inſtituendam cun-„ctis gentibus prædicantur, ipſeque adeo Im-„perator hujusmodi prædicationem inſtituit, „om-

Virtus S. Crucis cap. 10.

„omneſque ſuæ curæ commiſſos ad veri Dei „cognitionem vocat, adeo ut in medio pala„tio regiis hymnis & laudibus miniſtri Dei fe„ſtum diem celebrent, & orientis, occidentis, „ſeptentrionis & meridiei incolæ unum Deum, „qui eſt ſuper omnia collaudent, unum vero, „Unigenitum ſcilicet ejus Filium Servatorem „& omnium bonorum auctorem agnoſcant, „unum quoque orbis terrarum correctorem at„que Imperatorem & Deo amabiles ejus libe„ros norint.

Verbum] omnia creavit cap. 11. 10. „Age nunc victor maxime Conſtanti„ne, tibi nunc arcanorum ſermonum myſteria „tradamus, non quo te doceamus, ſed ut ru„des homines ad veritatis notitiam perducas, „tuorumque pie factorum cauſas ignorantibus „ſuggeramus, eoſque doceamus, quare Filius „Dei ſero tandem de cœlo ad nos deſcendit, „quare humanam induit naturam, quare ad „mortem acceſſit, & a morte ad immortalem „vitam reſurrexit. Igitur ſermonem exordia„mur: Qui cultum omnium conditoris Dei ad „res creatas tranſtulerunt: deoſque appella„runt ea, quæ numquam fuiſſent, niſi Dei „ſermoni, qui hujus mundi opifex eſt, aſtitiſ„ſent, ii parum mihi differre videntur ab his, „qui eximiorum operum architectum præmit„tentes parietes tantum ſummopere admiran„tur. Hujus porro ſermonis perſpicua eſt de„monſtratio. Et enim ſi ipſæ per ſe ſubſiſtunt „mundi partes & elementa, quæ naturam „habent rationis expertem, & ſi una eadem„que eſt omnium materia, unde ornatum ei

„in-

„ineſſe quis dixerit, niſi ab admirabili Dei „ſermone. Hic enim revera omnipotens per „omnia ſe diffundens totum mundum compe„git, cujus potentiam fruſtra exponere præ„ſumo, cum omnis humana cogitatio operum „illius magnitudine longe ſuperetur.

11. „Dei igitur ſermo per quem omnia „ſunt, ſurſum ex optimo Patre emanans to„tus ad communem omnium rerum conſerva„tionem exundat, & tamquam Unigenitus „Filius inexplicabili modo ab ipſa mente ge„neratus ex abdito ejus ſinu velut ex parente „progreditur, & conſilia Patris ipſis operibus „exequitur. Sic plane Dei ſermo utpote uni„cus ejus Filius non ex prolationis vi conſi„ſtens, nec ex ſyllabis ac verbis compoſitus, „nec voce per aeris percuſſionem expreſſus, „ſed perſonaliter ſubſiſtens ex Patris Divini„tate procedit. *Æterna verbi generatio cap. 12.*

12. „Nunc vero quam ob cauſam tantus „hic Dei ſermo in terras deſcenderit, expo„nere aggrediamur. Scilicet homines ſtulti „cum hunc Dei ſermonem minime intellexiſ„ſent, & ſoli ac ſyderibus venerandum Dei „nomen tribuere non dubitaſſent, & reliquos „ſibi deos finxiſſent: cumque omnes pene na„tiones per orbem diſperſæ graviſſimo ſeditio„nis morbo concuſſæ eſſent, & nefanda flagi„tia paſſim perpetrarentur, clementiſſimus „Dei ſermo rationalis gregis licet ſibi repu„gnantis vicem miſeratus olim quidem per „Prophetas ſuos, & longe ante per quosdam *Cur Verbum caro factum cap. 13.*

„Deo

„Deo amabiles viros, deinde vero per alios „quosdam celebres eos legibus ſuis & horta„tionibus ad recuperandam ſanitatem excita„vit: Sed cum hominum genus non jam hu„mano auxilio, ſed præſtantiore potentia in„digeret, tandem ipſe Dei ſermo lubentiſſime „ad nos venit, & mortalium corpore aſſumpto „cum mortalibus colloqui & verſari dignatus „eſt eo conſilio, ut mortalium genus per ſui „ſimile ſervaret.

Cur Deus homo factus cap. 14.

13. „Nunc vero quam ob cauſam incorpo„reus Dei ſermo corpore aſſumto ad homines „acceſſerit, exponamus. Quanam porro alia „ratione divina ſubſtantia materiæ expers, „Deum in materia & deorſim humi quærenti„bus ſeipſam poterat oſtendere? præſertim „cum omnium rerum ſatorem aut nollent, „aut certe non poſſent inſpicere, niſi ſeipſum „ſub humana ſpecie videndum præbuiſſet. „His ergo qui oculorum ſenſu ducebantur, & „in ſimulacrorum ſculpturis divinitatem quæ„rebant, corpus velut ſacroſanctum quoddam „templum, & rationalis facultatis domici„lium, ſimulacrum plane auguſtum omni in„animata ſtatua præſtantius apparavit, ſimu„lacrum, ipſius Dei ſermonis domicilium, & „Dei ſanctiſſimi ſacroſanctum delubrum, in „quo Dei ſermo inhabitans, nec tamen dete„rior factus divinitatem propriam immutavit. „Poſthæc vero cum corporum non minus, „quam animorum curam gereret, ſtupenda „quædam miracula oculis corporeis cernere „licebat: interim vero auribus corporeis ſalu-

„taria

„taria præcepta ipſe ore ac lingua corporea „inſuſurrare non deſtitit. Atque hæc ille pa-„tris ſui conſiliis obtemperans adminiſtravit „idem ſemper manens, qui antea erat apud „Patrem, non immutata ſubſtantia, nec „amiſſa natura, & eo ipſo tempore, quo inter „homines verſabatur præſentia ſua (*divina*) „omnia complens.

14. „Quid jam reſtat, niſi ut rei illius, „quæ omnium caput eſt, cauſam exponamus? „finem dico vitæ illius crebris hominum ſer-„monibus pervulgatum, & paſſionis modum „& poſt mortem reſurrectionis miraculum? „Mortalis igitur corporis inſtrumento uſus „Dei ſermo prout decebat divinam potentiam, „cuncta geſſit: Quodſi poſt vitam inter homi-„nes transactam repente evanuiſſet, proprio „ſimulacro corporis per fugam ſubtracto, poſt-„ea vero idem corpus morti addixiſſet, cuncti „ſine dubio illum ſpectrum fuiſſe crederent, „nec humanam naturam conditionis ſuæ infir-„mitate liberaſſet, nec diſcipulis ſuis contem-„tum mortis perſuaſiſſet, nec futuræ apud „Deum vitæ certiſſimam ſpem præſtitiſſet, „nec poſtremum certamen adverſus mortem „obiiſſet. His de cauſis illius mors hoc modo „diſpenſata eſt, ſed ita, ut poſtea corpus „ſuum ope divinæ potentiæ immortale redde-„ret; quomodo enim rationi conſentaneum „foret, ut is, qui vitam aliis promiſiſſet, cor-„pus ſuum perire ſineret. Proinde quoniam „neceſſe erat, ut corpus ejus de morte trium-„pharet, idque non occulte, ſed in conſpectu

Mors Chriſti & reſurrectionis cauſa cap. 15.

„omnium, merito ille mortem non refugit, „ſed per certamen cum morte corpus mortale „immortale præſtitit. Ejus autem rei mani„feſta cauſa eſt, nam cum neceſſarium eſſet „diſcipulis ejus, ut futuræ vitæ reparationem „oculis cernerent, reipſa erecta de morte tro„phæa illis oſtendit. Altera vero reſurgendi „cauſa fuit, ut divina potentia, quæ in cor„pore ejus habitaverat, manifeſtaretur: nam „quoniam homines antehac mortuos Heroas „deos nominare conſueverant, Dei ſermo „quisnam eſſet oſtendit, naturam ſuam morte „ſuperiorem exhibens: & corpus quidem mor„tale poſt interitum ad alteram vitam revoca„vit, trophæum autem immortalitatis, quod „victa morte erexerat cunctis ſpectandum pro„poſuit, eumque ſolum vere Deum in ipſa „morte docuit eſſe agnoſcendum qui victoriam „de morte reportaſſet. Poſſem etiam tertiam „tibi cauſam Dominicæ mortis exponere. „Fuit ille ſacra quædam victima pro univerſo „hominum genere Deo omnium regi oblata, „quæ dæmoniacæ ſuperſtitionis errorem pro„fligavit, poſtquam enim hæc mactata eſt, „omnis impurorum dæmonum potentia cor„ruit.

Doctrina Christi pacem attulit cap. 16.

15. „Quæ cum ita ſe habeant, nunc ad „eorumdem demonſtrationes veniamus. Cun„ctæ olim in terris nationes in multiplices „principatus disciſſæ erant; atque hinc pu„gnæ & bella continua, quorum cauſas non „immerito quis plurimorum deorum cultui „adſcribet. Sed poſtquam ſalutare Chriſti

„cor-

„corpus ab omni culpa alienum adverſus dæ-
„mones erectum eſt, ſtatim eorum opera diſſi-
„pata ſunt, & unus quidem Deus omnibus
„prædicatus eſt, ſimul vero unum apud om-
„nes imperium viguit Romanorum, & impla-
„cabile illud inter gentes odium ſubito extin-
„ctum eſt, & ſicut unius Dei notitia, unaque
„Chriſti doctrina hominibus tradebatur, ita
„cum unus totius orbis Romani Imperator eſ-
„ſet conſtitutus, altiſſima pax ubique terra-
„rum obtinuit. Ita unius Dei nutu duo ſum-
„ma inter homines bona eodem tempore eru-
„perunt, Romanum ſcilicet imperium, &
„pietatis Chriſtianæ doctrina. Hoc profecto
„ingens miraculum eſſe fatebuntur ii, qui ve-
„ritatis ſtudio rem attentius expendere volue-
„rint: ſimul enim unicus Deus unaque ejus
„notitia omnibus prædicata eſt, & unum in
„terris imperium ſtabilitum, & univerſum ge-
„nus humanum ad pacem revocatum cum vi-
„ciſſim ſe fratres eſſe confiterentur, & ita de
„ſalutari Dei Verbo complerentur prædicatio-
„nes Prophetarum: *Dominabitur a mari usque*
„*ad mare &c. Pſ.* 71. Quodſi aliorum præterea
„argumentorum copiam deſideras, interroga
„temetipſum: quis umquam rex aut Princeps,
„Philoſophus, aut Legislator, Propheta,
„Græcus aut barbarus tantum auctoritatis
„adeptus eſt, ut omnium aures atque linguas
„nominis ſui gloria compleret? Nemo certe
„præter unum Servatorem noſtrum poſt victo-
„riam de morte reportatam iſtud præſtitit,
„cum diſcipulis ſuis præcepit, & reipſa confir-
„mavit, *Euntes docete omnes gentes:* & non

 „lon-

„longo temporis ſpatio interjecto doctrina ejus „totum orbem replevit. Cum ergo Servatoris „noſtri poſt mortem virtus & potentia tam „evidentibus argumentis comprobetur, quis „eſt adeo ferreus animo, ut veritati teſtimo„nium perhibere nolit, & vitam illius divinam „confiteri? nam præclara facinora viventium „ſunt non mortuorum, quippe ea mortuorum „ſors eſt, & is qui amplius non eſt, nihil eſt, „& nihil agere poteſt: contra is, qui agit, „quique plus valet, quam ii ipſi, quibus vita „ſuppetit, qua ratione exiſtimabitur, non „eſſe. Quodſi oculis corporis non cernitur, „at judicandi facultas non conſiſtit in ſenſu, „nedum Dei virtutem ullus umquam oculis „vidit, verum ejusmodi res ex ipſis operibus „cognoſci ſolent. Quocirca etiam in Servato„re noſtro inviſibilis ejus vis ex operibus di„judicanda eſt.

Motiva credibilitatis Chriſtianæ fidei cap. 17.

16. „Opportunum nunc tempus eſt, ut „ea, quæ a Servatore noſtro hac ætate per„fecta ſunt, inſpiciamus, & Dei viventis ope„ra ſpirantia contemplemur. Nuper quidam, „Deo bellum indixerant, & Eccleſias illius „penitus abolere ſtuduerant. Sed inviſibilis „Deus inviſibili eos ultus eſt modo, ſtatim „enim illi ſolo Dei nutu e medio ſublati ſunt, „& ſcelerum ſuorum pœnas dederunt, ceden„tes ei, cui bellum intulerant, & divinitatem „ejus confitentes. Continuo igitur Servator „noſter victoriæ trophæa ubique terrarum ere„xit. Prodeat igitur in medium, qui volet, „doceatque nos, quis poſt tantam ſubverſio„nem

„nem ſacras ædes a fundamentis usque ad „ſummum culmen evexerit? quis in ipſo per„ſecutionis fervore innumerabiles veræ Philo„ſophiæ cultores viros, & ſacras virgines di„vinæ ſuæ doctrinæ præceptis continuerit, „ciboque & vino ad multos dies abſtinere & „duram agere vitam docuerit. Quæ quidem „omnia ſolus Servator etiamnum præſtat. „Nunc vero eum, cujus animus obduruit, „hujusmodi interrogationibus convincere ag„grediamur: Dic mihi, quis ex omni ſapien„tum numero prophetarum oraculis perinde „ac Servator noſter apud Hebræorum gentem „tot ante ſæculis cognitus eſt & prædicatus? „qui quidem & natale ipſius ſolum, adventus „tempora, vivendi rationem, miracula, ſer„mones & præclara facinora ſacris volumini„bus commendarunt. Aut quis ſcelera in ſe „admiſſa tam præſenti ultione everſionis Ju„dæorum vindicavit? De Eccleſia autem ſua „ait, ſupra petram eam ædificari. Jam vero „imperitos piſcatores doctores orbis conſti„tuiſſe quale tibi videtur? Item quod futura „prædixit, & eorum ac ſucceſſorum ſuorum „animos ita obfirmavit, ut omnia ſupplicio„rum & tormentorum genera læto animo per„ferrent. Dies me deficiet Imperator, ſi ma„nifeſtiſſima divinæ Servatoris noſtræ poten„tiæ argumenta ex his quæ nunc cernimus „deprompta in unum velim colligere.

17. „Verum hæc, quæ a me dicuntur, „tibi fortaſſe ſuperflua fuerint, qui Servatoris „noſtri divinitatem ſæpe præſentem expertus *Conſtantinus a Deo beneficiis.*

cumulatus ,,non tam verbis quam factis veritatis præco
,,cunctis hominibus extitiſti. Tu enim ipſe
cap. 18. ,,narrare nobis poteris innumerabiles Servato-
,,ris noſtri apparitiones, arcana tibi ſuggeſta.
,,Expones etiam nobis manifeſta illa Dei cu-
,,ſtodis tui in bellis auxilia, hoſtium tuorum
,,internecionem, in periculis allata ſubſidia,
,,providam diſpoſitionem, adminiſtrationem
,,rerum civilium, ordinationem militarium,
,,Conſtitutiones & leges ad communem homi-
,,num vitam utiliſſimas. Ob quæ omnia Ba-
,,ſilicam velut trophæum victoriæ a Chriſto de
,,morte relatæ cunctis fidelibus ſpectandum
,,propoſuiſti, tum ut cœleſtem Dei ſermonem
,,victorem ac triumphatorem regiis apicibus
,,atque elementis exprimeres, tum ut apertis
,,ac minime obſcuris vocibus piam ac religio-
,,ſam Dei confeſſionem palam re ac verbis
,,prædicares.

CONSTANTINI IMPERATORIS ORATIO AD SANCTORUM CÆTUM.

§. I.

Argumentum.

Conſtantinus Imperator in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum refertur propter quasdam orationes, quas compoſuit, & teſte Euſebio peroravit, & forte etiam propter plurimas epiſtolas, quas ſcripſit, & multa edicta,

,,quæ

quæ in gratiam Chriſtianæ religionis dedit: quæ omnia D. Dupin in Bibl. Eccl. Script. recenſet. Verum horum omnium Conſtantini monumentorum præſtantiſſimum eſt oratio illa quam ad cætum Sanctorum, id eſt, Chriſtianorum perſcripſit, & Euſebius Græcæ ad calcem vitæ ejus appoſuit.

§. II.
ANALYSIS.

I. Conſtantinus orationis hujus exordium ſumit a feſto Paſchali dicens. „Splendidius ſolito ſolis jubar primordium quidem „reſurrectionis, corporum vero diſſolutorum „nova reparatio, dies Paſſionis nunc agitur „Servatoris noſtri, cujus præſentia ubi primum illuxit, ſtatim pro injuſtitia æquitas, „pro graviſſima tempeſtate ſerenitas oborta „eſt, & quæcunque a Prophetis prædicta fuerunt, impleta ſunt. Poſtquam enim idem „Servator noſter ad Patris ſui ſublatus eſt domicilium, toto terrarum orbe continentiæ „radiis illuſtrato Eccleſiam ſuam quaſi ſacrum „virtutis templum in terris conſtituit, in quo „ſummo Deo ac Patri debitus, tum ipſi quoque conveniens cultus rite exhiberetur. Sed „quid poſt hæc veſana gentium malitia machinata eſt? Chriſti beneficia projicere, ac „Eccleſiam Dei ad ſalutem omnium conſtitutam evertere ſtatuit, ac ſuam ſuperſtitionem „in ejus locum ſubſtituere. Iterum ſeditiones, iterum bella, iterum luxurioſus vitæ „apparatus & cupiditas divitiarum. Sed hæc *Beneficia Chriſti in homines ingratos cap. I.*

„jam humi jaceant a virtute devicta, nobis
„vero ea, quæ divinæ doctrinæ conveniunt
cap. 2. „in præſentiarum dicenda ſunt. Audi ergo Ec-
„cleſia, vos quoque qui ſincere Deum colitis,
„faventes audite, nec tam ad verba ipſa,
„quam ad rerum veritatem animum intendi-
„te, nec me dicentem, ſed devotionis reli-
„gioſum officium ſpectate. Magna quidem
„fortaſſe præſumo, verum inſitus mihi erga
„Deum amor audaciæ cauſa eſt. Proinde
„vos, qui divinorum myſteriorum ſcientia
„præ cæteris inſtructi eſtis, auxilio mihi ad-
„eſſe velim, ut ſi quid forte in dicendo pec-
„care contigerit, corrigatis, nec conſumma-
„tam quamdam doctrinam a me expectetis,
„ſed potius fidei meæ conatum benigne ap-
„probetis. Cæterum Patris ac Filii ſingulare
„auxilium nobis in præſentia aſpiret, ea di-
„centibus, quæ juſſerit, ſiquis enim aut Rhe-
„toricam, aut aliam artem ſperat ſe absque
„ope Divini Numinis poſſe perficere, is cum
„eo quod ſuſcepit opere nudus & imperfectus
„deprehenditur. Proinde longioris proœmii
„veniam deprecati ad caput inſtituti noſtri
„aggredi tentabimus.

Deus Pater & Filius omnium creator

cap. 3.

2. „Bonum illud, quod omnia appetunt, „cum ſuapte natura ſemper Deus ſit, ortum „non habet nec principium, ipſe vero om- „nium quæ gignuntur principium eſt. Qui „autem ex eo proceſſit, rurſus cum ipſo con- „jungitur atque unitur, cum disjunctio & con- „junctio non locorum ſpatiis ſed intellectu in „illo perficiatur. Omnibus igitur, quæ mundi

„com-

complexu continentur, ſubſiſtendi ac vivendi hinc ſuppetit cauſa. Quidnam igitur hæc concludit oratio. Unum ſcilicet eſſe omnium Præſidem, cunctaque ejus dominio ſubjacere. Nam ſi rerum, quæ innumerabiles ſunt dominium penes multos reſideret, invidia ac plus habendi cupiditas conſonam omnium rerum concordiam perturbaret. Verum ex eo, quod univerſus hic mundus uno ſemper modo ſe habeat, ſatis convincitur, non ſine providentia id geri, nec fortuito caſu id contigiſſe. Quis vero univerſæ materiæ opificem agnoviſſet? cuinam primo cuinam poſtremo allegandæ eſſent preces? Qui fieri poſſet, ut unum eorum colere aggreſſus in reliquos impius non eſſem?

3. „Porro quidquid principium habuit, finem quoque habeat neceſſe eſt: temporale autem principium generatio dicitur, & quæ ex generatione oriuntur, omnia ſunt corruptioni obnoxia, quia formam delet temporis longinquitas. Quonam igitur modo qui ex corruptibili generatione orti ſunt, immortales eſſe poſſunt? & ſi apud ſuperos nuptiæ fieri ſolent, & liberi immortales procreari, ſemperque novi gigni, quod tandem cœlum, quæ terra tantum deorum examen capere poſſent? Quid autem dicemus de iis hominibus, qui adulteria & obſcænitates diis objiciunt? illud quoque fidenter aſſerimus, cultum, qui ipſis ab hominibus tribuitur, impudicitia plenum eſſe. Enimvero ſtatuarius opus excudit, ac paulo poſt pro immortali

Error ſimulacrorum cap. 4.

„Deo colit, cum tamen ipſe ſtatuæ parens ſe „mortalem eſſe fateatur. Illorum porro im- „mortalium ſepulchra oſtendunt, & mortuos „divinis honoribus afficiunt, cum tamen ho- „mines fuerint corporibus prædit dum vive- „rent.

Chriſtus Deus omnia creavit cap. 5.

4. „Equidem mei privati officii eſſe duco, „Chriſtum tum vitæ ſanctimonia, tum gratia- „rum actione pro maximis beneficiis prædica- „re. Hunc ergo hujus univerſi conſtituiſſe „principia, & hominum creationem certa le- „ge dimenſum dico. Et illos quidem recens „in lucem editos ſtatim in beatum quemdam „locum floribus omnique fructuum copia re- „fertum tranſtulit, & boni malique imperitos „initio eſſe voluit. Tandem vero convenien- „tem animalibus ratione præditis ſedem in „terra conſtituit, ac demum bonorum malo- „rumque notitiam iis præbuit. Tunc etiam „humanum genus juſſit augeri, totumque ſpa- „tium Oceani ambitu contentum habitari „cœptum eſt, & variæ artes ad uſum vitæ „repertæ ſunt. Cætera item cum Deus pul- „cherrime diſtinxiſſet, cunctisque fatalem vi- „tæ terminum definiiſſet, univerſi fabricam „omnibus ornamentis decoratam abſolvit.

Fatum refutatur cap. 6.

5. „Verum plerique homines minus pru- „dentes hujus rerum omnium diſtinctionis „cauſam naturæ tribuunt, alii fato, vel for- „tuito caſui aſſignant, neque intelligunt, ſe „cum fatum nominant, nullam ſubſtantiam „deſignare. Quid enim fatum eſſe poſſit, cum „natura omnia procreaverit? aut quid cenſe-

„bimus

ꝑimus eſſe naturam, ſi lex fati violari non ꝑoteſt? quin etiam ſi fatum lex eſſe dicitur, ꝑum omnis lex opus ſit cujusdam legiſlato-ꝑis, ſatis apparet, fatum ipſum Dei opus ꝑſſe. Cuncta igitur Deo ſubjecta ſunt, & fa-tum Dei voluntatem eſſe minime improba-mus. Sane quomodo juſtitia & reliquæ vir-tutes fato exiſtunt? undenam vero injuſtitia & reliqua vitia virtutibus contraria? Nam malitia ex voluntate naſcitur, virtus vero eſt recta ratio ad mores ſpectans, quomodo er-go ex fato erunt? & quomodo leges & ora-tiones ad virtutem hortantes, & a vitiis de-terrentes, laus item, vituperatio & ſuppli-cia ex fortuna, & non potius ex juſtitia Dei providentis propria proficiſci dicantur? qui hominibus ea tribuit, quæ merentur propter hanc vel illam vivendi rationem. Quocirca vitam modeſte inſtituere debemus, & id re-putare, adeſſe ſemper nobis omnium inſpe-ctorem Deum. Deinde num ſydera, terram, temporum viciſſitudinem & reliqua fortuito potius contigiſſe, quam creata fuiſſe creden-dum eſt? cum tamen nullo modo deſigne-mus, qua ſpecie aut forma præditus ſit ca-ſus, res, quæ nec intelligentia nec ſenſu ſubſiſtit, ſolum eſt inanis ſonus nominis ſine re auribus noſtris circumſtrepens.

6. „Sunt equidem quædam admirabili na-tura prædita, quorum certa veritatis com-prehenſio in obſcuro latet, cujusmodi ſunt aquæ ſuapte natura calidæ: nam cauſam quidem tanti ignis nemo facile dixerit. Eſt „autem

In mirabilibus Deus laudandus cap. 7.

„autem mirabile, ignem illum aqua frigida „circumſeptum ſuum calorem nequaquam „amittere. Atque hæc rara reperiuntur, quo „divinæ providentiæ vis ab hominibus facile „cognoſci poſſit, quæ nihil ſine ratione fecit, *cap.* 8. „nam metallorum ſpecies convenienti menſu„ra produxit: ea ſiquidem quorum multiplex „& varius uſus erat futurus, copioſe ſuppedi„tari juſſit, quæ vero ad oblectationem tan„tum & luxum faciunt, liberaliter ſimul & „modice, & in illis v. g. auro, inveniendis „plus laboris poſuit, ut vehementiſſimæ cupi„ditati labor quoque vehementiſſimus objicia„tur. Quarum omnium rerum rationem inve„ſtigare majus quiddam eſt, quam quod ab „hominibus perfici poſſit.

Non ultra vires cognitio extendenda *cap.* 9.

7. „Quamobrem ea aggredi debemus, „quæ naturæ noſtræ modum non excedant, „etenim probabilitas, quæ in diſputationibus „reperitur, pleroſque noſtrum a veritate ab„ducere ſolet: quod quidem multis philoſo„phis contigit, qui cum alter alterius dogma„ta impugnaret populorum & Principum acer„ba judicia adverſus ſe excitarunt, dum inſti„tuta majorum ab illis convelli putabant: „ideo enim Socrates a civibus ſuis interfectus „eſt, Pythagoras mendacii convictus, dum „olim a Prophetis dicta ſibi arrogavit. Plato „erravit, dum plures deos inducit, & varias „ſingulis attribuit formas: licet etiam doceat, „improborum animos Acherontis & Pyriphle„getontis fluctibus hac & illac jactari: quod „tamen nonnulli legentes nec curant, nec ti-

„more

more ullo percelluntur. Iidem tamen Poetarum fabulis fidem habent: nam & Poetæ dicunt, homines quosdam deorum filios poſt mortem animas judicare: deorum etiam bella, fata, cædes filiorum, paſſiones & affectus calamitates referunt, in quo eo minus mentiri velle videntur, quia qui mentiuntur, non fruſtra nec gratis id faciunt. Atqui poetæ poterant, nihil de divina natura præter veritatem dicentes ab impio mendacio abſtinere. *cap.* 10.

Chriſtus cur advenerit cap. 11.

8. „Quidam autem impii ac dementes homines ajunt, Chriſtum noſtrum merito ſupplicio damnatum fuiſſe. Illud vero omnem excedit dementiam, quod ſibi perſuaſiſſe videntur, Deum immortalem vim ab hominibus paſſum eſſe, non autem a ſua ipſius benignitate, qua hoſtium ſuorum furorem fregit. Unde Chriſtum omnium bonorum auctorem, qui & Deus eſt, & Dei Filius immerito calumniantur. Annon enim hic Deus a ſapientiſſimis gentibus jure merito colitur, qui cum omnem potentiam nactus ſit, propoſiti ſui ſemper tenax de inſita ſibi clementia nihil imminuit. Sed fortaſſe dixerit aliquis, undenam hæc Filii Dei appellatio, aut quæ ratio gignendi? ſiquidem unus & ſolus eſt Deus, idemque ab omni commixtione & coitu prorſus alienus. Sciendum ergo eſt, duplicem eſſe gignendi rationem, alteram ex partu quæ omnibus nota eſt, alteram ex cauſa ſempiterna: cujus quidem generationis modum divina favente providentia is in-

„ter

„ter homines videt, qui Deo charus fuerit. „Porro cum nihil ſit, quod cauſam non ha„beat, ante omnia quæ exiſtunt, cauſa eo„rum ſubſtiterit neceſſe eſt. Cum igitur mun„dus, & cuncta quæ in eo ſunt, exiſtant, ne„ceſſe eſt, ut ante omnia, quæ ſunt, Serva„tor extiterit: adeo ut Chriſtus ipſe omnium „rerum cauſa ſit, & conſervatio ſit effectus. „At quomodo Chriſtus in terras deſcendit, & „ad homines venit? Conſilium quidem ipſum „profectum eſt ex cura, quam pro univerſis „rebus gerebat. Cum vero ad terrenum cor„pus acceſſurus eſſet, & inter homines ali„quamdiu moraturus, novam naſcendi ratio„nem commentus eſt; nam absque nuptiis & „caſtæ virginitatis puerperium, & puella Dei „mater. Conſentanea item ſunt reliqua, nam „mirabilis ab ipſis incunabilis ſapientia Dei, „& Jordanis, qui aquas ad Baptismum præ„bebat, cum reverentia illum ſuſcipiens. Ad„hæc doctrina & potentia, quæ res admira„biles perpetravit, & inſanabiles morbos cu„ravit, mira denique celeritas in hominum „precibus exaudiendis, & generaliter tota „ejus vita hominum utilitati inſerviens.

Contemptus & obedientia verbi Dei cap. 12.

9. „Sed dicet aliquis, Deum voluntatem „hominum meliorem & placidiorem facere „potuiſſe. Sed quænam melior via ad impios „homines emendandos, quam ut Deus ipſe „eos coram compellaret? Annon ille præſens „eos ad modeſtiam informavit? Quodſi Dei „præſentis præceptio nihil profuit, quid ab„ſentis & inauditi prodeſſe potuiſſet? Quod

„igi-

gitur obſtaculum fuit beatiſſimæ illius prædicationi? hominum feritas atque ſævitia? quoties enim ea, quæ recte utiliterque præcepta ſunt, infenſo animo excipimus, mentis noſtræ acies obſcuratur, quid quod voluptati illis erat, præcepta negligere, niſi enim neglexiſſent, dignam mercedem erant relaturi æternam vitam, ad quam ii aſpirare poſſunt, qui Deum cognoverint, & ad optimi cujuscunque æmulationem vitam inſtituerint. Quippe idcirco doctrina ſapientibus tradita eſt, ut firma mandati divini obſervatio perſeveret, ex qua ſinceraque erga Deum pietate naſcitur mortis contemtus, & animus munitur ad martyrium, & corona ab eo donatur, cui teſtimonium conſtanter perhibuit: nec tamen propterea gloriatur, novit enim, Dei munus eſſe, quod tormenta ſuſtinuerit. Porro hujusmodi vitam excipit gloria ſempiterna. Proinde laudes in memoriam illorum Deo canuntur: ſobria quoque convivia celebrantur ad mendicorum & exulum inopiam ſublevandam, quæ ſiquis importuna exiſtimet, is contra divinam diſciplinam ſapere videtur.

10. „Quidam porro in hoc Deum reprehendere præſumunt, quia non unam eandemque omnium naturam fabricavit, ſed multa diverſa adeoque contraria indole prædita naſci voluit, ex quo diſſimilitudo morum & voluntatum inter homines orta eſt. Verum ſatius quidem fuiſſet, ut quod ſpectat ad obſervationem mandatorum Dei, & con- *Differentia in creatis neceſſaria cap. 13.*

„firma-

„firmationem fidei omnes homines unius mo-
„ris fuiſſent. Verum abſurdum plane eſt, id
„optare, neque animadvertere, aliam mundi
„totius, aliam rerum, quæ in mundo ſunt,
„ordinationem eſſe, nec res naturales ejus-
„dem ſubſtantiæ eſſe, ac morales, nec corpo-
„ris affectus eosdem eſſe cum affectibus ani-
„mi. Etenim univerſum mundum longe ſu-
„perat anima rationalis, tanto beatior, quan-
„to divinior, nec non divinæ bonitatis parti-
„ceps genus hominum, qui tamen non om-
„nes promiſcue illius ſunt participes, ſed ii
„ſoli, qui ſtudium ſibi propoſuerunt rerum di-
cap. 14. „vinarum cognitionem. Porro ea, quæ orta
„ſunt cum æternis comparare, ſummæ de-
„mentiæ eſt; hæc enim neque principium ha-
„bent, neque finem, illa vero & principium
„acceperunt, unde & exitum habeant neceſſe
„eſt. Unde cupiditas potentiæ æqualis po-
„tentiæ divinæ hominum prorſus amentium
„eſt: nam ſiquidem ad divinam beatitudinem
„omnino adſpiramus, vitam juxta Dei man-
„data inſtituere debemus, ſic enim in immor-
„talibus ſedibus ævum degemus.

Præcepta Chriſti utilia cap. 15.

11. „Cæterum Dei Filius omnes homines
„ad virtutem cohortatur, qui etiam propter
„omnium felicitatem terras peragravit, &
„utiliſſimam doctrinam tradidit, fidem atque
„juſtitiam eos docendo. Idem modeſtiam &
„civilitatem animi præcipue laudavit, juſſit
„omnem injuriam patienti animo ferre, divi-
„tias pauperibus humaniter impertiri. Domi-
„nationem vero omnino prohibet, denun-
tians,

„tians, ſe iis qui humiles deſpexerint, grati„ficari deſtiturum. Ita ſuos non modo con„temptores formidabilium rerum, ſed etiam „fiduciæ in ipſum genuinos diſcipulos effecit. „Quin etiam unum e ſodalibus ſuis, qui ira„cundia vehementius exarſerat, verbis objur„gans repreſſit: invaſerat enim ille diſtricto „gladio neſcio quem, ut Servatori opem fer„ret. Hæc eſt revera cœleſtis ſapientia, in„juriam pati malle, quam facere, quod cum „maximum malum ſit, non is, qui patitur, „ſed qui facit graviſſimo afficitur ſupplicio. „Præterea quonam modo de auxilio Dei dubi„taturus ſit is, qui tot pericula expertus eſt, „& qui ex omnibus ſemper ſolo Dei nutu fa„cillime evaſit. Hinc etiam fit, ut cum quis „in periculum calamitatis inciderit, ut ſpem „in Deo firmam retineat; qui quidem habitus „ubi ſemel animo inhæſit, Deus in eo ſedem „habet, qui cum invictus ſit, ab ingruentibus „periculis numquam vinci poterit.

12. „Cæterum paſſio Chriſti jamdudum „prænuntiata fuerat a Prophetis, ſicut & ejus „nativitas. Prædictum quoque fuerat tempus „ipſum Incarnationis, quo injuſtitiæ germina „e medio tollerentur, divini numinis cultu „confirmato, & dæmonum ſuperſtitione dele„ta: unde & Memphis & Babylon deſertæ „ſunt cum diis patriis, ſicut ego ipſe præſens „vidi.

Chriſti adventus idololatriam deſtruxit cap. 16.

13. „Nullus porro beatior populo Judæo„rum fuit, niſi mentes ſuas a divino Spiritu „abſtraxiſſet. Moyſen vero quis pro merito

Moyſis & Danielis ſapientia cap. 17.

„laudare poſſit, qui Judæis libertatem reddi-
„dit pro ſervitute, pro mæſtitia vero hilarita-
„tem: qui reliquos omnes ſapientia usque
„adeo ſuperavit, ut gentilium ſapientes &
„Philoſophi ſapientiæ illius æmulatores exti-
„terint, uti Pythagoras, & Plato. Daniel
„quoque Nabuchodonoſoris ſævitiam ſupera-
„vit, dum eum inſontem feris beſtiis lanian-
„dum objici juſſit. Fratrum item illorum in
„martyrio ſubeundo generoſa conſenſio fuit,
„qui ab igne nullatenus læſi flammas fornacis
„caſtrorum corporum objectu propulerunt.
„Porro Aſſyriorum imperio exciſo Daniel di-
„vina providentia ad Cambyſen (*Darium Me-*
